PANEGYRICI VETERES.

VOL. III.

PANEGYRICI VETERES.

VOL. III.

PANEGYRICI VETERES

EX EDITIONIBUS

CHR. G. SCHWARZII ET ARNTZENIORUM

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITI.

VOLUMEN TERTIUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1828.

PANEGYRICI UNDECIM

RELIQUI

EX EDITIONIBUS ARNTZENIORUM

AMST. 1753—1790.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

HENRICUS JOANNES ARNTZENIUS.

Mihi quidem, sæpenumero hos Panegyricos consideranti, quorum fidem in contexendis Patriæ nostræ, sub Diocletiano et Constantino, Annalibus præsertim secutus est, omnibus ad Historiam scribendam præsidiis paratus, Janus Wagenaarius, quosque præclaros et valde laudabiles appellat Pontanus;[a] bonos Oratores, et ad Atticæ eloquentiæ exemplar, Lipsius;[b] præceptorum regiorum auctores, Barthius;[c] mihi igitur hos consideranti dubia sæpenumero fuit ratio, quid esset, cur, inde a Grutero, in iisdem limandis nihil perfectius protulerint illi, qui in his elaboraverint, summa quamvis essent eruditione, et non parva in talibus auctoritate; adeo enim in locis, longa temporum injuria affectis, negligenter versati fuerunt, ut ne libelli quidem, quo variantes ex codd. Veteri et Vaticano, lectiones Claudii Puteani industria congesserat, ullam habuerint rationem, quamvis illos ex ed. Parisiensi fugere non debuisset, tantique esset pretii, ut ex eo quam plurima restitui felicissime potuissent. Is demum erat clarissimus Schwarzius, a cujus intelligentia hoc non erat remotum, cum, aliis quoque codd. adjutus, ad utrumque Mamertini Panegyricum sese applicaret observationibus illustrandum, admo-

[a] Ad Macrobium Saturn. v. 15.
[b] Opp. T. I. p. 104.
[c] Ad Claudian. Cons. Honor. IV. 265. adde viri cl. judicium in Biblioth. Critic. vol. II. part. I. p. 10.

dum eruditis, sed justo, si verum fatear, longioribus. Cum vero reliquos in aliud tempus seposuisse Panegyricos mihi videretur, neque adhuc in manus hominum cl. Wolfgangi Jægeri, Philosophiæ in Academia Altdorfina Professoris, pervenisset editio, ampla eorum seges supererat, in quibus ingenii vires experiri, et locis librariorum præsertim inertia laborantibus opitulari liceret. Telam hanc sibi pertexendam sumserat olim in Præfatione ad Plinii Panegyricum pater meus, fidemque datam in Pacato solvere cœpit; reliquam spem morte pervertit is annus, qui ipsius amorem, et curam mihi eripuit, cui, etsi non parem, pro meo tamen studio debitam semper meritamque referre gratiam pietas jubet. Cum vero in ipsius commentariolis nihil invenissem elaboratum, aut perfectum, quod hujus esset operæ proprium, sed tantum ascriptas ed. Cellarianæ conjecturas, locaque eorum, qui sparsim ad hos Rhetoras quid contulissent, nescio, qui factum fuerit, ut ipse manum admovere cœperim, eo quidem successu, ut ad pag. 29. jam perrexisset typographus, cum anno 1774. Juris in illustri civitatis Groningo-Omlandæ Academia docendi provincia mihi obtingeret, in qua cum ad alia, et ab hoc studiorum genere remota, me magis conferrem, omnem hujus operis curam in ipso velut partu abjicere, aliorumque auxilio relinquere ex re mea mihi antiquius videbatur; speranti, fore aliquem, qui majori otio, et ingenio maturiore opem afferret. Neque spes me destituit; is enim erat cl. Jægerus, omnibus accuratæ doctrinæ copiis affluens, cum anno 1779. duobus voluminibus, forma octuplicata, hos Panegyricos feliciter admodum in lucem protulerit, cod. Schwarzii, iisdemque ex Gudiano excerptis, quæ penes me servabam, adjutus. Ita nihil erat, in quo mea, quantulacumque esset, opera locari amplius posse videretur. Lapsis ita 14. annis, tamen evenit, quod futurum non suspicabar. Typographo enim, cujus sumtu priores illæ, de quibus dixi, paginæ typis essent excusæ, mortuo, cum alii emtionis titulo omne sibi jus comparassent, hi quidem non destiterunt, quin quotidie hortarentur de promissi fide implenda, iisque non

premendis, quæ non parvo labore in hos Panegyricos congesseram; atque ita, quamvis rei felicissime peractæ gloriam lubens cl. Jægero relinquere voluissem, tandem me tum ab his, tum vero ab amicis, quorum judicio non parum tribuere soleo, vinci passus sum, et ad intermissas lucubrationes, aliorum magis voluntate, quam meo quidem consilio, redii.

In enarrandis, quæ adjumento fuerint, non diu te in limine morabor. Primum ex paternis schedis excerpta adhibui ex codice Gudii præstantissimo, quæ in Bibliotheca Guelpherbytana servantur, Cortii manu descripta, et ex Longolii humanitate ad patrem meum missa. Hæc autem sunt eadem, quibus plerisque in locis usus quoque est Jægerus, quemque Gudianum 1. appellat, ipse autem nomine, quo in notis ad Pacatum significaverat pater, retento Guelpherbytanum. Deinde Vossii excerpta consului, ex Bibliotheca Leidensi descripta, sed, ut mihi quidem videtur, non ex eodem codice depromta. Quædam enim a Puteani variantium libello nihil discrepant, nisi quod additus sit Panegyricorum ordo, alia etiam in quibusdam lectio, de qua fideliter monui. Quædam vero ad Mamertini Panegyricum Maximiano, ejusdem Genethliacum, et Eumenium Constantino ad cap. VII. aliunde sunt hausta, et sæpenumero a Gudianis, et Schwarzii cod. distant,[d] quare suo loco notavi, quid in iis legatur, quamvis in Præfatione ad Plinium horum Vossianorum cum Gudii codice consensum pater agnoverit. Id vero ægerrime fero, latere variantes Cujacii manu notatas, quas in Gallia olim possedit Catherinotus,[e] neque ad manus fuisse cod. D. Marci Venetum, quem habuit Patarolus, præsertim cum parce eodem sit usus, quique cod. Eumenii

[d] Ita in Genethl. VI. 3. Vossiana habent *æquabilitate;* IX. 3. *felicitate;* XII. 1. *immodico;* eod. cap. n. 2. *suæ;* ibid. n. 3. *quanta cum;* XIV. 2. *Jove* ignorant; XV. 2. legunt *potest;* ibid. 3. ignorant *manu;* XVI. 5. *Tingitano Jovi;* XVII. 1. *ad blandalos;* ibid. n. 3. *quæsita.* Adde Eumen. Constantino II. 4. quæ omnia in Gud. et Schwarzii aliter leguntur, ne plura cumulem.

[e] Vid. Burman. Comment. de Vit. N. Heinsii, p. 19.

Venetus esse videtur, a Gronovio memoratus.[f] Sunt quoque alii Parisiis in Bibliotheca Regia, et Colbertina apud Montfauconium.[g]

Finitimum est, ut de editionibus exponam, sed cum plerisque usus fuerit cl. Jægerus, otium mihi faciet accurata ipsius in Præfatione diligentia. Quam tamen comparare haud potuit, ex antiquissima Puteolani, de qua ad Plinium pater meus, variantes addidi. Præter tertiam ed. Henrici Stephani, 1604. quam consuluit Jægerus, vidi quoque ejusdem secundam 1591. primam dederat 1581. de qua Modius,[h] omnes autem minori forma, et accurate Frobenianam, sive Rhenani, secutus, quare unam Stephanianam nominare in variantibus suffecerit. Ab hac vero differt alia Paulli Stephani, an. 1600. Livineii textum præsertim secuti, quam 1625. repetierunt Petrus et Jacobus Chouet, illam vero Henrici Stephani Petrus Chouet 1632. utramque in suo edd. catalogo omisit Jægerus, ipse autem, propter consensum cum Stephaniana, in notis neglexi posteriorem. Silentio quoque prætermisit Jægerus visam a me edit. Jenæ 1650. et Francofurti ad Viadrum 1665. quam Fabricii[i] auctoritate Andreæ Rivino tribui, quamvis de eo nihil in Præfatione monuerit typographus Closemannus. Leguntur ad imam in ea paginam conjecturæ, pleræque tamen Rhenani. Ex his, aliisque edd. variantes diligenter notavi, ne quid deesset, quia ad Mamertinum ita præiverat Schwarzius, quamvis ceteroquin plerasque potius omisissem; nihil enim habent, quod non aut Rhenani, aut Livineii textui conveniat. Eumenii pro Instaurandis Scholis editionem cum Schwarzii notis, et Rhetoris vita, an. 1716. quam memorat Harlesius,[k] non vidi, neque ejus meminit Jægerus, qui tamen inde Eumenii vitam, et Schwarzii notas forte transtulerit.

Eruditorum observationes, etiam aliunde collectas, com-

[f] Syllog. Burmanni tom. II. p. 601. Livineii judicium in Syllog. Epist. Burmanni tom. I. p. 640.

[g] Biblioth. Bibl. tom. II. p. 760. num. 6113. et p. 952. n. 1789.

[h] Novant. Lection. Epist. 79. et

[i] Biblioth. Latin. tom. I. p. 482.

[k] Notit. Liter. Roman. p. 569.

posui, maximam partem integras, quamvis ex iisdem Baunii, et Pataroli quædam adhuc omitti potuissent, in aliorum jam gratiam addita. Vellem, his adjungere licuisset Casauboni notas, quas memorat Livineius,[m] aut P. Roverii, quas Weitzius,[n] si modo hæ ad hosce Rhetoras pertineant. De Francisci Modii[o] promissis nihil habeo, quod affirmem; neque etiam, unde quasdam Rittershusii notas hauserint in sua edit. Parisienses; sunt enim in iis, quæ ipsius Reliquiis Conjecturarum in Panegyricos accurate conveniant, quas M. Velsero an. 1600. inscriptas edidit Insulæ ad lacum Acronium an. 1604. parti primæ Parænesticorum Goldasti adjunctas; sed sunt etiam, quæ ibi non legantur, in quibus cum sæpe in ed. Parisiensi additur, 'probat Rittershusius,' suspicor ex margine cujusdam ed. esse descriptas, quare illud *probat* in *probo* mutandum duxi.[p] Sed, præter has, alias adhuc Rittershusii notas videre debuit Acidalius; probatam enim a Rittershusio lectionem memorat,[q] cujus neque in Conjecturarum Reliquiis, nec in ed. Parisiensi est vestigium: et forte ex notis hisce diversis tollatur, quæ mihi sæpenumero oborta fuit, difficultas, qui factum sit, ut Acidalii conjecturas nunc laudet Rittershusius, nunc Rittershusii Acidalius; quin si verum sit, Acidalium an. 1595. esse mortuum, quod ex Fabricii testimonio confirmat cl. collega noster, Saxius,[r] non video, qui Rittershusii conjecturam, quæ in Conjecturarum Reliquiis, postea editis, extat, commemorare potuerit,[s] aut etiam Gruteri sententiam,[t] cujus an. 1607. demum prodiit editio.

[m] Syllog. Epist. Burmanni tom. I. p. 640.

[n] Ad Petron. Satyr. cap. 120. p. 569. a. ed. Burm.

[o] Syllog. Epist. Burman. d. l. p. 110.

[p] Præterea in Parisiensi omittuntur, quæ in Reliquiis extant, v. c. apud Eumen. pro Instaur. Schol. VIII. in fin. de Merulæ conjectura, et de eadem Goldasti, ibid. XVIII. 1. et sæpe aliis locis.

[q] Ad Eumenium Constantin. II. in fin.

[r] Onomast. tom. IV. p. 35.

[s] In voce *restinguere* ad Incertum Constantino VI. 2.

[t] Ad Incertum Maximian. II. in fin.

Quæ ad ipsos Panegyricorum Auctores pertinent, prætermitto, cum ad cujusque Sermonis initium copiose de eo exposuerim. Ut autem his veram me sæpe scripturam reddidisse mihi videor, ita lucem quoque ex rebus gestis attulisse, præsertim in Carausii expeditionibus, eademque de caussa Baunii Vitas addidi. Et quoniam numeri, in quos capita primum divisit Cellarius, longa jam consuetudine in laudandis locis sunt recepti, ideo mutare nolui, quamvis ceteroquin divisio parum justa sæpe videri queat. Vale, Lector, et fave. Scripsi Trajecti Batavorum XXII. Novembr. MDCCXC.

JÆGERI PRÆFATIO.[a]

Scriptoribus priscis accurate recensendis et interpretandis tantum temporis et operæ viri docti, iique permulti, impenderunt, ut omnia jam præcepta esse, omnesque hac in re labores frustra et temere suscipi nonnullis videantur. Quæ sententia, licet prope absit a veritate, tamen non potest ita prorsus probari, ut, in magna copiarum affluentia nobis aliqua deesse, et non omnes omnino auctores veteres pari fortuna usos esse, non agnoscamus. Inter eos, qui fere neglecti adhuc jacuerunt, sunt profecto Panegyristæ illi, et laudatores Principum Romanorum, qui, a Diocletiani inde ætate usque ad tempora Theodosii, ingenii et facundiæ laude ad Ciceronem, ac Plinium, et ut quisque illis est proximus, aspiraverunt. Obfuit, puto, oratoribus his judicium eorum, qui, cum illos a vera loquendi norma interdum recedere, et levibus atque inanibus sonis ludibria quædam excitare viderent, parum sibi placere maculosum istud et argutulum genus dicendi ostenderunt. Verum hoc non debet eo valere, ut legendis scriptoribus hisce stribliginis et ineptiarum contagione contaminari arbitremur. Nam præter quam quod optimum quemque ad imitandum sibi proposuerunt, ipsi ab ingenio, artibus, doctrinis adeo fuere instructi, ut jure ac merito studiosis elo-

[a] Collatos ad codd. et edd. Panegyricos edidit V. C. Norimberg. 1779. duobus voluminibus, quorum utrique Præfationem præmisit. Alteram tomi I. in quibusdam mutatam, repetiit ante Appendicem Observationum ad Panegyricos Veteres, Norimberg. et Altorfii, 1790. eandemque hic exhibeo; alteram tomi II. omisi, quia præcipue. Pacatum, et Corippum, quem adjunxerat V. C. spectat. Quæ vero in utraque leguntur Schenckii emendationes, suo loco notis inserendas curavi. *Arntz.*

quentiæ et humanitatis ab idoneis harum rerum arbitris commendentur. Verissime de iis judicat C. F. Mullerus, A. M. et Biblioth. Acad. Wittenberg. custos, literis acerba morte ereptus, in præclara Diss. de Pacati Panegyrico ad Pliniani exemplum formato, p. 7. sqq. 'Ingenio nullus eorum caret: est autem illud vel judicio destitutum, vel Augustei sæculi elegantia minus excultum, vel, cujus luxuries stylo non satis depasta sit, vel exercitatione umbratili nimis coarctatum, vel corruptum servitute.... Nec tamen istis Panegyricis suæ desunt virtutes: quarum in gratiam sæculi nævos illis condonari par est. Abundant enim descriptionibus bellorum ac præliorum inprimis, quamvis longioribus, elegantibus tamen: abundant sententiis vere sublimibus: abundant acumine:... gaudent multarum rerum feliciter expressa similitudine: floribus nitent: luminibus splendent: ipsam denique sonantiorem illam Virgiliorum dictionem, si a numero discedas, germanam non raro nobis repræsentant. Quæ omnia, etiamsi modum excedant nonnunquam, ad illiciendum captandumque lectoris animum vim habent præcipuam.'[b]

[b] Adde, sis, J. G. Walchii Diatr. de Orat. Paneg. Vet. in Parerg. Academ. et Jagemann, V. C. *Gesch. der fr. Künste und Wissensch. in Italien,* tom. II. *Jæger.* Schwarzius Dissert. Mamertini Panegyrico Maximiano præfixa, § 1. Dignissimum est, quod addatur, viri summi judicium in Biblioth. Critic. tom. II. p. 10. 'Eorum, qui postea (post Demosthenem, Ciceronem, eorumque æquales) fuerunt, orationes lectionem habent magnopere cum utilem, tum jucundam: utilem, quod ex eorum virtutibus et vitiis discere licet, quid fugiendum, quid sequendum sit: jucundam, quod observatio comparatioque exemplorum veterum, quæ posteriores imitando expresserunt, rationisque, ad quam imitandi studium composuerunt, res est plena humanissimæ voluptatis. Ex hoc genere sunt Panegyrici Latini.... Est enim in iis habitus eloquentiæ labentis quidem, et multis partibus fractæ, sed tamen fulcientis ruinam suam studio, et erigentis se veterum imitatione. Neque fieri facile potest, quin ab ejus lectionis initio miremur orationis cum diversitatem ab illa veterum præstantia, tum ipsius inæqualem varietatem. Cujus depravationis caussa non, ut vulgo putant, unica fuit libertatis amissio, quanquam ea multum valuit; sed fuerunt aliæ complures, ... inprimis fuit ea, quod Cæsares, quique republica potirentur, plerumque nec literas alerent, nec consilia sua ad humanitatem referrent. Ceterum gravissima, sine dubio, pestis in ipsa hominum inbecillitate latuit. Ita enim natura

Affulgebat olim spes aliqua novæ, præstantissimæque editionis horum Panegyricorum, cum curam eorum suscepisset C. G. Schwarzius, qui, præter insignem literarum scientiam, codicem Ms. habebat perantiquum et egregium,[c] cujus ope multis locis utriusque Orationis Mamertini senioris, et Drepanii medicinam attulit. Sed cum aliorum laborum varietate, et multitudine, tum præcipue studio in Panegyricum Plinii collato, districtus, ante excessit e vita, quam exorsa detexuisset. Post ejus obitum codex ille possessorem sortitus est virum summe venerabilem, Jo. Sigism. Mœrlium, Antistitem Rev. Ministerii Norimbergensis, et Professorem primarium, cui sacra, et literæ insignia commoda et incrementa debent, et cujus tanta in me propensæ voluntatis benevolentiæque documenta extant, ut nullo unquam erga eum officio mihi satisfacere possim. Is mihi, aliquot abhinc annis, et illius Ms. et aliorum præsidiorum, in quibus sunt annotationes adhuc ineditæ Schwarzii, copiam fecit, atque auctor extitit novæ Panegyricorum editionis adornandæ, in qua si ita versatus esse videbor, ut non sit, quod vel illum consilii, vel me obsequii pœniteat, satis me pro labore pretii tulisse putabo.

Operæ meæ rationem redditurus, quos libros habuerim, quid iis tractandis observaverim, et quid in curando hoc negotio secutus sim, explanate nunc edisseram. Affuit mihi:

I. Codex ille Schwarzianus olim, nunc Mœrlianus, for-

comparati sumus, ut optima quæque longo usu nobis sordescant, et nova deinceps alia ex aliis cupiamus. . . . Ad hanc morum, sensuumque labem cum alia pestis accederet, infelix adulandi necessitas, noli quærere, quæ monstra nata sint orationum. . . . Neque tamen eo valet nostra disputatio, ut his Panegyricis nullam laudis partem relinquamus. . . . Nam etsi ea ætate florerent, qua et libertatis spiritus defecisset, et ipsa eloquentia cum in rerum judicio, tum in verborum delectu graviter laboraret, habent tamen haud rara verborum sententiarumque lumina, et nonnunquam felici quodam impetu ad priscam illam sublimitatem se attollunt, ut iis non ingenium adeo ac doctrina, sed temporum felicitas defuisse videatur.' *Arntz.*

c Vid. Schwarz. Paneg. Plin. p. 732. *Jæger.* Eundemque in Dissert. Panegyrico Mamertini Maximiano præfixa, § 2. *Arntz.*

ma quarti ordinis, ante quatuor, et quod excurrit, sæcula manu nitide in membranis scriptus, qui, præter Panegyricum Plinii, ceteros quoque, quos adhuc habemus, Veterum Panegyricos Latinos complectitur, itemque Oratiunculam Metii Voconii Tacito Aug. dictam, quam Schwarzius Miscellan. Politioris Humanitat. p. 125. annotatione sua illustratam, addidit. Porro ex libris editis:

II. Panegyrici Variorum Auctorum, ex recens. Jo. Cuspiniani, Viennæ Pannoniæ, 1513. 4. Vid. de hujus editionis præstantia Biblioth. Lat. Fabricio-Ernestiana, tom. II. p. 428. et Schwarz. Paneg. Plin. p. 737.[d] Equidem speraveram, fore, ut etiam facultas consulendæ editionis Puteolani, qua Schwarzius usus erat,[e] mihi contingeret. Verum Ernesti, quem hac de re per literas adii, cum cetera satis prolixe respondisset, negavit, fieri posse, ut libri illius, Bibliothecæ Dresdensi nunc illati, usus extraneis indulgeatur.

III. Panegyrici Veteres, Basileæ, per Jo. Frobenium, 1520. 4. Hæc Editio tribui solet B. Rhenano, qui, cum inter legendum obiter in suo exemplo (Mediolanensi sine dubio Puteolani) quædam annotavisset, quædam etiam, licet sine vetusti codicis auxilio, et inconsulto exemplo Cuspiniani, restituere conatus esset, illud deinde petenti Frobenio concessit. Verissima esse deprehendi, quæ Lipsius Epist. Quæst. I. 22. p. m. 153. de hac editione, non parum vitiosa et depravata, scripsit. Et Rhenanus ipse non multum sibi in hoc negotio tribuit; uti patet ex ejus Epistola ad Lucam Bathodium.[f]

IV. XII. Panegyrici Veteres. Jo. Livineius recensebat, ac notis illustrabat, Antverp. 1599. 8. Textus Livineii unde ductus sit, non plane mihi liquet. Suspicabar, eum ex Puteolani editione esse: sed illud mihi obstat, quod in Panegyrico Pliniano lectiones Puteolani et Livineii,[g] a

[d] Et in Dissert. Paneg. Mamertini Maximian. præfixa, p. 4. *Arntz.*

[e] De hac edit. Schwarzius ibid. p. 4. *Idem.*

[f] Cf. Schwarz. d. l. p. 5. *Idem.*

[g] Etiam in his Panegyricis; quasdam quoque lectiones solus habet Livineius, quæ in nullis edd. aut

Schwarzio commemoratas, nonnunquam a se invicem recedere animadverti. Cum Rhenano plerumque congruit; interdum tamen ab eo et in melius et in pejus abit. Ut ut sit, corruptus est certe, et inquinatus multis locis. Sed adsunt etiam permulta, et præclara remedia, quæ Livineius, sospitator horum Panegyricorum, in medium protulit. Utebatur vir doctissimus codice membranaceo, notæ admodum bonæ, qui penes ipsum erat; deinde lectionibus, quas e Bertiniensis Monasterii, Audomaropole, scripto codice exceperat Fr. Modius, et donaverat magno illi literarum patrono, Marco Welsero, qui eas ultro et liberaliter ad Livineium transmisit; porro, veteribus schedis, quas Car. Langius ad Frobenianam lectionem contulerat; denique etiam editione Cuspiniani et Rhenani. His omnibus diligenter excussis, lectiones in margine notavit, quibus textus, quem vocant, permultis locis facili negotio emendatur. Functus est etiam officio præclari interpretis, et docta annotatione plurimum lucis auctoribus nostris fœneravit.[h]

V. Plinii Epist. et Paneg. cum Comment. Catanæi. Adjuncti sunt alii ad alios Cæsares Panegyrici, ad fidem ve-

codd. extant, quasdam, quas cum eo tantum dedit Paull. Stephanus; hæ itaque unde sint sumtæ, mihi quoque non liquet. *Arntz.*

[h] Præterea Livineium novum ordinem in collocandis Panegyricis tenuisse tradit Schwarzius Dissert. ante Mamertin. Maximian. p. 6. Is nimirum hic est: I. Mamertinus Maximiano. II. Ejusdem Genethliacus. III. Eumenius pro Inst. Schol. IV. Incertus Maximiano. V. Incertus Constantino. VI. Nazarius. VII. Eumenii Grat. Act. VIII. Idem Constantino. IX. Idem Constantio. X. Mamertinus Juliano. Sed quod Gruterum, et posteriores hunc ordinem secutos esse, addit Schwarzius, in eo quidem fallitur. Baunius enim, et Cellarius eum tenuerunt ordinem, quem in hac edit. servavi cum Jægero, tempori convenientiorem. In excerptis vero cod. Puteanei penes me Mss. hic ordo notatur: I. Incerti Auctoris Maximiano. II. Incerti ad eundem. III. Incerti alius Maximiano. IV. Eumenii Oratio pro Scholis Instaur. V. Incerti Panegyricus ad Maximianum et Constantinum A. A. VI. Incerti ad Constantinum Flavium nomine. VII. Incerti ad eundem. VIII. Nazarii ad Constantinum. IX. Incerti ad eundem. X. Mamertini Gratiarum Actio dicta Juliano. Priori autem loco erat Plinius, posteriori Pacatus. Additur vero: 'in quo codice habita est ratio temporum,' quod quomodo verum sit, non expedio. *Idem.*

tusti exemplaris emendati. Exc. Paul. Stephanus, 1600. 4. Quodnam exemplar illud fuerit, quod editor sit secutus, mihi incompertum est.[1] Hoc vero constat, textum Livineii, si paucissima forte errata operarum excipias, in omnibus esse servatum. Quapropter cum levissima sit hujus editionis auctoritas, mentionem ejus, in reddenda scripturæ ratione, intermisi.

VI. Plinii Epist.—ejusdem Plinii, et Pacati, Mamertini, Nazarii Panegyrici, item Claudiani Panegyrici, 1604. 12. cum oliva Stephaniana. Hæc editio refert in omnibus Frobenianam, exceptis erroribus typotheticis, qui duobus tribusve locis aliquid diversitatis inducunt. Est proinde repetitio primæ illius Stephanianæ, excusæ an. 1591. 12. quæ et ipsa ex editione Rhenani expressa est, ut deinceps videbimus.

VII. XII. Panegyrici Veteres, emendati, aucti; nuper quidem ope Joh. Livineii; nunc vero opera J. Gruteri, præter quorum notas accedunt etiam conjecturæ Val. Acidalii et C. Rittershusii, Francofurti, 1607. 12. Præsidiis a Livineio paratis bene usus est Gruterus, textumque, à se primum in capita divisum, infinitis locis pleniorem, saniorem, speciosiorem fecit, recipiendis iis lectionibus, quas ille ex suis libris enotatas in margine collocaverat. Addidit etiam notas, quibus lectiones partim vindicantur, partim conjectura reformantur, sæpe etiam interpretatione explanantur.

VIII. Præter exemplum hujus editionis, quod in mea supellectile est, tractavi etiam illud, cui Gudius, vel alius vir eruditus, ascripsit variantes lectiones, i. e. ' librum II. Gudianum,' (vid. Schwarz. Pan. Plin. p. 732.) quem, qui nunc possidet, Nagelius, vir laudibus et meritis de nostra

[1] Mihi per illud exemplar intellexisse videtur ed. Cuspiniani, quæ summæ fuit auctoritatis, quare *cod.* Viennensem appellat Baunius ad Mamertin. Maximian. III. 8. et cod. Ms. loco esse habendam monet Schwarzius in Dissert. ante illum Paneg. p. 4. non paucas enim ex ea lectiones revocavit Stephanus, quamvis Livineio sæpe etiam adhæsisse non negaverim. *Arntz.*

Academia excellentissimus, mihique non uno nomine colendus, impertivit. Lectiones illas cum codice Ms. Guelpherbytano ita consentire, ut ex hoc ipso fonte fluxisse videantur, et Schwarzius l. c.[k] monuit, et ipse deprehendi, inspiciendo exemplari Cellariano, in quod Cortius lectiones istas codicis Guelpherbytani retulerat. Exemplaris hujus copiam mihi fecit vir humanissimus P. D. Longolius, statione sua haud ita pridem cum summa laude defunctus. Liber Gud. II. in quam plurimis quoque congruit cum Ms. Moerl. et Putean. de quo mox dicemus. Schwarzius l. c. docet, Ms. Guelpherbytanum mire conspirare in plurimis cum codice Vaticano n. 3461. Quod si sumas, hunc Vaticanum esse ex illis, quos Patarol. ad testimonium vocavit, habebis quinque codices unius ejusdemque sectæ atque familiæ, quos in optimis lectionibus socios sæpissime invenies. Desunt tamen in Gudiano II. multa, in iisque Panegyricus VIII. quibus neque Put. neque Moerl. caret. Ceterum in illo exemplo Longoliano hæc verba Cortii leguntur: ' Barthius ad ed. Stephan. 1591. 12. hæc sua manu ascripserat: ' Hi Panegg. expressi sunt ex ed. B. Rhenani, omnium pessima, ideoque sunt minimæ auctoritatis, neque recenseri, aut allegari tuto possunt. Omnino paranda, et legenda est ed. Gruteri, et ex doctorum hominum, quæ ei insunt, notis castigandi, et capiendi hi præstantissimi scriptores. Primus Cuspinianus (non notissimus ille Cæsarum scriptor) erexit signum ad æstimandos hos, cujus operam laudando commendatiorem fecit J. Lipsius. Secutus longo intervallo J. Livineius, boni, docti, industrii castigatoris operam iis impendit, cui velut accessio jungendi sunt, quos Gruterus coëgit.' Hæc Barthius vere, ac sapienter.'

IX. XIV. Panegyrici Veteres, Paris. 1643. 12. Vid. Schwarz. l. c. p. 748.[l] Biblioth. Latin. p. 429. Hæc editio, quæ etiam Parisiensis prior, et Puteani ed. nobis vocatur,

[k] Cf. Patris mei Præfat. ad Plinii Paneg. et quæ ipse in Præfat. tom. I. p. 8. *Arntz.*

[l] Et Dissert. ante Mamertin. Maximian. p. 6. *Idem.*

textum Gruterianum ita sequitur, ut etiam vitia typographica retineat. Præter Notas Variorum Interpretum, exhibet etiam libellum variantium lectionum, ab Antonio Schonhovio collectarum, et ad oram Froben. ascriptarum, quas Cornelius Gualtherus describi curavit, et Th. Pulmannus diligenter exscriptas ad Cl. Puteanum misit. Hæ lectiones cum Cusp. adeo congruunt, ut eas ex isto exemplo depromtas, et conjecturis mixtas fuisse initio suspicarer. Sed non ita esse, mox intellexi, cum viderem, Schonhovium inferre mentionem libri Viennensis, Lipsio laudati, tanquam diversi ab eo, quo ipse uteretur. Is vero liber Viennensis non alius esse potest, nisi ed. Cuspiniani. In fine libelli adjecta sunt hæc verba: 'III. Non. Aug. Brug. a. 1436. A.' Hæc si sana essent, nunquam de ed. Cuspiniani hic adhibita cogitare debuissem. Sed videtur pro 1436. reponendum esse 1536. si quidem A. Schonhovius hanc farraginem collegisse credendus est.[m] Insunt porro in hac editione lectiones cod. Puteani; quibus subjiciuntur hæc: 'Romæ A. D. 1571. mens. Januar.' Ex his mihi fit verisimile, lectiones has petitas esse ex illo codice Vaticano,[n] quem cum ceteris hujus familiæ concinere supra monuimus.

[m] Recta est Jægeri de anno emendando conjectura, cum anno 1557. mortuus sit Schonhovius, teste Saxe Onomast. part. III. p. 264. certum vero est variantium farraginem Schonhovii esse, exceptis, quæ, asterisco notata, sunt Pulmanni. Id indicat litera *A.*, in fine libelli verbis illis addita, qua Schonhovium designavit Pulmannus. Cf. quæ in capite leguntur, etiam descripta in paterna Paçati ed. p. 169. ipsa enim illa verba ed. Frobenianæ adjecisse Schonhovium, et inde Gualtherum descripsisse puto. *Arntz.*

[n] Haud satis dilucide Jægerus: Puteani enim lectiones non sunt ex solo Vaticano, sed inprimis ex alio cod. quem Veterem appellat, et a Vaticano studiose distinguit. Quis vero Vetus ille cod. sit, mihi non liquet. In notis passim laudat Puteanus cod. Pithœan. Fabri, nonnunquam etiam Pulmanni, et Bongarsii. Vid. ad Incert. Constantin. XIX. 2. quare in conjungendis variantibus cum ipsius notis, quatuor horum codd. tamquam diversorum, mentionem retinui, incertus, utrum per Vet. unum ex tribus posterioribus intellexerit, veluti apud Eumen. pro Instaur. Schol. XVII. 3. Vaticanus vero Puteani forte fuit unus ex tribus, quos habuit Patarolus, quamvis tres illæ lectiones, quas ex iis Patarolum notasse supra monui, ex Vaticano apud Puteanum non extent. *Idem.*

X. XII. Panegyrici Veteres, recensiti, et illustrati a Chr. Cellario. Halæ Magdeb. 1703. 8. Textus est Gruterianus, exceptis nonnullis, in quibus Cellarius, partim librorum a Livineio collatorum auctoritate, partim conjecturis virorum doctorum ductus ab eo discedit. Annotatio brevis est, docta, uno verbo, Cellariana.

XI. Panegyrici Veteres: Interpretatione, et notis illustravit Jac. De la Baune. Venet. 1728. 4. Parisiensem Baunii editionem, quæ an. 1677. prodiit, nullo pacto nancisci potui; ac proinde hoc Catone debui esse contentus. Quia vero ad priorem illam hæc Veneta expressa est, Parisiensis posterioris nomine interdum a me appellatur. Textum Baunius servavit Puteani, ita tamen, ut non modo errores typotheticos emendaverit, sed etiam meliorem interdum ex conjecturis, vel libris, interdum vero deteriorem lectionem in eum intulerit; ceterum a subsidiis criticis valde imparatus id sibi negotii datum esse credidit, ut explicatione verborum qualicumque, diligentiore rerum, quibus ex historia et temporum ratione declarandis operam non inutilem navavit, defungeretur; estque adeo, ut paucis complectar, unus ex multis illis Interpretibus Delphinicis. Vid. Schwarz. l. c. p. 750. Biblioth. Lat. p. 429.

XII. Panegyricæ Orationes Veterum Oratorum. Notis ac nummis illustravit, et Italicam interpretationem adjecit Laur. Patarol, Venetus, (in ejus Opp.) Venet. 1743. 4. Si quis unquam festiva præsidiorum copia instructus ad edendas hasce Orationes accessit, is certe fuit Patarol. Usus est edd. Cusp. Rhen. Navii, (Venet. 1576.) Livineii, Genevensibus duabus, altera an. 1638. altera an. 1663. excusa, (si numerorum notæ non fallunt,) Parisiensi, an. 1655. (quæ repetitio est Puteaneæ, an. 1643. publicatæ,) altera, in usum Delphini a Baunio procurata an. 1677. Cellariana. Adhibuit cod. Ms. ex Bibliotheca patria D. Marci, collationem trium codd. Vaticanorum, et codicis Ms. ex Bibliotheca, quæ Mediolani est, Ambrosiana. Consuluit omnes interpretes et criticos, qui Orationes hasce illustrarunt. Addidit nummos, qui vel imperatores, eorumque familias spectant, vel res ab iis gestas, &c. declarant. Quis propter

hæc non vadimonium deserat? Sane, si Naugerius aliquis, vel Victorius isto apparatu usus esset, haberemus, quod desideriis eruditorum, et spei satisfaceret. Sed nimis alienus erat Patarol. a re critica. Codices suos non perpetua diligentia, sed ubi libitum erat, inspexisse contentus, paucissimis locis opem ex illis affert, et contextum haud meliorem Parisiensi, quem ubique ante oculos habet, nobis procudit. Annotatio in rebus Historicis, et præcipue Geographicis studiose versatur, in ceteris ad rationem Minellianam fere accedit. Sunt tamen, ne quid boni dissimulem, in quibus vel pravæ lectionis reformandæ, vel confirmandæ probæ opera viri prodesse queat. Sed satis de his: ne tantummodo censuram aliorum agere, et viæ, quam ego persecutus sum, demonstrandæ videar oblivisci.

Prima mihi merito fuit cura textus, cujus multa vitia, ope librorum, præcipue Mœrliani, emendavi. Equidem facile agnosco, non omnia vulnera, quæ librariorum incuria scriptoribus hisce inflixit, esse persanata. Sed malui, ea, ubi non aderant præsentissima remedia, suspensa manu tractare, aut manum omnino abstinere, quam, sumenda quidlibet audendi licentia, in reprehensionem temeritatis incurrere. Porro id quoque efficere curavi, ut, unde lectio quæque ducta sit, et quibus quasi gradibus ad eam, quam habet, formam textus pervenerit, intelligatur. In adjumentis interpretandi observationes Schwarzii, quibus utrumque Mamertini Panegyricum illustravit, Dissertationibus Academicis publice olim propositas, nec non eas, quas ad Panegyricum Eumenii, in usum Prælectionum, conscripsit, nondum adhuc editas,* nec tamen indignas auctore suo, edere integras; ex annotatione reliquorum dilectum facere visum est. Quotiescumque enim rem unam, eandemque a duobus, pluribusve, quod haud raro accidit, propositam fuisse vidi, illius tantummodo notam, quam vulgo dicunt, selegi, qui vel primus illam rem tetigit, vel omnium optime explicavit: qua ratione id me consecutum esse spero, ut

* Non itaque hæ ex Schwarzii edit. videntur translatæ, ut suspicabar in Præf. ad tom. I. p. 4. quid igitur has inter illasve intersit non liquet. *Arntzenius.*

nihil omnino ex iis, quæ illustrandis Orationibus hisce inserviunt, desiderari possit, neque tamen supervacanea legantur. Mea animadversione tum demum opus esse judicavi, cum variæ lectionis ratio reddenda erat, vel quædam uberius et liberalius declaranda, vel sententiæ aliorum dubiæ aut falsæ esse videbantur. In his arguendis non inanem vincendi libidinem secutus sum, sed commodum lectoris spectavi. Putabam enim, in quibus Gruterus vel Cellarius errasset, facile alios falli posse, etiam qui non prorsus in his rebus cæcutirent. Omnino id studui efficere, ut Orationes hæ perspicuæ essent illis quoque, qui, aut propter ætatem, aut educationem, et rationem studiorum, aut vitæ genus, non statim primo obtutu assequerentur, quæ, ab aliqua parte eruditionis repetita, præsto esse debent intellecturo auctores, reconditæ doctrinæ haud expertes. Accidit nonnunquam, ut viri, qui in his literis habitarent, etiam qui non habitarent, sed speciem affectarent copiosæ eruditionis, tanquam trivialia spernerent, quæ ab aliis jam alicubi doceri meminissent. Verum hanc morositatem et arrogantiam satis confutavit Heyne,[p] cum quo equidem malim errare, quam cum istis vera sentire. Attuli igitur in iis, quæ non nimis facilem intellectum habent, quædam, quæ aliunde jam se didicisse docti arbitrentur; sed attuli verbis paucissimis, et ita, ut lectorem semper eo ablegarem, ubi res fusius disputatur. Præterea cum non sine molestia desideretur lux ea, quæ umbras ab Historiæ et Geographiæ ignoratione offusas discutiat, non negligenda esse duxi nomina hominum, gentium, urbium, regionum, quibus aliquid inest difficultatis; iisque illustrandis locum commodiorem esse in annotatione textui subjecta, quam in Indice, credidi peritis harum rerum judicibus.[q]

His de consilii et operæ meæ ratione expositis, addidi in Præfatione, decem abhinc annis scripta, emendationes, et monita, quæ mecum communicaverat celeberrimus

[p] In Præf. præfixa Oresti Euripideæ, a Cl. Facio illustratæ. *Jægerus.*

[q] Vid. *Allgem. Deut. Biblioth.* vol. XXVIII. p. 566. *Idem.*

Schenckius, Professor bonarum literarum in Gymnasio Norimbergensi,[r] quem non modo propter innumera benevolentiæ pignora, ex illo inde tempore, quo collegii vinculo conjungebamur, colendum, sed et copiosissimæ eruditionis, insigniumque meritorum nomine suspiciendum mihi esse semper præ me tuli, nec unquam prædicare desistam. Accesserunt deinde plura, quæ, hisce Schenckianis, et meis observationibus posterioribus permixta, hic expromere visum est. Scilicet, libro hoc in lucem emisso, indicaturam ejus dedit vir doctus in Bibliotheca Philologica, Lipsiæ typis excusa, attulitque non pauca, quibus textus Panegyricorum fieri posset emendatior. Non ita multo post vir literarum scientia præstantissimus, Daniel Wyttenbach, in Bibliotheca Critica Amstelodamensi de nova illorum editione ita exposuit, ut locis permultis plurimum lucis impertiretur. Præclaris hisce annotationibus etsi optabilius erat in nova Panegyricorum editione uti posse, quoniam tamen facultas ejus iterandæ in incerto est, et bona pars possessorum libri dispersam collectionem gravatur, faciendum putavi, ut eas, adjectis illis, quæ ipse animadvertissem, ita typis exscriptas publicarem, ut illis exemplaribus, quæ superarent adhuc in tabernis, statim adjungi, illis vero, quæ jam divendita essent et compacta, exemta Præfatione priore, inseri possent. Id a bibliopego, artis suæ satis perito, sine ullo libri dehonestamento, fieri posse usu compertum est. Quemadmodum nomina Interpretum, quorum annotatio textui subjecta est, primis fere literis (scilicet A. Acidalius, B. Baunius, C. Cellarius, G. Gruterus, J. Juretus, L. Livineius, Pat. Patarol., P. vel Put. Puteanus, S. Schwarzius,) signata sunt, ita et hic siglis S. BP. et BC. Cel. Schenckium, et viros doctos, quorum alter in Bibliotheca Philologica, alter in Bibliotheca Critica sententiam de hac Panegyricorum Editione dixit, indicabo. Scr. Altdorfii a. d. XXIII. Januarii, MDCCXC.

[r] Hæc suis jam locis leguntur Notis inserta. *Arntz.*

CHRIST. GOTLIBII SCHWARZII

DISSERTATIO

AD

MAMERTINI PANEGYRICUM.



Q. D. B. V.

I.

CONSTAT, præter incomparabilem Plinii Panegyricum, adhuc reliquos esse etiam alios quosdam, licet aliquantum inferioris ætatis, veterum Panegyricos Latinos. Hi quidem, si styli concinnitatem et elegantiam spectes, ad Plinianæ elocutionis præstantiam non ascendunt. Recte enim Bœclerus, non iniquus harum existimator, in Bibliograph. Cort. p. 72. 'In omnibus his Panegyricis,' inquit, 'qui hoc sæculo vixerunt, videre licet, quantum mutaverit facies styli. Quanquam enim valerent ingenio, sæculum tamen suum vincere non potuerunt. Conantur quidem sæpe assurgere ad gravitatem veterum; sed conantur tantum. Culpa etiam ad adulationes aulicas referenda est.

Omnia enim tum altius erant efferenda; neque verba invenire poterant, quibus satis reverenter de Cæsaribus loquerentur. Hinc, dum novas voces adinvenire cœperunt, valde plerumque lapsi sunt.' Utcumque tamen est, hi ipsi Panegyrici haudquaquam sunt spernendi, cum non solum fœcunda argumentorum inventione, et miro sententiarum acumine artis oratoriæ cultoribus majorem in modum se commendent, sed etiam historiæ, in istorum quidem temporum caligine, haud parum inserviant. Quapropter operam suam non male collocare videntur, qui eam ad emaculanda et illustranda illa antiquæ eloquentiæ monumenta conferunt. Neque enim pauca horum loca adhuc cubant in mendis, et quasi tenebris obducuntur. Quo nec adeo mirum nobis esse potest, si cogitemus, paucos admodum, qui istos Panegyricos edidere, idoneis subsidiis fuisse instructos. Quin et hodie horum Panegyricorum codices Mss. rarius invehiuntur. Certe præter codicem chartaceum, qui ex Bibliotheca Gudiana redemtus (quanquam in catalogo Gudiano tanquam codex membranaceus designetur) in augustam Bibliothecam Guelpherbytanam pervenit, et præter nostrum, quem mox commemorabimus, alium quendam in Germaniæ vel Bataviæ Bibliothecis hodie extare, resciscere nobis, quamvis omni cura investigantibus, necdum contigit.

II.

Quæ vero subsidia ad hos Panegyricos illustrandos nobis præsto sint, jam in Præfationibus observationum ad Panegyricum Plinii indicavimus. Potiora tamen etiam nunc recensere lubet. Primum scilicet possidemus exiguum codicem Ms. quadringentorum circiter annorum, satis nitide, quamvis a rudi librario, scriptum; quem quidam possessor ἀνώνυμος se perlegisse die 17. Julii an. 1454. in ligatura, multo quidem recentiore manu, quam quæ in ipso codice comparet, annotavit. In hoc codice præter Plinii, aliorumque veteres Panegyricos, quarto loco occurrit *Mamertini Consulis Gratiarum Actio de suo Consulatu dicta Divo*

Juliano semper Augusto. De quo Mamertino alio tempore agemus. Undecimo loco extat, prout ibi inscribitur, *Genthliaci Rhetoris optimi Panegyricus dictus Divo Maximiano Augusto.* Hic est ille ipse Panegyricus, de quo nunc agimus, et cujus hoc est initium: 'Cum omnibus festis diebus, sacratissime imperator, debeat honos vester divinis rebus æquari,' &c. Alias inscribitur hic Panegyricus: *Claudii Mamertini Panegyricus, Maximiano Herculeo dictus.* Sequitur duodecimo loco alius Panegyricus, cum hac inscriptione: *Panegyricus Maxim. et Diocletiano finit. incipit eorundem Genethliacus.* Cujus hoc est initium: 'Omnes quidem homines, sacratissime imperator,' &c. Alias inscribitur: *Ejusdem Mamertini Panegyricus Maximiano Herculeo dictus.* Præterea quondam beneficio Jo. Alberti Fabricii, viri etiam post suprema fata honorificentissime commemorandi, excerpsi sequentes duos libros cum codicibus Mss. collatos, quorum primus:

C. Plinii Cæc. Sec. Epistolæ; et ejusdem Plinii ac Pacati, Mamertini, Nazarii Panegyrici, &c. Excud. Henr. Stephanus, anno MDXCI. in 12.

Alter complectitur XII. Panegyricos Veteres, ad antiquam, qua editionem, qua scripturam infinitis locis emendatos et auctos; antehac quidem ope Livineii, nunc vero opera Jani Gruteri: præter quorum notas etiam accedunt conjecturæ Valentis Acidalii, et Conradi Rittershusii. Francofurti anno MDCVII. in 12.

Uterque hic liber, ut modo diximus, collatus est cum codicibus Mss. Cum vero uterque in Gudiana Bibliotheca quondam extiterit; hinc Stephanianam editionem infra appellamus librum primum Gudianum; Gruterianam vero, librum alterum Gudianum. Ac quia jam ex Pliniani Panegyrici lectionibus variantibus animadvertimus, eas in Gruterianum exemplar ex Ms. Gudiano, qui hodie est Guelpherbytanus, translatas fuisse in hoc ipsum exemplar Gruterianum; facile conjicimus, etiam reliquorum Panegyricorum variantes lectiones ex Guelpherbytano codice Ms. hic reperiri.

Panegyricæ Veterum Orationes, ex Francisci Puteolani recognitione: Editio antiqua, sine loco et anno in 4. In priore pagina primi folii hujus libri recensentur tituli singulorum Panegyricorum; sub cujus recensionis fine hæc excusa sunt verba: 'Franciscus Puteolanus diligentissime recognovit.' In calce hujus editionis hæc sola verba legimus: 'Panegyrici XII. finiunt; a variis auctoribus editi cum gratia et privilegio.' Hæc editio sine dubio refert illam principem, quæ itidem sine mentione loci, ubi prodierit, impressa est anno MCCCCLXXVI. forma quarti ordinis, ac quæ, ut ipsa docet dedicatio, curata est a Francisco Puteolano; quamque laudat Arntzenius in Præf. ad Panegyricum Plinii. Illam vero dedicationem Franc. Puteolanus inscripserat Jacobo Antiquario, Ducali Secretario; ubi significat, se Panegyrico Plinii addidisse undecim alios Panegyricos, non Pliniano quidem pares, sed tamen non inelegantes, aut recusandos, cum mira in singulis sit eruditio; præterea adjecisse, ut magnitudo voluminis justa esset, Julii Agricolæ vitam per Cornelium Tacitum conscriptam, et Fragmentum Petronii Arbitri. Ab hac ergo editione aliam esse oportet, quam Mich. Maittaire, tom. I. Annal. Typogr. pag. 374. sub sequenti titulo recenset: 'Panegyrici Latini Veteres; Petronii Arbitri Satyricon; Ephemeris Dictys Cretensis. 4. Mediolani, impress. die decimo nono mensis Maii. M. CCCC. LXXVII. cum Epistola Maselli Beneventani ad Bartholomæum Chalcum, Ducalem Secretarium, ante Dictyn præmissa.' Facile tamen fieri potuit, ut etiam hæc Mediolanensis editio secuta sit recensionem Francisci Puteolani; cum haud raro tunc acciderit, ut typographi vicini aliorum typographorum opera recuderint. Id quod illi certius dijudicabunt, quibus contingit utriusque editionis exemplaria inter se conferre. Exemplar ejus editionis, quam primo loco commemoravimus, et quæ Franc. Puteolani nomen præfixum habet, quanquam ejus præfatio, sive dedicatio, ibi perperam fuerit omissa, pro insigni humanitate sua, et incredibili studio ornandæ rei literariæ ex præstantissimo Thesauro Bibliothecæ suæ, nostro usui indulsit perillustris Dom.

Henr. de Bunau, communis hujus sæculi Mæcenas, cujus vel solum nomen omni elogio est illustrius.

Panegyrici Variorum Auctorum et Declamationes nonnullæ perquam eruditæ hactenus non impressæ. In calce libri: 'Impressa sunt hæc Viennæ Pannoniæ opera Hieronymi Philovallis, et Joannis Singrenii, Sodalium. Impensis vero Joannis Metzgker, Bibliopolæ, Georgio T. Collimitio, Gymnasii Moderatore. IV. Idus Martias, anno M.D.XIII. Imperante Maximiliano, P. F. Aug.' Magni omnino facienda, et loco codicis Ms. habenda est hæc Cuspiniana editio; in qua alio ordine, quam in codice nostro Ms. aut in Franc. Puteolani editione, collocati sunt Panegyrici.

Ut vero pateat, cui debeatur hæc præstans et rara editio, quæ in paucorum manibus est, integram ejus Præfationem transferre huc libet:—

'Georgius Cuspinianus, Canonicus Herbipolensis in Haugis, Sebastiano Felici Cuspiniano, Fratruelis sui filio, S. P. D.

'Decet nos, cariss. Sebastiane, dum pater tuus Joannes Cuspinianus immo et meus pater et patruus, Cæs. Maximiliani Consiliarius et Orator, crebris legationibus et arduis occupatus negotiis, regum negotia curat, eisdem insistere vestigiis, quibus olim ipse, si modo nolumus a stirpe nostra degenerare; et dum per ætatem licet optima quæque sectari; non, quod plerique faciunt, paterna gloria contentos, elanguescere. Id quod factitatum sæpenumero legimus, magnos viros raro felicem tulisse sobolem. Nos alia innitentes via, Deo Opt. Max. duce, curabimus latius domum nostram propagare pro virili, et, quoad fieri potest, conemur etiam superare progenitores nostros; in quo nobis haud invidiam, sed laudem comparabimus. Nolumus itaque nos tradere otio, sed vigiliis, lucubrationibus, studio, paternam æmulari gloriam. Et cum tu sis minor natu ego te, jure et sanguinis et ætatis, merito debeo admonere, ut eadem institutione virtutis amplectamur iter, et literarum splendore fiamus percelebres,

ut genitor noster communis Joannes Cuspinianus, non tam literis et omnifaria eruditione, quam industria ac prudentia est longe celebratissimus, qui nullum tempus præterit, dum non est publicis ac Cæsareis officiis impeditus, quo non vel scribendo vel legendo, vel libros remotiores evolvendo ac emendando, posteritatem sua opera juvet. Et quanquam jam ingens moliatur opus, de Consulibus ac Cæsaribus Romanis, usque ad nostra sæcula, quod ad finem jam pæne deduxit; non intermittit tamen subcesivis horis, si quid interdum otii nactus fuerit, quin depravata emendet, ac mutilata restituat. Quod nuper in his Panegyricis ita diligenter, ita accurate, præstitit, ut jam merito illi suos auctores agnoscant. Nam præter hoc, quod multa erant perperam in his elegantissimis Orationibus inversa ac corrupta; integras etiam chartas ille noster parens reperit, in vetustissimis suis exemplaribus, ac restituit: adjecitque nonnullas pulcherrimas orationes miro artificio contextas, ut discerent juniores, qua arte similes fabricarent, et, ut haberent quasi archetypum, et exemplar similium confingendi. Ne itaque tanti viri tantus labor periret, collegi sedulus tantas sarcinas, et Achate meo, Philippo Gundelio, studioso juvene, comite et auxiliatore, in communem studiosorum utilitatem, ære imprimendas tuo auspicio, mi Sebastiane, tradidi, ut per universam volarent Germaniam, et nos ex eisdem, ceu fontibus, et studiosi alii, Rhetorices et bene dicendi præcepta edisceremus. Vale, mi Sebastiane Felix, ac patrem tuum, immo nostrum, venerare et sequere. Viennæ Pannoniæ, IV. Idus Martias, anno salutis M. D. XIII.'

Conjicio adeo, Jo. Cuspinianum excusum quidem, et a Franc. Puteolano curatum exemplar veterum Panegyricorum, in manibus habuisse; id tamen ex aliis vetustis codicibus Mss. emendasse.

Panegyrici Veteres, Basileæ per Jo. Frobenium, anno M. D. XX. 4. In quibus excudendis pro magna parte codicem Rhenanicum imitatus est Frobenius, ut ipse ait in titulo. Beatus vero Rhenanus in Præfatione: 'Panegyri-

cos veteres,' inquit, 'aliquando percurri, vetustatem curiosius excutiens, et in his inter legendum obiter, in meum duntaxat usum, quædam annotavi; quædam restituere conatus sum, judicium tantum meum secutus: nam exemplari vetusto carebam, cum quo conferrem.... Proinde, mi Luca, hanc recognitiunculam laboriosiorem, quam feliciorem fortassis, (quæ enim felix castigatio absque codice vetusto, qui tamen non omnino sit depravatus?) tibi nuncupare libuit,' &c. In collocandis Panegyricis idem ordo observatur, qui est in editione Franc. Puteolani. Adeo hanc fortasse saltem ex ingenio castigare conatus est Rhenanus. Præter Panegyricum Ausonii, adjecti sunt quatuor Panegyrici recentiores, nempe Hermolai, Erasmi, Pandulphi Collenutii, et G. Sauromani.

Panegyrici Diversorum, nunc demum recogniti, et in lucem editi per Paulum Navium, Venetum, apud Gryphios, anno 1576. 8. Diu editionem hanc quæsiveram frustra; tandem ex gratia et beneficio perillustris Dom. de Bunau hujus quoque mihi copia facta est. Sed res expectationi minus respondit. Navius ille in his Panegyricis edendis non admodum fuit navus; in Præfatione, nescio quam, in hisce Panegyricis emendandis industriam jactat. 'Quantum,' inquit, 'nostri studii fuerit in his emendandis, corrigendisque Panegyricis, optimus quisque cognoscere poterit, cum intellexerit, nullum nobis aliud exemplar suppetiisse, nisi illud, quod multo ante quidam Franciscus Puteolanus non satis diligenter recognovit. Quanquam ipse de se referat, diligentissime recognovit. Qui, præter typi deformitatem, (prætereo illum Plinii Trajano dictum, quem cum ceteris ejus scriptis ad unguem Aldus senior vidit, et impressit,) verborum inemendationem, puncti lituram, ordinem quoque temporum et imperatorum invertit, et qui priores erant, posteriores emisit. Nos vero, etsi impressorum incuria aliquid sit prætermissum, ut potuimus, observavimus, ne quid adhuc nemo amplius in iis expeteret, ut in aliis etiam libris perpetuo præstituri sumus. Argumenta adjecimus; in quibus, qui, quando imperio potiti sunt, et

ad quos imperatores laudes habentur. Multa præterea, quæ tum longissime ab intelligentia, et a nostris sensibus, erant dijuncta, et intelligerentur, non parum nobis fuit elaborandum.' Sed bonus Navius plus de se pollicitus est quam præstitit: præter enim brevia argumenta, sive summaria, singulis Panegyricis præmissa, nihil ab eo additum deprehendi.

XII. Panegyrici Veteres, ad antiquam, qua editionem, qua scripturam, infinitis locis emendati, et aucti. Joh. Livineius, Belga, Gaudensis, recensebat, ac notis illustrabat. Antverpiæ, ex officina Plantiniana, M. D. XCIX. 8. Non parum contulit Livineius ad hos Panegyricos purgandos, usus, qua scriptis, qua vulgatis, codicibus; nimirum, quod in Præfatiuncula ad Lectorem commemorat: 1. Vetusto exemplari in membrana exarato, quod ipse possedit. 2. Apographo codicis antiqui, quem e Bertiniensis monasterii Audomarapole scripto codice descripserat, et Marco Welfero donaverat Franciscus Modius. 3. Veteribus schedis, quas doctissimus Car. Langius ad Frobenianam lectionem contulerat. 4. Editione Cuspiniani, quæ Viennæ prodiit, M. D. XIII. quam Justus Lipsius suppeditaverat. 5. Editione Beati Rhenani, quam Frobenius excudit. 6. Lugdunensi editione non unius anni et typographi. Livineius novum, eumque a superioribus diversum ordinem in collocandis Panegyricis tenuit, quem deinceps Gruterus, Parisienses, et recentiores, Cellarius ac Patarol., sunt secuti.

Plinii Epistolarum Libri X. ejusdem Panegyricus Trajano dictus cum commentariis Jo. Mariæ Catanæi. Adjuncti sunt alii, ad alios Cæsares, Panegyrici, ad fidem vetusti exemplaris emendati. Excudebat Paulus Stephanus an. M.DCI. 4. Hæc editio sæpius prodiit Genevæ, sumtibus Samuëlis Chouet.

XIV. Panegyrici Veteres, cum Notis Variorum. (Additur Panegyricus Ausonii, item et Ennodii.) Parisiis, apud Claudium le Beau, anno M. D. C. XLIII. 12. Dedicatio inscripta est Henrico de Bourbon, Principi Condæo.

Eadem editio etiam præ se fert annum 1655. et nomen bibliopolæ, Simeonis Piget. Sed nihil ibi mutatum, nisi titulus et formula Dedicationis, quæ inscripta est Ludovico Phelypeaux, Domino de Urilliere, &c. Non immerito dici potest editio Puteana, a Claud. Puteano, senatore Parisiensi, qui, cum viveret, de nova editione cogitavit, quam cum variis Mss. diligenter collatam, et Catanæi, Raijani, Balduini, Livineii, Lipsii, et Gruteri notis, ac Valentis Acidalii conjecturis auctam, item Petri Fabri Sanioriani, Franc. Jureti, Theod. Pulmanni, et Antonii Schonhovii, suisque inprimis notis et emendationibus antea non editis locupletatam, cum esset proxime editurus, præmatura morte rebus humanis ereptus est. Post mortem tamen, ex illius schedis, hæc editio adornata est, cui velut fundamenti loco fuit editio Gruteriana, an. 1607.'

Panegyrici Veteres interpretatione et notis inlustravit Jacobus De la Baune, Soc. Jes. jussu Christianissimi regis, ad usum Sereniss. Delphini. Parisiis apud Simonem Benard. an. M.D.C.LXXVI. 4. Editor hic secutus est editionem Parisiensem an. 1643. Quid præterea præstiterit, jam in observationibus ad Plinii Paneg. exposuimus. Eadem editio recusa est an. 1728. Venetiis.

Duodecim Panegyrici Veteres, ex sæculo a Diocletiano ad Theodosium superstites, recensiti a Christophoro Cellario. Halæ Magdeb. an. MDCCIII. Editor potissimum secutus videtur editionem Jac. De la Baune, nullo codice Ms. usus. Quia vero hæc editio in Germania potissimum usu valet, ad eam et emendandam et confirmandam maxime respicimus.

Panegyricæ Orationes Veterum Oratorum. Notis ac Numismatibus illustravit, et Italicam interpretationem adjecit Laurentius Patarol., Venetus. Editio secunda, Venetiis, an. M.D.CC.XIX. 8. (Prior editio an. M.D.CC.VIII. prodierat.) Editor potissimum recensionem Cellarianam secutus videtur, et quanquam in Præfatione commemoret, se etiam quosdam codices Mss. adhibuisse, in ipsis tamen notis, succinctis alioquin et luculentis, nusquam indicat, ubi, et unde quædam loca correxerit.

III.

Hic vero Panegyricus, quem nunc illustrandum nobis sumsimus, vulgo quidem Claudio Mamertino, tanquam auctori, hodie ascribitur: res tamen, si penitius excutiatur, non parum dubia videtur. Certe in nostro codice nomen Mamertini haud deprehenditur: cum ibi, quod jam supra notavimus, hæc inscriptio minio signata sit: *Genthliaci Rhetoris optimi Panegyricus dictus Divo Max. August.* Nescio, an rudis librarius ex sequenti Panegyrico Genethliaco, itidem Maximiano Aug. dicto, nomen *Genthliaci*, tanquam proprium, finxerit, et huc transtulerit; an ab initio simpliciter, sine nomine auctoris, scriptum fuerit, *Genethliacus Panegyricus Maximiano Aug. dictus;* quia hic ipse Panegyricus die natali urbis Romæ habitus est. Neque enim est, quod cogitemus, hoc nomen proprium fuisse alicujus Oratoris istius ævi: quanquam simile invaluit nomen; cum Augustinus epistola CLXIII. anno quidem 399. scripta, mentionem fecerit alicujus Genethlii, beatæ memoriæ, cui in munere sacro successerit Aurelius Carthaginiensis. Interim, in priore libro Gudiano, ex alio cod. Ms. idem fere titulus sic exprimitur: *V. C. Genethliaci, Rhetoris Optimi, πανηγυρικὸς dictus Divo Maximiano Aug.* In eodem libro Gudiano, ex alio codice Ms. hic titulus exhibetur: *Panegyricus Maximiano Herculio Diocletianoque in Natali Urbis dictus.* In altero vero libro Gudiano annotatum est, in quodam cod. Ms. plane deesse titulum huic Panegyrico, qui ibi inter ceteros numeretur X. Etiam Claud. Puteanus jam annotavit, titulum hujus Panegyrici varie in libris notari. Aliquando ita inscribi: *F. Genethliaci Rhetoris optimi πανηγυρικὸς dictus Divo Maximiano Aug.* Aliquando sic: *Panegyricus Maximiano, de natali Romæ die.* Aliquando hunc in modum: *Incerti Auctoris Maximiano.* Atque ita etiam in principe editione Franc. Puteolani hic titulus excusus est: *Panegyricus Maximiano, Diocletianoque, dictus.* Qui titulus etiam in Cuspiniani editione invenitur. Primus, quantum nobis constat, Beatus Rhenanus in impressis hanc inscriptionem exhibuit: *Panegyricus Maximiano*

Aug. dictus, a Mamertino, ut putatur. In quo Diocletiani quoque laudes continentur, qui cum Maximiano imperavit. Quam inscriptionem etiam Henr. Stephanus, an. 1591. retinuit. At an. 1576. Paulus Navius, simpliciter et sine hæsitatione hunc titulum edidit: *Panegyricus Mamertini Maximiano Diocletianoque.* In argumento autem: 'Arbitror,' inquit, 'hunc esse dictum a Mamertino, ut ex sequenti Panegyrico cognosci potest; sed Diocletiano absente. Etenim, si Diocletianus affuisset, omnino esset præponendus,' &c. An. 1607. a Grutero, forte libros Mss. Palatinos secuto, ita inscriptus est: *Claudii Mamertini Panegyricus Maximiano Augusto:* quem reliqui editores imitati sunt. Atque ita etiam Carolus Sigonius, qui Hist. de Occidentali Imperio, lib. I. aliquot loca ex hoc ipso, de quo agimus, Panegyrico, excitavit, eum sine hæsitatione ascripserat Mamertino; cum bonæ notæ exemplari, sive codice Ms. quantum ex indiciis non obscuris colligimus, usus videatur. Sic pag. 8. edit. Basil. an. 1579. 'Extant,' inquit, 'Orationes aliquot post a Mamertino Rhetore ad Maximianum in Gallia dictæ, quibus utrumque significatur.' Mox vero locum affert, qui nunc legitur cap. III. et IV. hujus Panegyrici. Item, pag. 12. ex cap. IV. Porro, pag. 14. ex cap. IV. ubi hæc præfatur: 'quod factum, ut singulari felicitate commemorandum, Mamertinus deinceps sic Gallica dicendi copia celebravit.' Et denique, pag. 20. uti plura verba ex cap. XII. XIII. et XIV. affert, ita quasi dubitanter loquitur: 'In ea solennitate (XI. Kal. Maii) Mamertinus idem, ut existimatur, orationem habuit, in qua, expositis Maximiani rebus omnibus, quas commemoravimus, demum de Constantio, et apparatu instantis belli Britannici, ita disseruit.' Quamvis itaque hæc res nondum prorsus expedita, et certa videatur, cui auctori hic Panegyricus sit ascribendus; nolumus tamen nomen Mamertini deturbare de possessione jam vulgo probata; inprimis, cum et princeps editio Franc. Puteolani, et editio Vindobonensis Cuspiniani eandem indicio quodam confirmare videantur; utpote in qua utraque editione sequenti Panegyrico, cujus initium est, 'Omnes quidem homines,' &c. hic titulus præ-

figitur: *Ejusdem Mamertini Genethliacus Maximiani Augusti.* Jam ante hunc Genethliacum nullus alius proxime antecedit Panegyricus, quam hic ipse, qui nobis nunc sub manibus est. Huc præterea accedit non obscura in utroque Panegyrico styli affinitas, quæ eundem utriusque auctorem indicat. Num vero et is Mamertinus, qui Maximiano hos duos dixit Panegyricos, et is, qui Juliano imperatori de consulatu sibi delato gratias egit, unus idemque fuerit auctor, alio tempore disquiremus.

IV.

Jam quod ad primarium hujus Panegyrici argumentum attinet, quod uberius exponit illustratque Jacobus De la Baune; hic ipse Panegyricus potissimum Maximiano Herculio, Augusto, XI. Kal. Maii, h. e. XXI. Aprilis, natalem urbis Romæ celebranti, et tunc forte Treveris, primario Galliæ Belgicæ oppido, agenti, dictus est, ita tamen, ut laudes quoque Diocletiani absentis, qui cum Maximiano imperavit, simul complectatur. In Exordio, capite quidem I. et II. rationem affert Orator, cur imperator maxime laudandus sit die natali urbis Romæ, cujus, si non conditor, certe conservator restitutorque sit. Ratio hæc proditur, quod, cum iis diebus Hercules multo honore a Romanis colatur, qui saltem hospes advenerit in Italiam; multo æquius sit, eodem tempore etiam laudari Maximianum Herculium, qui majores gesserit res, et insigniora beneficia præstiterit Romæ. Loco Propositionis, Mamertinus, cap. II. primum dubitatione et præteritione utitur, unde ordiatur laudes. Deinde Maximiani res imperio gestas, tanquam tempori congruenter commemorandas, per compendium proponit. In parte prima Tractationis, generatim ostendit, Maximianum a Diocletiano in imperii consortium ascitum, plus tribuisse, quam accepisse, beneficii, cap. III. Deinde sententiam hanc illustrat comparatione Maximiani cum Hercule; quia, uti hic Jovi gigantum bello laboranti, ita ille Diocletiano opem ferre non recusarit. Parte secunda confirmat hæc Orator singulari recensione

rerum a Maximiano usque ad id tempus gestarum. Nimirum:

1. Quia Maximianus rusticanorum factionem compescuerit, cap. IV.

2. Quia Burgundiones, et Alemanos; item Chaibonas, et Erulos, irruentes in Galliam, represserit, cap. V.

3. Quia ipse Maximianus, die auspicali consulatus sui, Alemanos, denuo ad depopulandam Galliam Rhenum transgressos, fortiter repulerit, cap. VI.

4. Quia idem Maximianus, transgressus in Germaniam, armis vicerit hostes, securamque reddiderit Galliam; uti Diocletianus vel sola auctoritate nutuque sibi subjecerit, repressseritque hostem ultra Euphratem, cap. VII. quod factum exaggerat Mamertinus comparatione Scipionis, cap. VIII. Item alio exemplo Diocletiani, qui, Rhætiam ingressus, Romanum limitem protulerit, cap. IX.

5. Quia Diocletianus et Maximianus ex diversis orbis partibus convenerint, et mira virtutum consiliorumque consensione res imperii curarint, geminis illis regibus Lacedæmonibus, Heraclidis, concordiores, cap. IX.

6. Quia Maximianus regi Francorum restituerit regnum, et alii concesserit pacem; sicut Diocletianus regem Persarum redegerit in ordinem, cap. X.

7. Quia utrique hi imperatores, concordia sua, justitiæque studio, tum per se, tum per administros, maxima afferant bona imperio, cap. XI.

8. Quia pirata, Carausius, eo sit redactus, ut timeat exitium suum; et quia classis adversus eum apparata fortunatum spondeat belli eventum, cap. XII.

In Epilogo, Orator felicem prædicat Romam his imperatoribus tam concordibus, cap. XIII. deinde feliciorem in futurum auguratur, si videat eos reduces victores, una cum Maximiani filio, &c. cap. XIV.

V.

Etsi adeo hic Panegyricus potissimum in honorem Maximiani Augusti dictus est, non minus tamen Orator iden-

tidem etiam in laudes Diocletiani, senioris Augusti, digreditur, quamobrem de utriusque vita, rebusque gestis, nonnihil prælibandum duximus. Cum vero in horum annis imperii ad Fastos Romanos digerendis jam diligenter versati fuerint viri eruditissimi, Norisius, Pagius, Relandus, aliique, ex his, quæ nobis probabiliora visa sunt, breviter nunc repetere licebit.

Anno Christi 284. A. U. 1037. Carino Aug. II. et Numeriano Aug. Consulibus, post occisum Numerianum, XV. Kalend. Octobr. i. e. die XVII. Septembris. C. Aurel. Valerius Diocletianus, renuntiatus est imperator, ut tradit Auctor Chronici Alexandrini, ad hos consules: *Διοκλητιανὸς ἀναγορευθεὶς πρὸ ιε΄ Καλανδῶν Ὀκτωβρίων ἐν Χαλκηδόνι, εἰσῆλθεν εἰς Νικομήδειαν πρὸ ε΄ Καλανδῶν Ὀκτωβρίων μετ ἀπορφυρίδος, καὶ Καλάνδαις Ἰανυαρίαις προῆλθεν ὕπατος. Diocletianus renuntiatus Imperator XV. Kal. Octobres* (h. e. die XVII. Septemb.) *Chalcedone, Nicomediam V. Kal. Octobr. cum purpurea chlamyde ingressus est. Deinde Kalendis Januariis consul processit.* Huc pertinent, quæ Eutropius, IX. 19. scribit: ‘De Perside victa exercitus rediens, cum Carum Augustum fulmine, Numerianum Cæsarem insidiis perdidisset, Diocletianum imperatorem creavit, Dalmatia oriundum, virum obscurissime natum, adeo, ut a plerisque, scribæ filius, a nonnullis Anulini senatoris libertinus fuisse credatur.’ Hoc eodem anno, ac quidem XII. Kal. Decemb. (h. e. XX. Novembr.) Diocletianus, ut Carinum facilius opprimeret, M. Valerium Maximianum Herculeum Cæsarem nuncupavit. Id quod Pagius, in Dissertatione Hypatica part. I. cap. 2. n. 9. et in Critic. Baron. ad h. a. ex Lactantii cap. 17. De Mortibus Persecutorum, aliisque indiciis, ostendit.

A. C. 285. Diocletiano Aug. II. et Aristobulo Consulibus, Carinus imperator occisus est, tertio imperii sui Augustei anno, teste Idacio. Tunc Bagaudæ, i. e. rusticorum factio, in Galliis seditionem conciverant; quos domuit Maximianus Cæsar. Huc referimus, quæ narrat Eutropius, IX. 20. ‘Postea Diocletianus Carinum, omnium odio et

detestatione viventem apud Margum, (Mœsiæ oppidum) ingenti prælio vicit, proditum ab exercitu suo.... Ita rerum Romanarum potitus, cum tumultum rusticani in Gallia concitassent, et factioni suæ Bagaudarum nomen imponerent, duces autem haberent Amandum et Ælianum, ad subigendos eos Maximianum Herculium Cæsarem misit; qui levibus præliis agrestes domuit, et pacem (partem) Galliæ reformavit.'

A. C. 286. 'M. Junio Maximo II. et Vettio Aquilino Consulibus, levatus est Maximianus senior, (sive Herculius) die Kalendarum Aprilium,' inquit Idacius in Fastis; cum scilicet Diocletianus sentiret, ad compescendos tot motus sibi consorte imperii opus esse, scilicet tunc Diocletianus in hybernis morans, ac bellum adversus Persas ibi adornans, Maximianum renuntiavit Augustum. Eodem anno Germani, superato Rheno, in Galliæ oppida impetum fecere; quos autem fortiter debellavit Maximianus. De qua victoria loquitur Mamertinus, Panegyr. cap. V. Quin et eodem hoc anno Carausius, classi per tractum Belgicæ et Armoricæ parandæ, et propulsandis Germanis maria infestantibus præfectus, ob suspicionem vero muneris non recte administrati, a Maximiano jussus occidi, purpura sumta, Britannias occupavit. Quam rem narrat Eutropius, IX. 21.

A. C. 287. Diocletiano Jovio Aug. III. et Maximiano Herculio Aug. Consulibus, ipsis Kalendis Januariis, Maximianus Augustus insignem victoriam retulit de Germanis, qui ad Treveros usque, in qua primaria Galliarum urbe ipse agebat, pervenerant. Diocletianus vero rem adversus Persas feliciter gessit, dum Narseo, Persarum regi, bellum de proximo ostentans, tantum incussit terrorem, ut hic non tantum adventanti imperatori ultro cesserit Syria; sed etiam pacem supplex per legationem rogaverit. De Maximiani victoria agit Mamertinus Panegyr. cap. VI. de Diocletiani rebus in Persia gestis cap. VII. Ex his itaque rebus gestis utrique Augusto triumphus Romæ decretus fuisse videtur, qui quamvis non re ipsa fuerit tunc perac-

tus, tamen nummo cuso memoriæ proditus est. Neque enim quadrigæ in nummis semper triumphos revera actos; sed aliquando tantum a senatu decretos designant. Hujusmodi nummum in Gaza Medicea asservatum, Cardin. Norisius egregia dissertatione illustravit. In cujus nummi adversa parte conspiciuntur imperatores Diocletianus et Maximianus, se respicientes, et laureati, ac consularibus trabeis induti, scipionem consularem manu gestantes, in cujus summitate aquila apparet. Aversa nummi pars exhibet currum triumphalem, junctis quatuor elephantibus: in curru stant imperatores, et desuper Victoria, quæ hinc inde palmas spargit. In adversa parte hæc legitur epigraphe: IMPP. DIOCLETIANO ET MAXIMIANO AVGG. in aversa: IMPP. DIOCLETIANO III. ET MAXIMIANO COSS. Recte hic nummus, cujus imagine ornavimus frontem hujus dissertationis, refertur ad A. C. 287. in quo utrique hi imperatores consulatum gessere, et Diocletianus quidem tunc tertium, Maximianus vero adhuc sine numero. Diocletianus, pace cum Narseo inita, in Europam se contulit, et Rhætiam ingressus, Romanum limitem protulit, ac cum Maximiano de rebus imperii et forte de bello adversus Carausium, qui Britannias occupaverat, suscipiendo deliberavit. Cujus colloquii mentionem facit Mamertinus, cap. IX. Eodem anno igitur naves adversus Carausium ædificari cœptæ, de quibus commemorat Mamertinus, cap. XII. A. C. 289. M. Aurelio Valerio Maximiano Herculio Aug. II. et Pomponio Januario Consulibus, videtur Maximianus Rhenum transgressus arma victricia tulisse in Germaniam, securamque reddidisse Galliam, et regi Francorum restituisse regnum.

A. C. 289. Tib. Basso II. et Quintiano Consulibus, Mamertinus die natali urbis Romæ, scilicet XXI. Aprilis, Panegyricum hunc dixit, ut recte probat Norisius; quanquam Pagius eum referat ad annum proxime antecedentem. Sed cum eo anno, post Christum natum 288. Maximianus consulatum gesserit, nulla ratio apparet, cur Mamertinus tunc nullam mentionem injecisset hujus consulatus, impe-

ratorisque fasces veneratus esset. Sed neque ad posteriores annos commode referri hic potest Panegyricus. Etenim, cum is ante habitus sit, quam educta esset classis adversus Carausium, utpote cui classi Orator felicem egressum expeditionemque ominatur; vix credibile est, eam fere per biennium in mari vagatam esse, prius quam cum Carausio conflixerit. Præterea in hac Oratione, neque classis infeliciter disjectæ, neque Cæsarum a Diocletiano et Maximiano jam designatorum, fit mentio.

A. C. 290. Diocletiano Jovio IV. et Maximiano Herculio III. Augustis Consulibus, Carausius, bello navali superior, Maximiani classe partim capta, partim adversa tempestate disjecta, pacem et Augusti titulum obtinuit.

A. C. 291. Junio Tyberiano II. et Cassio Dione Consulibus, Diocletianus et Maximianus imperatores, venere Mediolanum, ut de Cæsaribus creandis deliberarent; prout et sequenti anno Constantium Chlorum, Constantini M. Patrem, et Galerium Maximianum Cæsares nuncupavere.

Ceteras res horum imperatorum in præsenti prosequi supersedemus, cum ad illustrandum hunc Panegyricum non pertineant.

VITA

DIOCLETIANI ET MAXIMIANI.





A. U. C. MI. Christi CCXLVIII. Philippi Aug. IV.

Aurelius Valerius Diocletianus, cognomento Jovius, quod tyrannos, ut ait Joan. Bap. Egnatius, velut alios gigantes a totius terrarum orbis regia, Jovis instar, propulisset, prope Salonas in Dalmatia nascitur. Fuit is Anulini senatoris aut libertinus, ut aliqui volunt; aut scriba, ut alii; aut libertinus idemque scriba: sic enim variæ sententiæ conciliari possunt. Patre ignoto genitus est, 'Matre vero pariter, atque oppido nomine Dioclea; quorum vocabulis, donec imperium sumeret, Diocles appellatur; post vero, Graio nomine in Romanum morem converso, Diocletianus.' Epit. Victoris.

Ex infima illa fortuna per omnia militiæ stipendia ad supremum tandem honoris apicem pervenit, non sine multo ante accepto futuræ suæ magnitudinis augurio. Cum enim gregarius adhuc miles apud Tungros, quæ Galliæ

Belgicæ civitas est, in Druidis alicujus caupona diversatus, cum ea rationem sui convictus faceret; illa, 'Diocletiane, nimium avarus, nimium parcus es.' Cui ridens Diocletianus: 'Tunc ego largus, cum imperator fuero.' Tum Druis: 'Diocletiane, jocari noli, nam imperator eris cum Aprum occideris.' Risit ille, verumtamen dicti illius memor, mirum quam acer ab eo tempore venator, quam cædendorum aprorum studiosus foret. Interim cum Aurelianus, Tacitus, Probus, ac porro Carus imperium accepisset, subinde dictitabat, 'Ego semper apros occido, sed alter utitur pulpamento.' Hæc vera an falsa sint, non statuo; certe ista ab Druide ipsa audivisse avum suum refert Vopiscus in Numeriano.

A. U. C. MIII. Christi CCL. Decii Imp. II.

M. Valerius Maximianus Herculius libertini etiam sanguinis, inquit Joan. Bap. Egnatius, ortu agresti, inquit Victor, in Pannonia nascitur, haud longe Sirmio, quem locum adhuc ætate sua insignem tradit, palatio ibidem exstructo ubi ejus parentes opera mercenaria exercuerant.

A. U. C. MXXXVII. Christi CCLXXXIV. Carini, et Numeriani Augg. II. Dioclet. Ætat. XXXVI.

Diocletianus ardebat magis ac magis studio adipiscendi imperii, quo quidem eo dignior sibi videbatur, quod alios ex aliis honores gessisset. Igitur cum Numerianus imperator, patre in Perside prope Tigrim amisso, e Persico bello in lectica rediens ab Arriano Apro, socero suo, eodemque prætorii præfecto occisus esset; re a militibus comperta, advocatur concio, in qua et imperator, et hujus necis ultor quæreretur. Ibi Diocletianus, tum domesticorum imperatoris comes, et Mœsiæ præfectus, omnium consensu proclamatur Augustus XV. Kal. Augusti. Quam dignitatem cum solenni de more accepisset, 'Quoniam jubetis,' inquit, 'ut de Numeriani interfectore quæratur, obsequar voluntati vestræ.' Tum Aprum, quem

milites eo protraxerant, proxime astantem digito commonstrans: 'Hic est auctor necis Numeriani.' Quem transfodiens: 'Gloriare Aper, magni Æneæ dextra cadis:' et ad exercitum conversus: 'Tandem Aprum fatalem occidi:' atque ita Druidis de suo imperio vaticinium implevit. Quæ visa et audita ab avo suo refert idem Vopiscus in Numeriano. Nicomediam purpuratus intravit v. Kal. Oct. Chronicon Alexandrinum. Hic primum consulatum iniit. Ab eo anno incipit æra Diocletiani, quæ illo mortuo æra martyrum dicta est.

A. U. C. MXXXVIII. Chr. CCLXXXV. Dioclet. Imp. II. Ætat. XXXVII. Max. Imp. I. Ætat. XXXV.

Diocletianus e Syria redux, consulatu Kal. Jan. secundum inito, multis præliis in Illyrico congreditur cum Carino, qui in Galliis, Italia, et Illyrico post patris Cari et Numeriani fratris mortem sub Augusti nomine imperabat; donec Carinus prope Murgum, inter Viminacium, atque Aureum montem in Mœsia superiore, a suis, quibus propter nefaria scelera summe odiosus erat, confoditur. Qua morte cum vacuum esset Occidentis imperium, ab iis provinciis et exercitu, cui ille præerat, renuntiatur imperator, et in Oriente et Occidente sine competitore regnat. Quo fit ut inde aliqui annos Diocletiani computent. Interim cum rusticorum factio, quibus Bagaudarum nomen, ducibus L. Pomponio Æliano, et Salonino Amando, ut Victor et Eutropius tradunt, tumultus in Galliis concitaret, castrumque Parisios inter, et Meldas ad Matronam situm, ubi nunc Fossatense S. Mauri Monasterium est, occupassent; Diocletianus metuens ne Galliæ omnes superiorum temporum injuriis, hoc est, Carini Augusti acerbitate ac ferocia, tyrannicisque judicum suorum exactionibus vexatæ deficerent, M. Aurelium Maximianum veterem amicum, et sub Probo atque Aureliano commilitonem, cui uni Druidis de suo imperio vaticinium aperuerat, hominem sibi ætate prope supparem, bello strenuum, et inter arma educatum institutumque, Cæsarem facit Romæ, ubi ille Nicomedia

evocatus magno populorum omnium plausu et acclamatione exceptus est. Paneg. VI. 8. Eodem die inde in Gallias mittitur, ad quam expeditionem legionem Thebanam, quæ 6666. militum erat, secum abduxit. Gallias brevi seu vi, seu prudentia pacavit. Atque hinc Herculius dictus est, quod Diocletianum Jovium, instar Herculis, ad purgandas monstris Gallias adjuvisset. Maximianus legionem integram solitis gentilium sacrificiis pollui recusantem, trans Alpes Octoduri in Veragris ad Rhodanum occidi jussit.

A. U. C. MXXXIX. Chr. CCLXXXVI. Dioclet. Imp. III. Ætat. XXXVIII. Maxim. Imp. II. Ætat. XXXVI.

Maximianus rediverat victor consulatum Treveris initurus. Cum ecce nuntiatur Achilleum in Ægypto tyrannidem invasisse: Narseum Persam Orienti bellum inferre: Quinquegentanas gentes in Africa turbare: Carausium Belgico et Armorico tractu contra Francos et Saxonas piratas tutando præfectum, abducta secum Romana classe Britannias occupasse: Burgundiones et Alamanos, immo et Chaibonas, Erulosque viribus primos barbarorum, locis ultimos, in Gallias irrumpere: Maximianus hos repente adortus fugavit ceciditque, ac Treveros redux magno omnium plausu exceptus est. Interim Diocletianus opus sibi consorte imperii, ad reliquos motus compescendos sentiens, Maximianum ex Cæsare Augustum facit Kal. Aprilis, moxque in Orientem convolat. Maximianus vero Carausio, quem propter publica latrocinia proscripserat, præcipue infensus, in Galliam contendit. Ibi cum ad Carausium in Britannias persequendum classem nullam reperisset; quo perduellis illius vires accideret, eam, quæ Rhætis objecta est, Germaniæ partem ingressus, in Burgundiones, et Alamanos, propter occultum cum Carausio fœdus in Gallias effusos, arma convertit, et eos partim fame, partim ferro confecit. Paneg. II. 5. Chaibonas vero, et Erulos ad mare Codanum degentes internecione delet, ipsumque eorum regem inter ipsas, quas moliebatur insidias, capit: sicque Romanos limites ad Danubii caput, atque adeo ad

transitum Guntiensem, id est, ad Guntzeburgi pontem extendit: captivos bene multos ad Nerviorum et Treverorum excolendos agros abducit. Qua victoria ita attriti sunt Franci, ut Esatech unus ex eorum regibus magna multitudine comitatus, pacis petendæ et sui purgandi causa ad Maximianum venerit; ac rebus ex animi sententia confectis domum reverterit; Genobaud vero item Francorum rex, quem fortasse amantem otii bellumque dissuadentem Franci expulerant, fuerit in regnum a Maximiano restitutus. Paneg. II. 10. III. 3.

Nec minus prospere rem gessit in Oriente Diocletianus; nam adversus Narseum Persarum regem cum Saracenis et Parthis Mesopotamiæ atque Armeniæ imminentem progressus, his quidem ultra Tigrim propulsis, illis acie victis, Narseum ad petendam pacem adegit. Inde reversus Gothos, Scythas, Sarmatas Daciam trajecto Istro populantes, nec multo post Quados et Marcomannos superato Danubio Rhætias ingressos subegit: quibus in victoriis annos omnino tres ambo imperatores impenderunt. Obiter autem notandum est Maximiani imperium ab anno CCLXXXV. numerari, quo Cæsar factus est: ita enim anno imperii vicesimo purpuram deposuerit.

A. U. C. MXL. Chr. CCLXXXVII. Dioclet. Imp. IV. Ætat. XXXIX. Maxim. Imp. III. Ætat. XXXVII.

Diocletianus tertium, Maximianus secundum consulatum gerunt. Maximianum Massiliæ hoc anno fuisse constat ex actis Martyrii S. Victoris.

A. U. C. MXLIII. Chr. CCXC. Dioclet. Imp. VII. Ætat. XLII. Maxim. Imp. VI. Ætat. XL.

Diocletianus IV. et Maximianus III. consules, deliberaturi de duobus periculosis bellis, Ægyptiaco adversus Achilleum tyrannum, et Africano adversus Quinquegentanas gentes in Africa turbantes; item et de Cæsaribus creandis, quibuscum hujus duplicis belli curam communicarent, acturi; Mediolanum hyemis tempore conve-

niunt, hic quidem e Germania, ille vero e Perside. Paneg. II. 9.

A. U. C. MXLIV. Chr. CCXCI. Dioclet. Imp. VIII. Ætat. XLIII. Maxim. Imp. VII. Ætat. XLI.

Hoc igitur anno adoptant, et Cæsares faciunt Diocletianus quidem Galerium Maximianum, hominem in Dacia haud longe a Sardica natum, cui Valeriam filiam collocat; Maximianus vero Flavium Constantium, Constantini magni patrem, Claudii Aug. ex Claudia Crispi ejus fratris filia nepotem. Huic Maximianus Maximianam Theodoram privignam suam, conjugem dat. Ambo, quas prius habebant, uxores dimittere coacti. Confestim Diocletianus in Ægyptum adversus Achilleum abit. Idem Galerio genero suo dat limites Danubii defendendos. Maximianus Treveros concedit, ut scilicet ad Alamanos, si trans Rhenum in Gallias irrumperent, reprimendos, et ad opem suis, si opus esset, ferendam esset paratior. Generum vero suum Constantium, Gesoriacum (Bononiam hodie dicimus) mittit, Illuc Constantius, relicto apud Diocletianum filio Constantino Magno, accurrit. Urbem a præsidiariis Carausii militibus et validissima classe defensam, incredibili celeritate occupat, inde, si præsto fuissent naves, consecuturus hostem in Britanniam. Interim Bataviam a Francis, Frisiis, et Chamavis, Carausii fœderatis ibi grassantibus, liberat. Paneg. II. 11. V. 6. VI. 4. VII. 5.

A. U. C. MXLV. Chr. CCXCII. Dioclet. Imp. IX. Ætat. XLIV. Maxim. Imp. VIII. Ætat. XLII.

Imperatores Constantio et Galerio Cæsaribus tribunitiam potestatem conferunt. Maximianus Rheno insistit, ut Francos et Alamanos contineat, interea dum Constantius cum classe in Britanniam appellere nititur. At repentina tempestate repulsus fœdus cum Carausio inire, Britanniarumque imperium ei remittere necesse habuit. Vid. Eutrop.

A. U. C. MXLVI. Chr. CCXCIII. Dioclet. Imp. X. Æt. XLV. Maxim. Imp. IX. Ætat. XLIII.

Diocletianus V. Maximianus IV. Consulatum ineunt. Illum tropæa Persica usque eo amentiæ adegerunt, ut Caligulæ et Domitiani exemplo adorari se tanquam Deum vellet: ad cujus nominis majestatem aut conciliandam, aut tuendam, non modo vesti, sed et calceis ipsis gemmas pretiosissimas inserebat. Interim Carausio per Alectum summum sub eo rerum administrum occiso, adversus hunc Romana classis apparatur.

A. U. C. MXLVII. Chr. CCXCIV. Dioclet. Imp. XI. Æt. XLVI. Maxim. Imp. X. Ætat. XLIV.

Diocletianus adversus Bastarnas, Carpos, et Sarmatas rebelles, Galerium, qui hoc anno cum Constantio Chloro gerebat consulatum, mittit. Defuncta autem ejus uxore Valeria, Galerio cum imperator Susannam Gabinii affinis sui filiam conjugem dare vellet, illa Christiana, gentilis hominis nuptias recusans, in paternis ædibus cæditur. Ac duobus post annis Gabinius, una cum Caio Pontifice uterino fratre, propter Christianam pariter religionem Diocletiani jussu interfectus est, Kal. Maii.

A. U. C. MXLVIII. Chr. CCXCV. Dioclet. Imp. XII. Ætat. XLVII. Maxim. Imp. XI. Ætat. XLV.

Diocletianus morte afficit Serenam, conjugem Christianam, Valeriæ et Eutropiæ matrem; quarum hæc Herculio, illa Galerio nupserat. Quod spectat ad res bellicas, 'Carporum natio,' inquit Idatius, 'translata omnis in Romanum solum, cujus fere pars jam tum erat ab Aureliano cæsa.'

A. U. C. MXLIX. Chr. CCXCVI. Dioclet. Imp. XIII. Ætat. XLVIII. Maxim. Imp. XII. Ætat. XLVI.

Diocletianus VI. consul Alexandriam octavo obsidionis mense capit, ibique interfecto seditionis auctore Achilleo,

direpta Alexandria, eversisque ejus muris, totam Ægyptum vastat, Busirin et Copton urbes Ægypti primarias funditus eruit, Saracenos Achillei partium fautores puniri jubet. Interim Galerium exercitus a Narseo Persarum rege intercisi reliquias ad se in Mesopotamiam, quo subacta Ægypto diverterat, ægre reducentem, per summum contemtum ne intuitus quidem, aliquot passuum millibus sinit, quamvis purpuratus ipse esset, ante suum carpentum peditem gregarii instar militis currere. Ex Eutrop. Maximianus vero a Rheni limitibus, quos toto Britannici belli tempore contra Francos et Alamanos strenue defenderat, in Africam transire cogitat, Africanum bellum non amplius per duces suos, sed per se ipse gesturus. Igitur paucis post mensibus Quinquegentanas nationes in Africa grassantes profligat, et seditionis architectum Julianum interficit. Mauros vincit, quare sic illum compellat Mamertinus: 'Tu ferocissimos Mauritaniæ populos inaccessis montium jugis et naturali munitione fidentes expugnasti, cepisti, transtulisti,' nempe in Romanas provincias, quas excolerent. Paneg. VI. 8. Interea cum Alamani Maximianum procul a suis finibus viderent Africano bello intentum, Rhenum glacie concretum transgressi in Gallias hostiliter irruunt. Quo nuntio commotus Constantius obviam iis procedit cum exercitu, ac primum infelici exitu pugnat vulneraturque, mox redintegrata pugna ad Lingonas LX. Alamanorum millia cædit, Vindonissam hostium strage complet, reliquos in Batavia quo fugerant, captos ad deditionem compellit.

A. U. C. ML. Chr. CCXCVII. Dioclet. Imp. XIV. Ætat. XLIX. Maxim. Imp. XIII. Ætat. XLVII.

Maximiano V. consule, Diocletianus Galerium II. consulem, e Perside, ubi profligato Narseo amissi anno superiore exercitus probrum eluerat, revertentem, honorifice in Mesopotamia excipit. Hac autem Galerii victoria quinque provinciæ recuperatæ sunt, imperiique limites ad Ti-

grim usque extensi. Ita Eutrop. Diocletianus Nicomediam et Maximianus in Gallias revertuntur.

A. U. C. MLI. Chr. CCXCVIII. Dioclet. Imp. XV. Ætat. L. Maxim. Imp. XIV. Ætat. XLVIII.

Imperatores, devictis tandem cunctis hostibus, et pacato orbe terrarum, Romam regressi, dilatum hactenus propter varia quibus impediebantur bella triumphum agunt ingenti ferculorum pompa, antecedentibus currum, Narsei conjuge, sororibus, liberis, et omnibus Parthorum spoliis.

A. U. C. MLII. Chr. CCXCIX. Dioclet. Imp. XVI. Ætat. LI. Maxim. Imp. XV. Ætat. XLIX.

Diocletiano VII. et Maximiano VI. Coss. victi sunt Marcomanni. Vid. Idat. Thermæ Romæ Diocletianæ factæ, et Maximianæ Carthagine. Vid. Euseb. in Chron. Auson. in carmine de Claris Urbibus. Scaliger. in Euseb. ex veteri lapide. Idem Maximianus palatium Aquileiæ, et amphitheatrum Veronæ extruit.

A. U. C. MLV. Chr. CCCII. Dioclet. Imp. XIX. Ætat. LIV. Maxim. Imp. XVIII. Ætat. LII.

Gravissima persecutio in Christianos cœpta est, quæ decima fuit.

A. U. C. MLVI. Chr. CCCIII. Dioclet. Imp. XX. Ætat. LV. Maxim. Imp. XIX. Ætat. LIII.

Diocletianus VIII. et Maximianus VII. consulatum gerunt.

A. U. C. MLVII. Chr. CCCIV. Dioclet. Imp. XXI. Ætat. LVI. Maxim. Imp. XX. Ætat. LIV.

Constantinum quoque Cæsarem factum esse addit Victoris Epitome, haud dubie a Constantio patre. Galerius Constantinum absque suspicione crudelitatis e medio sublatum volens, in expeditione adversus Sarmatas variis periculis objecit, ut ex Valesii Anonymo fusius dicetur in Constantini vita. Interim ita Constantium inter et Gale-

rium, Romanum imperium divisum est, ut Galerius Illyricum, Asiam, et Orientem obtineret, Constantio vero Gallia, Italia, Africa obtingeret. At Constantius Galliis contentus Africam et Italiam remisit Galerio, qui tot regionibus administrandis cum par esse non posset, Severum illico Italiæ, Maximinum præfecit Orienti, ipse Illyricum sibi retinuit. 'Quod Constantinus,' ut ait Victor, 'Cæsar quoque effectus,' haud dubie a Constantio, et 'a Galerio religionis specie ad vicem obsidis detentus,' ut in ejus locum Severus intruderetur, 'tolerare nequiens,' ad Constantium in Britanniam confugit, Eboracumque pervenit, VIII. Kal. Augusti anni Chr. CCCVI. ubi eodem die ejus pater e vivis excesserat. Ita Idatius. Ante tamen successor a patre designatus fuerat, Zosimus: cunctis, qui aderant, annitentibus, ac præcipue Eroco Alamanorum rege auxilii gratia Constantium comitato, inquiunt Victor et Zosimus. Addit Eumenius exercitus suffragationem accessisse. At ille nihilominus Cæsaris appellatione contentus Augusti nomen recusavit.

Diocletianus IX. Maximianus VIII. consules, purpuram ponunt Kal. Aprilis; ille Nicomediæ, hic Mediolani, in templo Jovis Capitolini: ille ex imperii fortasse tædio, aut adversæ fortunæ metu; hic, ut Diocletiano, quem huc usque tanquam parentem coluerat, obsequeretur; uterque ex desperatione Christianæ religionis abolendæ; hic in Lucaniam, ille Salonas concessit. Simul vero Constantius, et Galerius Augusti nuncupantur, Cæsares fiunt Severus et Maximinus, vel a Diocletiano aut Maximiano, ut ait Idatius; vel a Galerio, ut contendit Eutropius.

A. U. C. MLX. Chr. CCCVII. Constantini II.

Maximianus IX. Consul, qui simul cum imperio nunquam imperandi cupiditatem deposuerat, ubi Maxentium (quem alii Maximiani ex Eutropia Augusta, alii Eutropiæ Aug. ex Eutropio Syro priore marito; Victor ab Eutropia suppositum tradit) mortuo Constantio Romæ acclamatum

a prætorianis imperatorem audiit, Lucaniæ solitudinem deserit, in speciem ut motus reipublicæ imminentes sedaret; revera autem, ut resumeret imperium. Porro Diocletianum Carnunti in Pannonia, non Carnuti in Celtica, ut vult Zosimus, agentem ad idem faciendum per literas cohortatur. At ille: 'Utinam,' inquit, 'Salonæ possetis visere olera nostris manibus instituta! profecto nunquam istud tentandum judicaretis.' Qua Diocletiani constantia Maximianus nihilo magis ab incepto deterritus, Romam contendit, ubi insignibus imperatoriis, et Augusti nomine iterum sumto, Ravennam venit, Severum mala fraude perdit, sed et Maxentium dolo nequicquam adortus, re agnita, purpuram denuo exuit, ac non sine vitæ periculo Treveros, Galliæ Belgicæ urbem, ad Constantinum, sub specie officii, moliturus ei quoque insidias, confugit. Ab eo humanissime excipitur. Pro quibus officiis Maximianus Faustam filiam ei dat in conjugem, cum Augusti nomine, quod præ modestia, ut diximus, huc usque recusarat.

A. U. C. MLXI. Chr. CCCVIII. Constantini III.

Maximianum haud deliniit hæc generi sui Constantini humanitas, ac concessus, ut aliqui putant, decimus consulatus. Quin potius commodum recuperandi imperii tempus nactum se esse ratus, dissimulato consilio Treveris discedit, Arelate resumit purpuram, tum Massiliam fugit, unde navigaturum se sperans in Italiam ad Maxentium, ibi oppressus interiit fractis laqueo cervicibus. Ita Victor in Epit. Si Eusebio fides est, se ipse strangulavit, VIII. 29. Obiit anno ætatis sexagesimo. Ex Victore.

A. U. C. MLXIX. Chr. CCCXVI. Constantini XI.

Diocletianus obit III. Nonas Decemb. 'in villa sua Spalato haud procul Salonis,' inquit Zosimus; vel, ut alii legunt, 'Salonæ in villæ suæ palatio.' De ejus obitu variæ sunt auctorum sententiæ. 'Morte consumtus est,' inquit Victor, 'et satis patuit per formidinem voluntaria. Quippe cum a Constantino atque Licinio vocatus ad festa nuptia-

rum, per senectam, quo minus interesse valeret, excusavisset: rescriptis minacibus acceptis, quibus increpabatur Maxentio favisse, ac Maximiano favere, suspectans necem dedecorosam, venenum hausisse dicitur.' Alii suæ mentis impotem contabuisse dicunt. Ejusque palatium ictu fulminis absumtum fuisse, Euseb. Hist. lib. VIII. Alii senatus jussu strangulatum, Zonaras. Alii corpore putrefacto, et, ut addit Cedrenus, lingua vermibus scaturiente, obiisse. Quod vereor ne in osorem Christianæ religionis imperatorem iracunde nimis dictum sit. Certe 'contigit ei quod nulli post natos homines, ut cum privatus obiisset, inter Divos referretur.' Ita Eutrop. Imperavit annis non 25. ut ait vulgaris Epitome Victoris, sed 20. tantum, ut ait Victor Schotti, ceterique consentiunt. Vixit annos 68. inquit Victor. Sed quoniam Maximianus sexto ante Diocletianum anno, ætatis vero sexagesimo obiit, atque ita Diocletianus non nisi duobus annis Maximiani anteibat ætatem, aliquam objicere difficultatem potest locus Mamertini in utriusque imperatoris Genethliaco, ubi ambos alloquens: 'Quæ (similitudo) ne etiam intervallum vestræ vincit ætatis, et seniorem junioremque charitate mutua reddit æquales: ut jam illud falso dictum sit, non delectare societatem rerum, nisi inter pares annos. Intelligimus enim, sacratissimi Principes, geminum vobis, quamvis dispares sitis ætatibus, inesse consensum,' &c. cap. 7. Hinc enim colligi posse videtur majus inter utriusque ætatem fuisse quam duorum annorum intervallum. Quapropter Baronius cum ex Victore Diocletianum vixisse annos 68. in contextu scripsisset, ad oram libri legit 78. Totidem annos ei attribuunt Pomponius Lætus et Joan. Bap. Egnatius, quibus ego etsi facile assentior, propter hunc Mamertini locum, tamen in hac utriusque vita secutus sum communem sententiam.

Uterque genere fuit ignobili, statura magna, firmo et procero corpore, vultu feroci: uterque sub Probo et Aureliano scientiam militarem edoctus, pari uterque in Christianos sævitia; sed Diocletianum vel pietas in Deos, vel amit-

tendi regni metus crudelem efficiebat; Maximianum sola innata ferocia. Ille 'consilii semper alti,' inquit Ammianus, 'nonnunquam tamen effrontis, sed prudentis:' ut quo tendebat, perveniret, vim semper adhibens; hic fraudem, si minus vis succederet. Quam ille arrogans, et divinorum honorum cupidus, tam iste effusus in omnem libidinem. Postremum in hoc præter aliquam militiæ peritiam, nihil non agreste et humile; in illius vero vel vitiis inerant quædam magnæ mentis indicia.

DE AUCTORE

HUJUS PANEGYRICI,

ET QUO TEMPORE, QUOQUE LOCO SIT HABITUS.

HUJUS et sequentis Panegyrici auctorem esse cum persuadet styli affinitas, tum videtur auctor ipse innuere: 'Voveram, ut me dignatione, qua pridem audieras, rursus audires.' Paneg. III. 1. et 5. 'De victoriis vestris multi summa eloquentia præditi dixerunt, et ego pridem cum mihi auditionis tuæ divinæ dignatio eam copiam tribuit, quantum potui prædicavi.' Accedit Sigonii, Livineii, et Puteani ita existimantium auctoritas. Hunc autem auctorem esse Mamertinum indicio est Panegyrici titulus. Ac Mamertinum alium fuisse oportet ab eo, qui post septuaginta annos elegantissimo Panegyrico gratias egit Juliano imp. de consulatu. Etsi nominis fortasse similitudo fecit, ut aliqui ex duobus Mamertinis unum fecisse videantur.

Habitus est XI. Kal. Mart. die urbis natali. 'Hoc die quo immortalis ortus dominæ gentium civitatis celebratur,' cap. I. anno Christi CCXCII. cum Constantius, Bononia capta, purgataque a barbaris Batavia, classem, ut est cap. XI. et XII. in Britanniam transitui appararet; cum Diocletianus esset in Oriente, cap. XIV. præsente Maximiano Aug. 'Quanto tandem studio laudari te hic a nobis convenit, qui te præsentem intuemur?' cap. II. Non Romæ; cap. enim XIII. 'quanto nunc civitas illa (Romam intelligit) esset augustior, si vos (imperatores) conspiceret.' In Gallia: 'quoniam hunc optimum principem (Maximianum) in Galliis suis retinet ratio reipublicæ,' cap. XIII. Treveris, ut putat post Sigonium et Livineium Puteanus; et vero erat urbs ista imperatorum domicilium, cum in Galliis versabantur.

CLAUDII MAMERTINI

PANEGYRICUS

MAXIMIANO HERCULEO DICTUS.

SYNOPSIS PANEGYRICI.

In Exordio rationem affert cur natali urbis die potissimum laudari imperatorem oporteat, cujus si non conditor, restitutor certe sit. Quod si tanto honore iis diebus Hercules a Romanis colitur, quod eum de Geryone victorem in Italiam advenisse meminerint, multo magis sibi et Gallis ceteris laudandum esse Maximianum, quem compressa Bagaudarum seditione in Gallia præsentem intueatur. Primum dubitat quid in eo laudare maxime debeat: utrum ejus in patriam merita; an genus, nomenve ductum ab Hercule; an traductam in castris adolescentiam; an demum ejus victorias. Hæc ita prætermittit, ut laudet singula.

Distributio videtur esse. I. Quid, ante imperium. II. Quid in imperio gesserit. Priorem partem perstringit tantum, in altera commoratur. Adoptatus a Diocletiano in summis reip. angustiis velut Hercules Atlanti opem ferre non recusat, cap. III. Rusticanorum factionem, quibus Bagaudarum nomen, ducibus Æliano et Amando excitatam, comprimit, cap. IV. Vixdum sopito illo bello, Burgundiones, et Alamanos, excidium Galliæ minitantes, ita obsidet, ut præ multitudine fame et peste conficiantur. Chaibonas, atque Erulos irrumpentes reprimit primum, tum eorum fines ingressus, summa internecione delet, cap. V. Simul adoptatur, simul fit Cæsar, consul, simul adversus Bagaudas properat: unde redux incredibili populorum concursu et lætitia Treveris excipitur, cap. VI. Quantam securitatem hac victoria Galliis attulerit, cap. VII. Maximianus e Germanico bello victor, Diocletianus e Persico Mediolanum conveniunt, de bello Ægyptiaco et Africano, ac de Cæsaribus creandis deliberaturi, cap. IX. Maximianus suum Genebo regnum restituit, Esatech regem constituit, dum Diocletianus in Oriente Narseum Persarum regem ad deditionem compellit, cap. X. De concordia utriusque imperatoris. De expeditione maritima, quam Maximianus Constantio Cæsari genero suo adversus Carausium commiserat. Ex felicibus hujus belli initiis bonum ejus exitus omen ducit, cap. XI.

In fine Romam compellat, quam feliciorem esse dicit sub Diocletiano et Maximiano, quam sub Remo et Romulo. Eandem addit augustiorem futuram et natales suos celebraturam multo jucundius, si horum conspectu frueretur, cap. XIII. Hanc rogat ne Treverensi urbi illos invideat; aut si triumphantes imperatores brevi in sinu acceptura sit, Diocletianum ocyus Orienti, Maximianum Galliis reddat, cap. XIV.

CAP. I. 1. CUM omnibus festis diebus, sacratissime Imperator, debeat honos vester divinis rebus æquari,[*] tum præcipue celeberrimo isto, et imperantibus vobis lætissimo die veneratio numinis tui cum solenni sacræ urbis religione [a] jungenda est. 2. Verum est enim profecto, quod de origine illius civitatis accepimus, primam in ea sedem numinis vestri, sanctum illud venerandumque Palatium, regem advenam [b] condidisse, sed hospitem advenam consedisse.

[*] *Deorum honoribus par esse.*

De Titulo vide Schwarzii Dissertationem huic Panegyrico præmissam.

CAP. I. 1 'Livineius, cum in duobus vetustis codd. reperisset *debent honos*, conjecit scribendum esse *debeat honos*; cum litera *a* ab imperito librario facile commutari potuerit in *n*. Atque plane ita scriptum, non solum in codice nostro, sed in utroque etiam libro Gudiano ex aliis codicibus annotatum deprehendimus.' *Schwarz.* *debeat honos* Exc. Voss. et al. codd. ap. Arntzen. *debet honor* vulgg. *videtur* pro *vester* Exc. Voss. Ante Livin. legebatur *nobis lætissimo*, quod retentum est a Rivino; *vobis lætissimo* Vet. Putean. Guelph. Exc. Schonhov. et edd. recentt.—2 'Livineius testatur, se in codice Bertiniensi scriptum reperisse, *Regem advenam condidisse, sed Herculem hospitem condidisse.* Quæ scriptura, licet et ipsa fuerit depravata; saltem indicat, mentionem Herculis quomodocumque præcessisse. Quam lectionem juvare quidem conatus est Livineius, dum rescribendum existimavit, *regem advenam, et Herculem hospitem, condidisse*; verum non satis feliciter.' *Schwarz.* Duo codd. Gud. *regem advenam condidisse; sed Herculem hospitem consedisse.* Schwarz. conj. *regem advenam condidisse, eaque sede Herculem hospitem consedisse.* Guelph. ut in textu nostro. Cortius conj. *ea sede hospitem advenam consedisse.* Verba, *sed hospitem advenam consedisse,* desunt in edd. Paris. 1643.

NOTÆ

[a] *Urbis religione*] Diem natalem non hominum tantum, et Deorum, sed et urbium, coloniarum, imperii, adoptionis, reditus, navigationis, ac vindemiæ olim celebrari solitum, ex variis veterum locis notat Lindebrogius in Censorini librum de die natali. Maxima autem cum religione dies urbis natalis celebrabatur XI. Kal. Maii, quo die Romulus urbem fundavit. In cujus rei memoriam instituta sunt Palilia, sic dicta a Pale Dea, cui eo die feriæ fiebant, seu Parilia a partu Iliæ. Ovid. Fast. IV. 718. Plutarchus in Romulo. Plinius XVIII. 26.

[b] *Regem advenam*] Evandrum Mercurii et Carmentis filium, Arcadiæ regem, qui cum patrem forte interfecisset, avito regno pulsus, suadente

3. Neque enim fabula est de licentia poëtarum, nec opinio de fama veterum sæculorum; sed manifesta res et probata, sicut hodieque [c] testatur Herculis ara maxima, et Herculei sacri custos familia Pinaria,[d] principem illum tui generis [e] ac nominis Pallantea mœnia adiisse [f] victorem, et parva li-

Delph. Schwarz. Jæger. et vulgg.—3 'In primo libro Gudianó annotatum est, in quodam codice Ms. legi, *nec opinio de fama veterum fabularum*; ubi rectius, et in codice nostro, et in omnibus libris excusis legitur, *veterum sæculorum*; quia in eadem periodo modo præcesserat vocabulum *fabula*. In sequentibus verbis Cuspinianus aliique editores habent *sicut hodie quoque testatur*. Noster, et Livineii et Puteani codices, atque alter liber Gudianus, itemque Gruterus et De la Baune, produnt, *sicut hodieque testantur*. Non damnamus *hodie quoque*; neque tamen non placet, quod tot codices probant, ét usus Velleii, Senecæ, Quintiliani, Taciti, aliorumque auctorum, confirmat.' *Schwarz.* Mox, vulgg. *familia primaria*; Vet. Cuspin. Rhenan. Paris. 1643. Delph. Schwarz. Jæger. et recentt. *familia Pinaria*. Vulgg. *Palantea*; Guelph. duo Gud. et unus Schwarz. *Pallantea*. 'Unum adhuc restat monendum; nempe antehac in excusis libris Cuspiniani, Rhenani, H. Stephani, Livineii, Gruteri, et Parisiensium, publicatum fuisse, *principem illum, tui generis ac nominis*, *Palantea mœnia addidisse victorem*. Livineius jam ex conjectura notaverat in margine, fortasse pro verbo *addidisse*, legendum esse *adisse*. Valentinus Acidalius opinatus est, forte rescribendum esse, *Palatina mœnia condidisse victorem*. Grutero visum est, suadere argumentum, ut legamus *adiisse*, prout conjecerint Bongarsius et Livineius; propius tamen ad literas divinasse Claudium Puteanum *adjuvisse*; sic enim ad marginem libri adpictum manu Petri Danielis. Attamen Puteanus in Variarum Lectionum libello, qui adjectus est editioni Parisiensi an. 1643. notavit, se etiam in-

NOTÆ

matre, quæ vates erat, in Italiam venit, pulsisque inde Aboriginibus, ea loca tenuit, ubi postea Roma condita est, parvumque oppidum in Palatino monte exstruxit Pallanteum dictum, vel a Pallante proavo, vel a Palantio urbe Arcadica unde profectus erat, ut mavult Dionys. Halic. Videri potest Virgil. Æn. VIII. 130.

[c] *Hodieque*] Legunt alii *hodie quoque*.

[d] *Familia Pinaria*] Respexit ad illud Virgil. VIII. 271. 'Primusque Potitius auctor, Et domus Herculei custos Pinaria sacri.' Pinarius, et Potitius duo Arcadiæ senes fuere, quibus quomodo coli vellet, ostendit Hercules, scilicet ut mane, et vesperi sibi sacrificaretur. Igitur perfecto matutino sacrificio, cum sub solis occasum sacra essent pro more instauranda; Potitius prior advenit, Pinarius vero extis jam comesis. Quamobrem ei iratus Hercules statuit ut Pinarii ministrorum more cibos non attingerent, interea dum Potitii epularentur. Unde et Pinarii dicti sunt ἀπὸ τῆς πείνης, *a fame*; Potitii vero, quasi potiti extis. Vide libellum de Origine Gentis Romanæ ab Andræa Schotto Victori attributum.

[e] *Principem illum tui generis*] Ut Maximianus Herculius dicebatur; ideo hujus, et sequentis Panegyrici auctor Mamertinus perpetuam Herculem inter et Maximianum instituit comparationem.

[f] *Adiisse* [*addidisse*] Lege *adiisse*, ut restituunt Livineius et Bongarsius.

cet tunc regia, summa tamen religione susceptum, futuræ majestatis dedisse primordia, ut esse posset domus Cæsarum, quæ Herculis fuisset hospitium. 4. Jure igitur hoc die, quo immortalis ortus dominæ gentium [g] civitatis vestra pietate celebratur, tibi potissimum, Imperator invicte, laudes canimus, et gratias agimus, quem similitudo ipsa stirpis tuæ, ac vis tacita naturæ ad honorandum natalem Romæ diem tam liberalem facit, ut urbem illam sic colas conditam, quasi ipse condideris. 5. Re vera enim, sacratissime Imperator, merito quivis te, tuumque fratrem,[h] Romani imperii dixerit conditores. Estis enim, quod est proximum, restitutores: et sit licet[i] hic illi urbi natalis dies, quod pertinet[j] ad originem populi Romani; vestri imperii primi dies sunt principes ad salutem.

CAP. II. 1. Quare si nunc Romæ omnes magistratus, et

veteri codice reperisse *adisse.* Et sic Cellarius edidit, *adivisse;* Patarol. *adiisse:* etiam in nostro codice, et utroque Gudiano libro extat *adisse.* Missum quidem facimus verbum *addidisse;* utrum vero *adivisse*, an *adiisse*, an *adisse*, legas, parvi referre arbitramur.' *Schwarz.* Bertin. ap. Livin. *tunc licet regia.* Pro *susceptum* Acidalius conj. *suscepta.*—4 'In codice nostro, et in altero libro Gudiano legimus, *ac vis tantæ naturæ.* Haud absurde, ut opinamur.' *Schwarz. tantæ* etiam Exc. Voss.—5 Rhenan. H. Steph. et Rivin. *et sic licet;* Cuspin. Vet. Putean. Paul. Steph. et Gruter. *et sit licet.* In codice Schwarzii neque *sit*, neque *sic* legitur. Exc. Schon. et Livineius, *sit.* Mox, *pertineat* cod. Schwarzii, alter Gud. Cuspin. Rhenan. H. Steph. Paul. Steph. et Rivin. *pertinet* Bertin. Livineii, Parisienses ap. Schwarz. et recentt. Schwarzius aliquando conjectabat, *sunt principes quod ad salutem.*

CAP. II. 1 *Quare si Romæ nunc magistratus* omnes vett. ap. Putean. *Quare si tunc R. omnes magistratus* Rhen. et H. Steph. *Quare si nunc Romæ magis-*

NOTÆ

g *Dominæ gentium*] Romæ. Vide Panegyricum sequentem c. XII. ubi multa in hanc rem congeremus.

h *Tuumque fratrem*] Diocletianum puta, quem hujus et sequentis Panegyrici auctor Maximiani fratrem semper appellat; sive quod, ut idem ait cap. VIII. Romanum imperium ambo fraterna concordia regerent, seu quod virtutibus fratres essent.

i *Et sit licet*] Locus hic objecit errorem chronologis plerisque, et annalium historiarumque scriptoribus, qui inde collegerunt, Diocletianum et Maximianum Palilibus, id est, XI. Kal. Maias, imperium auspicatos esse; ita ut idem urbi, qui et illis imperii fuerit natalis. At merito Petavius de Doctrina Temporum cap. 30. negat ullam iis in verbis literam esse, qua probari id possit. Immo ibidem ait dies illos constitui, et κατ' ἀντίθεσιν opponi.

j *Quod pertinet*] Bertiniensem apographum sequor; in aliis est, *quod pertineat*, id est, quantum pertinet: sed

pontifices, et sacerdotes, juxta parentes urbis [k] et Statores Deos, Herculis templa venerantur, quia partam aliquando ex victoria prædam, a flumine Ibero,[l] et conscio occidui solis oceano, ad pabula Tyrrhena [m] compulerit, et in Palatino jugo venturo tibi reliquerit vestigia, quanto tandem studio nos hic convenit, qui te præsentem [n] intuemur Deum, toto quidem orbe victorem, sed nunc cum maxime in eadem occidentis plaga non pastorem trino capite deformem, sed prodigium multo tetrius [o] opprimentem, quicquid spiritus et vocis habemus, omne id in laudibus tuis non occupare modo, sed, si res poscat, absumere? 2.

---

tratus codd. Schwarzii et Gud. *tunc* Rivin. in ed. pr. *nunc* in secunda. Exc. Voss. *τὸ omnes* servant. Lectionem nostram exhibent Cusp. et recentt. Vet. ap. Putean. *ad pabula Tyrrheni;* Exc. Voss. et Guelph. *ad pabula Pyrrhena.* H. Steph. Rhen. et prima Rivin. *venturo ter r. vestigia.* Vet. Bertin. Cuspin. Gruter. et recentt. *tibi;* quod codd. Schwarz. et utriusque Gud. auctoritate confirmatur. Acidalius conj. *victoriæ ter reliquit vestigia.* Exc. Voss. et quædam edd. vett. *sed nunc quidem maxime;* Codd. Schwarz. Vet. Put. Bertin. duo Gud. item edd. Cellar. et recentt. *sed nunc cum maxime.* Rhen. et H. Steph. *sed prodigum.* Exc. Voss. Vet. Livin. uterque Gud. cum edd. Cuspin. Rhen. Rivin. et H. Steph. *et vocis habeamus;* codd. Schwarzii et edd. recentt. *et vocis habemus.* Livin. et Paul. Steph. *sed, si res poscat, absumere debemus.* Illud *debemus* non legitur in Vet. Livin. Guelph. Exc. Voss. cod. Schwarz. Cuspin. Rhen. H. Steph. Rivin. et recentt.—2 Guelph.

NOTÆ

expungendum illud penitus Gruterus putat, ut quod plus obscuritatis afferat orationi, quam lucis.

[k] *Parentes urbis*] Martem, ideo parentem urbis dictum, quia Remi et Romuli pater fuit. Hinc Virgil. Æn. VI. 872. Romam appellat 'Mavortis urbem:' et Æn. I. 281. 'Mavortia mœnia.' *Statores Deos,* id est, Jovem: ita dictum quod Romanos a Sabinis in fugam versos stiterit, atque confirmarit: in cujus rei memoriam Romulus in eo ipso loco templum erexit Statori Jovi. Livius lib. I.

[l] *A flumine Ibero*] Tangit insignem Herculis de Geryone victoriam, de qua passim apud poëtas omnes. Inprimis Virgil. Æn. VII. 662. et VIII. 202. Geryon autem, seu Geryones, seu Geryoneus, triplici enim modo effertur, rex fuit Hispaniæ, cui tria ideo corpora attribuerunt poëtæ, seu quod tribus insulis Hispaniæ adjacentibus imperaret, Baleari utrique, et Ebusi, seu quod cum duobus suis fratribus ita conjuncte viveret, ut unum veluti corpus efficere viderentur. Iberum flumen *l'Ebre* in Hispania apud Cantabros oriens.

[m] *Pabula Tyrrhena*] Id est, in Etruriam.

[n] *Te præsentem*] Igitur coram Maximiano dicta est hæc oratio.

[o] *Prodigium multo tetrius*] Seditionem, quam rusticanorum factio, cui Bagaudarum nomen, in Gallia ducibus L. Pomponio Æliano et Salonino Amando excitarat.

Unde igitur ordiar? commemorabo nimirum patriæ tuæ [p] in rempublicam merita? quis enim dubitat, quin multis jam sæculis, ex quo vires illius ad Romanum nomen accesserint, Italia quidem sit gentium domina gloriæ vetustate, sed Pannonia virtute? 3. An divinam generis tui originem recensebo, quam tu non modo factis immortalibus, sed etiam nominis [q] successione testaris? 4. An, quemadmodum educatus institutusque sis, prædicabo in illo limite, illa fortissimarum sede legionum, inter discursus strenuæ juventutis, et armorum sonitus [r] tuis vagitibus obstrepentes? 5. Finguntur hæc de Jove, sed de te vera sunt, Imperator. An tuas res gestas enumerare conabor, quæ te prima signa imperatoriis auspiciis inaugurarint, quæ castra dominum habitura susceperint, quæ bella deduxerint,[a] quæ victoriæ auxerint? 6. Ibo scilicet vestigiis virtutis tuæ colligendis per totum Istri limitem,[s] perque omnem, qua tendit, Euphratem,[t] et ripas peragrabo Rheni,[u] et littus oceani? 7. Sed qui velit omnia ista complecti,

[a] *Quibus copiis regendis bellici imperii exercendi initium feceris? quibus bellis interfueris?*

vires illius Romanum nomen accesserint. Livin. conj. *accesserunt.*—3 Voc. *immortalibus* deest in Guelph. et Exc. Voss. Mox, *nominis tui* Vet. Livin. Vide sup. ad l. 3.—4 Vulgg. *in illa f. sede.* Bertin. Guelph. et Exc. Voss. ignorant præpositionem *in:* eam ideo delevit Arntzenius. Mox, *sonitus tui* Puteol. Rhen. H. Steph. et Rivin. 1.—5 Bertin. *quæ bella deduxerat.*—6 Pro *colligendis,* Acidalius malit *legendis.*—7 Bertin. *omnia complecti,* omisso *ista.*

NOTÆ

[p] *Patriæ tuæ*] Pannoniæ, si Aurelio Victori ceterisque post illum scriptoribus credimus. De Pannonia diximus in Trajani Panegyr. cap. VIII. not. [a].

[q] *Nominis*] Herculii.

[r] *Inter armorum sonitus*] Ut olim Jupiter in monte Ida inter Corybantum sonitus, tumultusque educatus est; sic Mamertinus ait Maximianum in Pannonia, quæ Romani imperii limes, ac erat perpetua belli sedes inter armorum fragorem adolevisse. De Corybantum fabula Virg. Georg. IV. 151. et alii passim poëtæ.

[s] *Istri limitem*] Ubi contra Alemanos, et Francos pugnarat. De Danubio, maximo Europæ fluvio, qui, ubi Illyricum alluit, Ister appellatur; supra dictum est in Trajani Panegyrico cap. VIII. not. [a].

[t] *Euphratem*] Ubi adversus Persas ad Syriam Romani imperii tum temporis provinciam tutandam decertavit. De Euphrate Mesopotamiæ fluvio, vide caput VII. not. [l].

[u] *Ripas Rheni*] Ad quas perpetua

sæcula sibi optare debet, et innumerabiles annos, et, quantam tu mereris, ætatem.

CAP. III. 1. Faciam igitur, compendio orationis meæ, sed damno voluntatis, quod huic tempori maxime congruit: omittam cetera, ut potissimum illud arripiam, (quod multis fortasse mirum videbitur, et tamen re ipsa verissimum est) te, cum ad restituendam rempublicam a cognato tibi Diocletiani numine fueris invocatus, plus tribuisse beneficii, quam acceperis. Neque enim specie tenus ac nomine, fortuna imperii consideranda est. 2. Trabeæ [a] vestræ triumphales, et fasces [b] consulares, et sellæ curules, et hæc obsequiorum stipatio et fulgor, et illa lux divinum verticem claro orbe complectens, vestrorum sunt ornamenta meritorum pulcherrima quidem et augustissima: 3. sed longe illa

CAP. III. 1 'Olim locus hic admodum mendosus fuit evulgatus. Eum sic prodidit Cuspinianus, *compendio quidem orationi meæ, sed damno voluntatis. Quid huic tempori maxime congruit, omittam, cetera et potissimum illud arripiam, &c.* Rhenanus, Livineius, et uterque Stephanus, quodammodo corruptius, *compendium orationi meæ, sed damno voluntatis, &c.* Acidalius verba ista turbata ratus, in hunc ordinem redigere conatus est, *voluntatis. Omittam cetera: quod huic tempori maxime congruit, et potissimum illud arripiam, quod multis, &c.* Sed veriorem lectionem primus restituit Gruterus; quam nunc, et integra scriptura, et interpunctione opportuna, juvat, confirmatque codex noster, nec minus uterque liber Gudianus, ita vero, ut in his tribus particula *quidem* omittatur, quæ et abesse potest; atque ante vocem *potissimum*, loco copulæ *et*, conjunctio causalis *ut* ponatur.' *Schwarz. compendio orationis* Vet. Putean. et Bertin. *compendium orationis* Rivin. *ut potissimum* Exc. Voss. et Guelph. *Diocletiani nomine* Guelph.—2 Paul. Steph. et al. vett. *stipatio et*

NOTÆ

erant Romanos inter Germanosque bella.

[a] *Trabeæ*] Trabea vestis genus est. Triplex autem fuit. Alia Deorum propria, quæ ex purpura tantum; alia regum, aut consulum, quæ purpuræ aliquid albi habebat admixtum; tertia demum augurum, quæ ex purpura et cocco. Virgil. Æn. VII. 187. 'Ipse Quirinali lituo, parvaque sedebat Succinctus Trabea:' et 612. 'Ipse Quirinali trabea cinctuque Sabino Insignis.' In funebri pompa trabeati erant equites. Ita in Germanici funere describuntur apud Tacit. Annal. III. 2. 'Trabea' ita dicta est quod diversi coloris fasciis, et quasi virgis instar trabium transcurrentibus distingueretur.

[b] *Fasces*] Habes hic præcipua imperatoriæ et consularis dignitatis ornamenta, trabeam, fasces, sellam curulem, stipatores, bis sex radios, quibus caput cinctus rex Latinus describitur Virgil. Æn. XII. 163. qualesque in nonnullis numismatis, inprimis in Probi et Maximiani nummo videntur.

majora sunt, quæ tu, impartito tibi imperio,[b] vice gratiæ[c c] retulisti; admittere in animum tantæ reipublicæ curam, et totius orbis fata suscipere, et, oblitum quodammodo sui, gentibus vivere: et in tam arduo humanarum rerum stare fastigio, ex quo veluti terras omnes et maria despicias, vicissimque oculis ac mente collustres, ubi sit certa serenitas, ubi dubia tempestas, qui justitiam vestram judices æmulentur, qui virtutis vestræ gloriam duces servent; 4. accipere innumerabiles undique nuntios, totidem mandata dimittere; de tot urbibus et nationibus et provinciis cogitare; noctes omnes diesque perpeti solicitudine[d] pro omnium salute transigere.

CAP. IV. 1. Hæc omnia cum a fratre optimo oblata susceperis, tu fecisti fortiter, ille sapienter. 2. Neque enim, cum reipublicæ navem secundus a puppi flatus impelleret, salutarem manum gubernaculis addidisti; sed

[b] *Ascitus in partem imperii.* [c] *Gratitudinis causa.*

fulgur; Vet. Bertin. s. *et fulgor.*—3 '*Vice gratiæ*] Proba hæc lectio, quam jam Schonhov. in Var. Lectt. Livin. in marg. ex suo et Bertin. codd. annotarunt; nec minus Cuspinianus, et ex editione quadam Lugdunensi, Jacob. De la Baune, itemque Cellarius, evulgarunt. Ceteri editores habent, *meræ gratiæ retulisti.* Puteanus testatus est, se in codicibus veteribus reperisse, *vice gratiæ;* maluit tamen legere, *vice grata.* Cui conjecturæ succurrere possit liber alter Gudianus, ubi extat, *vice gr̄a,* i. e. *vice gratia.* Primus liber Gudianus et noster codex habent, *vice gratia.*' Schwarz. Vid. Nott. Varr. Priscam lect. *meræ gratiæ* revocavit Patarol. *vice* etiam tuentur Exc. Voss. Pro *despicias* Arntz. conj. *prospicias.*—4 ' Cuspin. Rhen. uterque Steph. et Livin. *noctes omnes diesque perpeti, solicite pro omnium, &c.* Acidalius conjecerat, aut *perpetim* legendum esse, quod et Schonhovius annotarat, aut *perpeti solicitudine.* Et hanc posteriorem lectionem jam in suo et Bertiniensi codice repererant Livineius et Puteanus; eamque evulgarunt Gruter. et recentiores. Quam nunc manifesta scriptura codicis nostri, similiterque libri alterius Gudiani, comprobat.' *Schwarz.* Rivin. 1. *solicite;* Rivin. 2. *solicitudine.*

CAP. IV. 2 Editiones ante Grut. *a puppi flatus impleret;* et hanc lect. in ed. pr. retinuit Rivin. *a p. f. impelleret* Exc. Schonhov. Vet. Bertin. Cuspin.

NOTÆ

[c] *Vice gratiæ*] Ita restitui ex Viennensi et Bertiniensi codicibus, atque ita legitur in editione Lugdunensi. In aliis editionibus est, *meræ gratiæ.* Legerem lubens, *vice grata,* si accederet alicujus codicis auctoritas.

[d] *Perpeti solicitudine*] Id est, 'perpetua.' Plaut. in Amphitr. 'Ibi cœnavi, atque ibi quievi in navi nocte perpeti.'

cum ad restituendam eam post priorum temporum labem[e] divinum modo, ac ne id quidem unicum,[f] sufficeret auxilium, præcipitanti Romano nomini juxta principem subiisti:[d] eadem scilicet auxilii opportunitate, qua tuus Hercules[g] Jovem vestrum, quondam Terrigenarum bello laborantem, magna victoriæ parte juvit, probavitque, non magis[h] a Diis accepisse cœlum, quam eisdem reddidisse. 3. An non illud malum simile monstrorum biformium in hisce terris fuit, quod tua, Cæsar, nescio utrum magis fortitudine repressum sit, an clementia mitigatum, cum militares habitus ignari agricolæ appetiverunt: cum arator peditem,[i] cum

[d] *Una cum principe subvenisti.*

alii codd. et edd. recentt. Mox, ante Livin. edebatur, *ac ne id quid est*, quod in ed. pr. retinuit Rivin. in secunda dedit, *ac ne quid est*. Exc. Schonhov. habent, *ac ne id quod unicum*. Nostram lect. testantur Vet. Putean. et Guelph. quam ex conjectura protulit Rhenan. et servant edd. recentt. Pro *subiisti*, Vet. Livin. *subisti*. Mox, Sigonius Hist. Occid. Imp. lib. I. p. 8. legit, *magnæ victoriæ pacis*. Codd. Schwarz. uterque Gud. Exc. Schonhov. Vet. Put. et Cuspin. *probavitque se*. Vide Baunii notam.—3 Puteol. 1476. Rhenan. uterque Steph. Livin. et aliæ edd. antiq. *et hisce terris;* quam lect. retinuit Rivinus. Exc. Schonhov. *ut hisce terris*. Codd. Schwarzii, uterque Gud. Vet. Put. Vet. Bertin. Schedæ Langii, Cuspin. et edd. recentt. *in hisce terris*. Lindenbrog. ad Anthol. Lat. I. 42. emendat, *m. b. et excetris fuit*. 'Bene recteque, ac codicibus reliquis convenienter, etiam hæc verba hodie leguntur, *cum arator peditem, cum pastor equitem, &c.* Livineius et Paulus Stephanus ediderant, *cum autor equitem, cum pastor equitem*. Etiam Rhenanus et H. Stephanus, quamvis pro voce *autor* recepissent *arator*, bis tamen inutiliter posuere *equitem;* haud secus ac in libro priore Gudiano vox *peditem* inepte

NOTÆ

[e] *Post priorum temporum labem*] Id est, post compressam Bagaudarum factionem.

[f] *Ac ne id quidem unicum*] Cum præter te in societatem imperii assumtum, duo Cæsares, nempe Galerius Armentarius, et Constantius Chlorus fuere ad pacandum imperium adoptati.

[g] *Tuus Hercules*] Constat plures fuisse Hercules. Cicero de Nat. Deor. lib. III. sex hoc nomine appellatos commemorat, Herodotus 12. recenset, Varro etiam 43. Etsi autem variis temporibus floruerunt, eorum tamen omnium præclara facta attribuuntur Thebano Herculi, Alcmenæ et Jovis filio; quo sensu apud Macrob. Saturn. I. 20. gigantes interemisse dicitur, quamvis ii longo ante tempore perierant, quam Herculis avia nata esset. Hoc modo intelligendus est Virgilius Æn. VIII. 298. 'Nec te ullæ facies, non terruit ipse Tiphæus, Arduus, arma tenens.' Et illud Horat. Od. II. 12. 'Domitosque Herculea manu Telluris juvenes, unde periculum Fulgens, contremuit domus Saturni veteris.'

[h] *Non magis*] Fortasse, *se non magis*.

[i] *Arator peditem*] In vulgaribus edi-

pastor equitem, cum hostem barbarum suorum cultorum[a] rusticus vastator imitatus est? 4. Quod ego cursim prætereo: video enim, te, qua pietate es, oblivionem illius victoriæ malle, quam gloriam.

CAP. V. 1. Quod vero statim, vixdum misero illo furore sopito, cum omnes barbaræ nationes excidium universæ Galliæ minarentur, neque solum Burgundiones[j] et Alamani,[k] sed etiam Chaibones[l] Erulique,[m] viribus primi barbarorum, locis ultimi, præcipiti impetu in has provincias irruissent, quis Deus tam insperatam salutem nobis attulisset, nisi tu affuisses? 2. Tum enim, divinæ providentiæ Imperator, consilio prius, quam vi bellum gerendum ratus, ceteros quidem perduelles, quibus parebat ipsa multitudo

[a] *Agrorum.*

repetitur. Inde jam Acidalius alterutro loco *peditem* legendum esse censuit; commodissime vero, prout nunc excusum, atque etiam in nostro codice scriptum est, *arator* ad *peditem*, *pastor* ad *equitem*, refertur.' *Schwarz.* Mox, De Rooy Spicil. Crit. p. 48. emend. *rusticus vastatorem, &c.*

CAP. V. 1 *Quid enim statim* Vet. Livin. unde ille: *Quid enimvero? statim, &c.* Cod. Schwarzii, *Quid vero.* Arntzenius conj. *Quin vero;* aut, *Quid vero?* Eldikius, *Quod vero fatum.* Mox, *tum omnes* Puteol. 1476. Rhen. Cuspin. H. Steph. et Rivin. 1. Vid. Nott. Varr. Paulo post codd. Livineii, *Cayvones, Caybones, Caviones,* vel *Chabiones.* Exc. Voss. et Guelph. *Caibones. Eryleique . . . locis ultima.*—2 *Tu enim* edd. ante Arntzen. ' In codice nostro, pro participio *ratus*, scriptum est *curasti;* et post hoc verbum ponitur integra distinctio. Idem verbum etiam in altero libro Gudiano annotatum est. Posset id tolerari; sed sine dubio melior est vulgata lectio, quam ceteri libri omnes confirmant. At in sequentibus inter pronomina, *quibus ipsa,* codex noster satis opportune interponit verbum *parebat,* hunc in modum, *ceteros quidem*

NOTÆ

tionibus est *auctor equitem.* Quod Gruterus et Puteanus in editione sua juxta veteres codices expunxerunt. Hoc autem in loco scite admodum Bagaudas cavillatur, qui cum rusticani essent, virorum agrestium cultum militari habitu commutarant. Quomodo vero a Maximiano compressi sint, referunt Eutropius et Victor.

[j] *Burgundiones*] Seu Burgundi, populi Germaniæ juxta flumen Oderam, qui primum Chattorum, deinde Alamanorum agros, demum Gallias occupaverunt.

[k] *Alamani*] Populi Germaniæ, inter Rhenum, Mœnum, ac Danubium amnes, Hermundurorumque confinium incolentes.

[l] *Chaibones*] Quos Caviones, Caybones, Cayvones, Caviones vel etiam Chabiones aliqui appellant. Populi sunt Germaniæ, ad Albim fluvium Thuringis finitimi; ubi nunc Daneberga et Lavemburgum oppida sunt. *Cluver.*

[m] *Erulique*] Seu *Heruli*, populi Germaniæ olim regionem incolentes ad Septemtrionem mari Codano, ad

pestifera,[a] [n] ire passus es in profundam famem, et ex fame in pestilentiam, mox ad triumphi ornamenta [o] capienda militum manibus usurus; Chaibonas tamen Erulosque non dignatus pari astu perdere: atque, ut interim divina virtus tua exercitatione solita non careret, aperto Marte atque uno impetu perculisti, non universo ad id prælium usus exercitu, sed paucis cohortibus. 3. Quid enim opus erat multitudine, cum ipse pugnares, ipse omnibus locis totaque acie dimicares? ipse hosti [p] undique, et qua resisteret, et qua accederet, et qua fugeret [q] oceanum, occurreres, erroremque adversariis pariter ac tuis faceres? cum neque te barbari unum putarent, neque milites, non dico stipatione

[a] *Quibus perniciosa erat sua multitudo.*

perduelles, quibus parebat ipsa multitudo pestifera. Quod verbum etiam Puteanus in vetere codice reperit; item et in utroque libro Gudiano annotatum est. Livineius contra in codice Bertiniensi invenerat scriptum *pestiferat;* unde conjecit, coaluisse ibi duas voces, *pestifera erat;* adeoque forte easdem nunc sejungendas esse.' *Schwarz. quibus parebat ipsa* primus restituit Arntzenius. *mox triumphi,* omissa præpositione *ad,* Puteol. Rivin. Cuspin. Rhenan. Livin. uterque Steph. Baun. et Paris. *mox ad tr.* codd. Schwarz. duo Gud. et edd. recentt. *mox ubi tr.* Exc. Langii. *Chaibones* edd. ante Livin. *Chaibonas* Guelph. Exc. Voss. Vet. Cuspin. Rhenan. Rivin. 1. Vide ad n. 1. Exc. Voss. Gud. 2. et cod. Schwarz. *pari æstu perdere;* olim legebatur, *pariter prodere;* deinde, *pariter perdere.* Gud. 1. Exc. Schonhov. Cuspin. Vet. Putean. Vet. Bertin. Exc. Lang. et edd. recentt. *prodere* H. Steph. et Rivin. 1. Pro *exercitatione,* Guelph. *excitatione.* Denique Exc. Voss. et Guelph. *uno i. pertulisti;* H. Steph. et Rivin. 1. *uno i. proculisti,* quod non displicebat Acidalio.—3 Grut. delet v. *dimicares,* pro quo Arntz. conj. *emicares.* Edd. vett. *ipsi hosti;* Livin. Acidal. Baun. Cellar. Patarol. conj. *ipse hosti;* quod receperunt Schwarz. et Arntz. Mox, Bertin. *et qua fugeret Oceanum occurreres.* Hæc, *et qua fugeret,* glossema Livineio visa, et Grutero. Eldikius conj. *et qua accederet, et qua fugeret obviam occurreres.* Ante Livin. edebatur *occurrens,* quod retinuit Rivin. Sed etiam *occurreres* probant Exc. Schonhov. *sed sal-*

NOTÆ

Orientem Vistula definitam. Nunc parti Orientali Pomeraniæ, et Occidentali Prussiæ respondet.

[n] *Multitudo pestifera* [*pestifera multitudo*] Fortasse addita vocula legendum est, *pestifera erat multitudo,* ut suspicatur Livineius.

[o] *Triumphi ornamenta*] Alii addunt *ad,* quod mea quidem sententia melius; ut legatur, *mox ad triumphi ornamenta capienda.*

[p] *Ipse* [*ipsi*] *hosti*] Fortasse *ipse,* ut volunt nonnulli.

[q] *Et qua fugeret*] Expungendas putat has voces Livineius, ut quæ ab imperito librario, ad interpretandum quod præcessit, nempe *qua cederet,* additæ sint, ac postmodum ex glossemate in contextum delapsæ.

atque comitatu,[s] sed saltem oculis sequi possent? toto quippe prælio ferebare, non aliter quam magnus amnis[r] solet hybernis imbribus, auctus etiam nivibus, passim fluere, qua campus est. 4. Ita cuncti Chaibones, Erulique cuncti tanta internecione cæsi interfectique sunt, ut extinctos eos relictis domi conjugibus ac matribus non profugus aliquis e prælio, sed victoriæ tuæ gloria nuntiaret.

CAP. VI. 1. Transeo innumerabiles tuas tota Gallia pugnas[a] atque victorias; quæ enim tot tantisque rebus sufficiat oratio? 2. Illum tamen primi consulatus tui[t] auspicalem diem tacitus præterire nullo modo possum: quo tu solus omnium consecutus es, ut, quod tempus antea incipiendis tantummodo rebus aptum videbatur, tunc primum potuerit sufficere peragendis; unoque sol curriculo[b] suo, eoque brevissimo, et officia te consulis inchoantem videret, et imperatoris implentem. 3. Vidimus te, Cæsar, eodem die pro republica et vota suscipere, et conjuncta debere:[c]

[s] *Non dico ad stipandum te et comitandum.* [t] *Quo consulatum tuum iniisti.*

tim Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. et aliæ quædam antiq. edd. *tanto quippe* edd. antiq. *toto quippe* Vet. Putean. Exc. Lang. et Schonhov. Guelph. Bertin. Cuspin. et edd. recentt. *auctus et nivibus* edd. ante Arntz. qui ex Vossii Exc. et Guelph. revocavit, *auctus etiam nivibus.*—4 Guelph. *internicione cæsi;* Exc. Schonhov. et pleræque edd. *internecione cæsi.* Patarol. *capti interfectique.*

CAP. VI. 1 Codex Schwarz. et ed. Cuspin. *tua tota gloria pugnas atque victorias.* In Exc. Voss. Gud. et Guelph. deerant verba, *nuntiaret. Transeo innumerabiles tuas tota Gallia.* Voc. *tua* deerat in cod. Puteol. *sufficiet* Navius et Paul. Steph. item Gud. 1. pro quo Vet. Livin. Cusp. Rhenan. ceterique omnes libri, *sufficiat.*—2 *Illum tam proprium consulatus tui* cod. Schwarz. sed in marg. pro voc. *proprium*, eadem manu, *primum.* Gud. 1. 2. Exc. Schonhov. Ald. et Cusp. *Illum tamen primi;* quam lectionem recepit Schwarzius. *Illum tamen primum* in vulgatis. Cuspin. *diem auspicabilem.* Cod. Schwarz. uterque Gud. Exc. Voss. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. *et ora imperatoris.* Pro *ora* Livin. conj. *opera*, et post eum Schwarzius; Arntzenius vero *et orsa imperatoris.*—3 Faber conj. *conjuncta reddere;* Schwarzius, *conjuncta delere;* Eldi-

NOTÆ

[r] *Magnus amnis*] Tale est illud Horat. Od. IV. 2. 'Monte decurrens, velut amnis, imbres Quem super notas aluere ripas,' &c.

[a] *Innumerabiles pugnas*] Intelligit, ut puto, varios conflictus in uno eodemque bello.

[b] *Unoque sol curriculo*] Uno eodemque die consul et imperator factus, in Germaniam profectus est, unde non multo post Mediolanum redux, ut est infra cap. IX. spolia Germanica cum Parthicis, quæ Diocletianus retulerat, conjunxit.

quod enim optaveras in futurum, fecisti continuo transactum: ut mihi ipsa Deorum auxilia, quæ precatus eras, prævenisse videaris, et, quicquid illi promiserant, ante fecisse. Vidimus te, Cæsar, eodem die et in clarissimo pacis habitu, et in pulcherrimo virtutis ornatu. 4. Bona venia Deum dixerim, ne Jupiter quidem ipse tanta celeritate faciem cœli sui variat, quam facile tu, Imperator, togam prætextam sumto thorace mutasti, hastam posito scipione[d] rapuisti, a tribunali temet in campum,[e] a curuli in equum transtulisti, et rursus ex acie cum triumpho rediisti: totamque hanc urbem,[f] repentina tua in hostes eruptione solicitam, lætitia et exultatione, et aris[g] flagrantibus, et sacrificiis, et odoribus accensis numini tuo, implesti. 5. Ita utroque illius diei supremo tempore bis divina res pari religione celebrata est, Jovi, dum pro futuris vovetur; tibi, dum pro victoria solvitur.

kius, *et nuncupata debere;* Arntz. *et conjunctim debere.* Vide Nott. Varr.—4 Ante Livin. legebatur, *tu, Jupiter, totam prætextam.* Faber conj. *tuam* pro *tu;* vel *togam* pro *totam.* Bertin. *tu, Imperator, togam, &c.* et sic etiam conj. Gruter. idque codd. et Exc. Voss. confirmant. Livin. et Paul. Steph. *a tr. venisti in campum:* alteram lectionem servant codd. et edd. recentt. Exc. Voss. et Guelph. *a curuli equum,* omissa præpositione. De Rooy Spicil. Crit. p. 49. emendat, *in equum transiluisti.* Pro *rediisti,* Vet. Livin. Cuspin. et Rhenan. *redisti.* Paulo post, *et aras* Puteol. Rhenan. H. Steph. Livin. Parisienses, Baun. Rivin. 1. *et auris* Guelph. et Exc. Voss. *et aris* Paul. Steph. Cellar. Patarol. et recentt. *et sacrificiis, odoribus* Cuspin. et Bertin. omissa conjunctione. Exc. Voss. *et sacrif. odoribus et accensis numini tuo implesti;* Cuspin. *luminibus implesti,* quod non displicebat Grutero.—5 *Ita utroque illius die* Rhenan. H. Steph. Acidal. et al. vett. *diei* habent omnes codd. Mox, *celebranda* Rivin. 1.

NOTÆ

c *Conjuncta debere*] Alii legunt *conjuncte,* id est, simul. Votum suscipere simul et debere dicitur, qui statim post nuncupatum votum, fit illius compos.

d *Scipione*] Præter prætextam, tribunal, et curulem sellam. Cassiod. Variar. v. 1. Inter insignia consularia victorialem scipionem recenset.

e *In campum*] Vix Maximianus Treveris, ubi ineundi magistratus causa solennia vota concipiebat, audiit Alamanos, receptis ex pestilentia viribus, Rhenum, ad depopulandas Gallias trajecisse, cum sumtis raptim armis palantes hostes adortus ultra Rhenum eos repulit, confestimque victor Treveros reversus est an. Christi 287.

f *Totamque hanc urbem*] Treverensem, ubi habitam hanc orationem puto.

g *Et aris* [*aras*] Fortasse *aris.* Ita Grutero et Acidalio placet. Sensus erit, Aræ flagrabant victimis, are-

CAP. VII. 1. Tale igitur auspicium illius anni quid sequebatur, nisi novum aliquod et ingens miraculum? 2. Quod autem majus evenire potuit illa tua in Germaniam transgressione? qua tu primus omnium Imperatorum probasti Romani imperii nullum esse terminum, nisi qui tuorum esset armorum.[h] 3. Atqui Rhenum antea videbatur ipsa sic natura duxisse, ut eo limite Romanæ provinciæ ab immanitate barbariæ vindicarentur. 4. Et quis[i] unquam ante vos principes non gratulatus est, Gallias illo amne muniri? quando non cum summo metu nostro Rheni alveum minuit diu serena tempestas? quando non cum securitate nostra illius diluvia creverunt? 5. Credo, itidem opimam[j] illam fertilemque Syriam[k] velut amplexu suo

CAP. VII. 1 Vulgg. ante Acidalium, *qui sequebatur.*—2 *Quod autem magis* codd. Schwarz. et Gud. 2. improbante Schwarzio. Puteol. Rhen. Navius, al. vett. *in Germania;* Exc. Schonhov. Vet. Putean. et edd. recentt. *in Germaniam.* Pro *transgressione,* Gud. 1. *congressione.* 'Bene Baune, Cellar. et Patarol. receperunt, *qui tuorum esset armorum;* ubi Puteolanus, Rhenanus, Navius, Stephanus, Livineius, aliique ediderant, *qui tuorum esset arborum;* Cuspinianus, *qui tuarum esset arborum;* quamvis Rhenanus et Stephanus ex conjectura, pro voce *arborum,* in margine annotarint *arbitriorum;* Livineius ex Car. Langii schedis *laborum;* Gruterus ex suspicione *ardorum.* Vocem illam *armorum* confirmat codex noster Ms. confirmant libri Gudiani; et eandem jam Puteanus etiam in antiquis codicibus repererat; atque ita quoque legerat Sigonius, et legendum conjecerat Franc. Juretus.' *Schwarz.*—3 Quædam edd. vett. *vendicarentur;* Vet. Putean. Exc. Schonhov. et codd. omnes, cum edd. recentt. *vindicarentur.*—4 *Ecquis* Vet. Livin. *Gallias illorum amne* edd. ante Grut. *G. illo amne* Vet. Putean. Exc. Lang. Grut. et edd. recentt. *G. illius anne* Exc. Schonhov. et Cuspin. *munire* Puteol. et Rhenan. *Quando eum sine metu* antiquæ edd. *quando non cum summo metu* Vet. Putean. Vet. Bertin. Exc. Lang. Cuspin. Exc. Schonhov. alii codd. Ald. Parisienses, Delph. et recentt. probante Arntzenio. Acidal. pro *sine* conj. *nisi;* malit tamen, *quando non cum metu nostro.* Rivin. retinuit *eum.* Exc. Voss. et Guelph. *nostro munivit,* omissis voc. *Rheni alveum.*—5 *Credo, identidem* Bertin. *optimam illam* in vulgg. Livin. Acidal. Baun. et Jæger. conj. *opimam illam;*

NOTÆ

matibus, et incensis cereis, ac tædis. Qua gratulationis specie, interdum exceptos imperatores fuisse, notant Lipsius et Casaubonus.

h *Tuorum armorum*] Gruterus *ardorum,* Langius *laborum* legit. Ego Danielis emendationem secutus sum, cum in vulgaribus editionibus esset, *tuorum arborum.*

i *Et quis*] Forte *ecquis;* ut ad oram marginis notat Livineius ex veteri codice.

j *Opimam* [*optimam*] Forte *opimam,* ut suspicatur Livineius.

k *Syriam*] Ut Gallicas provincias Rhenus a Germanorum incursionibus defendebat, sic Syriam Romanam quoque provinciam contra Persas

tegebat Euphrates,[l] antequam Diocletiano sponte se dederent regna Persarum: verum hoc Jovis sui[m] more, nutu[n] illo patrio, quo omnia contremiscunt, et majestate vestri nominis consecutus est. 6. Tu autem, Imperator invicte, feras illas indomitasque gentes vastatione, præliis, cædibus, ferro ignique domuisti. Herculei generis hoc fatum est, tuæ virtuti debere quod vindicas. 7. Exinde igitur soluto animo ac libero sumus. Licet Rhenus arescat, tenuique lapsu vix leves calculos perspicuo vado pellat, nullus inde metus est. Quicquid ultra Rhenum prospicio, Romanum est.

CAP. VIII. 1. Sic illa quondam Romanæ potentiæ diu æmula et inimica Carthago[o] a Publio Scipione devicta est, cum is, trajecto in Africam exercitu, Hannibalem ab Italiæ

recepit Cellarius. *nostri nominis* Puteol. 1476. Rhenan. H. Steph. et Rivin. *vestri nominis* Exc. Schonhov. Vet. Putean. Ald. et recentt.—6 Vet. Livin. *invictus*. Edd. ante Arntzen. *fatum est, virtuti debere quod vindicat.* Exc. Voss. Guelph. et Vet. Bertin. *virtuti tuæ.* Exc. Voss. Exc. Schonhov. Guelph. Vet. Bertin. et Cuspin. *vindicas.* Vide Nott. Varr.

NOTÆ

Euphrates tutabatur, antequam Persæ Diocletiano sponte se dedissent; quod an. Chr. 286. aut 287. contigisse observavi in Diocletiani Vita. Syria autem regio inter Euphratem, Arabiam, et mare Mediterraneum.

[l] *Euphrates*] Ex Pariedro, qui apud Strabonem Abus dicitur, ad occidentem excurrit primum, inde ad Austrum flectens, majorem Armeniam a Cappadocia et Armenia minore dirimit, tum Syriam atque Arabiam desertam a Mesopotamia; donec longo flexu ad Orientem versus duplici funditur alveo, quorum alter Tigri miscetur, alter per Babylonem in plura divisus incilia, partim in paludes effunditur, partim etiam in Tigrim relabitur. Ante tamen, alium ex sese rursum emittit, qui Babylonem interfluit, denuoque Maarsari junctus per fossam, cui Pallacopa nomen est, derivatur magnaque ex parte in vastas paludes abit.

[m] *Jovis sui*] Ut Maximianum Herculium cum Hercule, sic Diocletianum Jovium, cum Jove perpetuo comparat.

[n] *Nutu*] Alludit ad illud Virg. Æn. x. 115. 'Annuit, et totum nutu tremefecit Olympum.'

[o] *Carthago*] P. Cornel. Scipio Africanus Major A. U. C. 543. ætatis 24. in Hispanias, ad necem patris et patrui ulciscendam, simul ut Hasdrubali et Syphaci se opponeret, missus, variis præliis utrumque devicit. Verum, ut Hannibalem in Italia interim grassantem a vastatione Italiæ revocaret, an. 549. exercitum in Africam trajecit, ubi Hannibale victo conditiones pacis Carthaginiensibus dedit. Urbemque ingressus an. 553. Syphacem in triumpho duxit, qui paulo post in carcere obiit. Ita Polyb. et Florus.

vastatione revocavit. 2. Audieras hoc, Imperator? an ipse[p] per te divina tua mente perspexeras, ita demum hostes funditus posse subverti, si in propriis sedibus vincerentur, nec prædam modo, quam cepissent, amitterent, sed ipsi conjuges et liberos, et parentes suos, et carissima omnia capta mœrerent? 3. Hoc tu sive cognitum secutus es, seu te auctore fecisti, utrumque pulcherrimum est. Neque enim minorem laudem magnarum rerum æmuli, quam ipsi merentur auctores. 4. Quinimmo, quamvis optimum, intentatæ rei[q] consilium fortunæ committitur; iteratum vero idem atque repetitum ad certam judicii gloriam pertinet. 5. Ideoque hoc nunc ambo, sacri Imperatores, ipso estis Scipione potiores, quod et tu Africanum, et te Diocletianus[r] imitatus est.

CAP. IX. 1. Ingressus est nuper illam, quæ Rætiæ[s] est

CAP. VIII. 1 Exc. Voss. *cum trajecto*, omisso pronomine.—2 Edd. vett. *an ipsa per te, &c.* Codd. Arntz. Exc. Voss. et Guelph. *an ipsa parte, &c.* Putean. Livin. et Baun. conj. *ipse;* et sic edidit Baun. Vulgg. *prospexeras;* uterque Gud. Exc. Voss. et Bertin. *perspexeras*, quod recepit Arntz. *ac liberos* Vet. Livin. quod receperunt Parisienses, et reliqui præter Rivin. *et liberos* Guelph. Mox, Arntz. pater conj. *capita mœrerent;* Rivin. 1. *capta manerent.*—3 Pro *auctores*, Cuspin. *ductores.*—4 Pro *intentatæ*, Exc. Voss. et Vet. Livin. *intentæ;* Bertin. *intemplæ.* Edd. ante Arntz. *iteratum idem;* Exc. Voss. uterque Gud. et Bertin. *iteratum vero idem;* quam lectionem recepit Arntzenius. Mox, edd. antiq. *ad certam rei gloriam pertinet judicii.* Pro *rei*, Livin. emend. *recti.* Bertin. Vet. Put. duo codd. Grut. Guelph. et Exc. Voss. Schwarz. et recentt. *ad certam judicii gloriam pertinet;* Rivin. 2. *ad certam gloriam pertinet judicii;* Baun. *ad certam judicii gloriamque pertinet.*—5 *Ideoque hoc in uno* conj. Arntz. P. *sacri ambo* edd. quædam vett. *ambo sacri* Vet. Putean. Bertin. Guelph. Exc. Voss. et Exc. Schonhov.

CAP. IX. 1 *Ingressus es* Puteol. 1476. Venet. Cuspin. Rhenan. Navius, uterque Steph. Grut. Paris. 1643. Baun. et Patarol. *Ingressus est* Vet. Put. Vet. Livin. cod. Schwarzii, uterque Gud. Exc. Voss. Cellar. Acidal. Schwarz. et recentt. *Rhetis* edd. antiq. *Rhætis* vulgg. *Rhætiæ* codd. Schwarzii, Guelph. et Exc. Voss. quod recepit Arntz. *Rhetiæ* Vet. Putean. et Bertin. Livineii.

NOTÆ

[p] *Ipse* [*ipsa*] Forte *ipse*, ut suspicatur Livineius.

[q] *Intentatæ rei*] Quæ tentamus primum absque usu et experientia, ea, si bene successerint, fortunæ tribui solent: quæ vero jam facta et felici usu comprobata repetimus, judicio sunt ac prudentiæ ascribenda.

[r] *Te Diocletianus*] Ut enim Maximianus Germanos in ipsorum finibus oppugnavit, sic Diocletianus Persas cis Euphratem primum, tum eosdem trajecto fluvio, in ipsorum oris.

[s] *Rætiæ* [*Rhætis*] De hac Maximiani expeditione diximus in ejus Vita ad an. Christi 286. Livineius

objecta, Germaniam; similique virtute[b] ultra Romanum limitem victoriam protulit: adeo numini illius simpliciter amanterque, quicquid pro hisce terris[c] feceras, retulisti,[a] cum, ex diversa orbis parte[d] coëuntes, invictas dexteras contulistis: adeo fidum illud fuit fraternumque obsequium.[e] 2. In quo vobis[f] mutua præbuistis omnium exempla virtutum, atque invicem vos,[b] quod fieri jam posse non videbatur, auxistis: ille tibi ostendendo dona Persica, tu illi spolia Germanica. 3. Sed neque illum virtutes tuæ bellicæ a liberalitate, nec illius opes a bellica virtute te revocarunt: ambo nunc estis largissimi, ambo fortissimi: atque hac ipsa vestri similitudine magis magisque concordes, et, quod omni consanguinitate certius est, virtutibus fratres. 4. Sic

[a] *Ita candide et benevole ejus potentiæ attribuisti.* [b] *Gloriam vestram.*

victoria protulit edd. ante Arntz. *victoriam protulit* Vet. Putean. codd. Schwarzii, et uterque Gud. *ideo numini* margo Gud. 2. Mox, edd. vett. *pro his ceteris;* Acidal. conj. *pro his ac ceteris;* Putean. Livin. Grut. Baun. et Cellar. conj. *pro hisce terris*, quam lectionem recepit Schwarzius, probante Markland. ad Stat. Sylv. IV. 6. 65. *adeo fidum firmumque fuit eloquium* edd. vett. *adeo fidum fraternumque fuit illud eloquium* al. vett. *adeo fidum illud fuit fraternumque obsequium* Vet. Putean. codd. Schwarzii, et ambo Gud. quam lect. recepit Arntz. Pro *eloquium,* Acidal. conj. *colloquium.* Cellar. pro *fidum,* habet *fidem.*—2 *In quo nobis mutua* edd. vett. *In quo vobis mutua* Bertin. Cusp. et Schonhov. ad oram ed. Froben. cum edd. Schwarz. et recentt.—3 Vulgg. *neque illius.* Guelph. *nec illius,* quod recepit Arntz. Vulgg. *ab hac ipsa vestri;* Cuspin. Bertin. *atque hac ipsa vestri;* Exc. Voss. *atque hac;* codd. Schwarzii et uterque Gud. *atque hac ipsa vestra,* Livin. conj. *atque ab hac.* Exc. Schonhov. *at quæ.* Paul. Steph. et al. vett. *concordes, quod;* Vet. Livin. Cusp. et

NOTÆ

tamen legi putat oportere, *ingressus est;* itaque esse in veteri codice testatur Puteanus; ut id referatur ad Diocletianum, non ad Maximianum. Sed alii omnes secus sentiunt. In aliis editionibus legitur, *ingressus es.*

[b] *Similique virtute*] De Diocletiano jam sermo est, qui compulsis ad deditionem Persis, victorias ultra Romanos fines protulerat.

[c] *Pro hisce terris* [*his ceteris*] Forte, *pro hisce terris*, ut ex veteri codice emendat Claud. Puteanus.

[d] *Ex diversa orbis parte*] Diocletianus e Perside victor, Maximianus vero e Germania, Mediolanum an. Chr. 290. ad seditionum motus tollendos, item et de Ægyptiaco et Africano bello deliberaturi conveniunt.

[e] *Obsequium* [*eloquium*] Id est, colloquium. Idem auctor in Paneg. sequenti c. XI. 'Quam invicti sedent! quam concorditer eloquuntur!'

[f] *Vobis* [*nobis*] An *vobis*, ut est in Bertiniensi codice, probatque Livineius?

fit, ut vobis tantum imperium sine ulla æmulatione commune sit, neque ullum inter vos[g] discrimen esse patiamini: sed plane, ut gemini illi reges[h] Lacedæmones Heraclidæ, rempublicam pari sorte teneatis. 5. Quanquam hoc vos meliores et justiores, quod illos mater astu coëgit, cum nemini fateretur quem prius edidisset in lucem, pari ætatis auctoritate regnare: vos hoc sponte facitis,[i] quos in summis rebus æquavit non vultuum similitudo,[j] sed morum.

CAP. X. 1. Attamen illos,[k] si discrimen sui[e] scire potuissent, minus mirum fuisset, exiguam sibi communicasse regionem, quam sæpe uno die impiger viator emensus est:

[e] *Inter se divisisse.*

Rhenan. *concordes, et quod.*—4 Cuspin. *ulla potentiæ æmulatione.* Edd. vett. *ullum vitæ vos;* Vet. Putean. Bertin. Guelph. Exc. Voss. Acidal. Baun. Schwarz. Jæger et recentt. *ullum inter vos.* Livin. conj. *Lacedæmonis.* ' Mox, *sorte* ignorant Guelph. et Exc. Voss. quæ de lacuna in cod. monent. Forte hinc scripsit, *pares teneatis.*' Arntz.—5 ' Exc. Voss. *eo egit, cum nemini coëgit, nemini fateretur:* corrupte.' *Idem.* Delph. et al. vett. *sponte faciatis;* Bertin. Cusp. codd. Schwarzii, ambo Gud. Exc. Voss. et Exc. Schonhov. *sponte facitis.*

CAP. X. 1 *Attamen illos, etiam si* Cuspin. Paris. 1646. Baun. et seqq. *At-*

NOTÆ

[g] *Inter vos*] Ita sensus exegit, ut juxta veteres codices emendarem, pro *vitæ vos*, quomodo in vulgaribus editionibus legitur.

[h] *Gemini illi reges*] Eurystheus et Procles, Aristodemi et Argiæ filii gemelli, Heraclidæ dicti, quod ab Hercule genus ducerent. Hi Peloponneso an. mundi 2881. capta, pulsoque inde Tisamene Lacedæmoniorum rege, et Penthilo Orestis filio, statim ab obitu patris, qui in expeditione illa interiit, ambo regnarunt, simul, quod in incerto esset uter altero prior in lucem exisset. Inde porro duæ regum familiæ fuerunt; Eurysthenidarum, qui et Agidæ ab Agide Eurysthenis filio dicti sunt, et Proclidarum qui et Eurypontidæ ab Euryponte Proclis nepote appellati. Eurysthenidæ magis eam ob rem honorati sunt, quod deprehensum subinde sit, prius in lucem editum fuisse Eurysthenem. Ex hac familia 31. reges extitere, ex altera vero 24. tantum numerantur. Videri potest Pausan. in Lacon. c. 1. 2. 7.

[i] *Facitis* [*faciatis*] Lege *facitis*, ut Livineius juxta vetera exemplaria emendat.

[j] *Non vultuum similitudo*] Inspice si lubet utriusque numisma, quod eorum vitæ præfiximus.

[k] *Attamen illos*] Quod si Heraclidæ discernere utcumque potuissent, uter altero prior in lucem prodiisset, haud valde fuisset mirum, si regionem tam exiguam, fratres duo, qualis est extrema Peloponnesi pars, tam unanimiter gubernassent. At vos, qui totum terrarum orbem habetis inter vos dividendum, &c.

vos vero, qui imperium non terræ, sed cœli regionibus terminatis, tantam vim, tantam potestatem mutuo vobis impartire, divinæ profecto immortalisque fiduciæ est, quam cupiditas nulla perturbet. 2. Et tamen vides, Imperator, non invenire me ex omni antiquitate, quod comparem vobis, nisi Herculeæ gentis exemplum. 3. Nam ille quidem magnus Alexander jam mihi humilis videtur, Indo regi[1] sua regna reddendo, cum tam multi reges, imperatores, vestri clientes sint; cum per te regnum receperit Genobon; Esatech vero munus acceperit. 4. Quid enim ille aliud expetivit, ad conspectum tuum cum omni sua gente[m] veniendo, nisi ut tunc demum integra regnaret auctoritate, cum te, Maximiane, placasset? 5. Ostendit ille te identidem, ut audio, popularibus suis, et intueri diu jussit, et obsequia discere, cum tibi ipse serviret. 6. Hoc eodem modo rex ille[n] Persarum, nunquam se ante dignatus hominem confiteri, fratri tuo supplicat, totumque, si ingredi ille dignetur, regnum suum pandit. 7. Offert interim varia miracula,

tamen illos, si ex edd. vett. et codd. edidit Arntz.—3 Codex Schwarzii, *modo regi* pro *Indo regi;* Gud. 2. Exc. Voss. et Guelph. *regibus*. Livin. conj. *vestri Imperatores*. Pro *receperit*, Bertin. *susceperit*. In nominibus regum non una scriptura. Videndæ Nott. Varr.—4 *Quid ille* Puteol. 1476. Cuspin. Rhenan. Nav. Livin. uterque Steph. et Rivin. *Quid enim ille* Vet. Bertin. Paris. 1643. Delph. et recentt. Mox, *tuum* deest in edd. ante Arntzen. id servant Vet. Putean. codd. Schwarz. et Gud. 2. Deinde *auctoritate regnaret* vulgg. *regnaret auctoritate* ex codd. Gud. et Schwarz. restituit Arntzenius.—6 Exc. Voss. *modo mox ille rex*. Puteol. 1476. Cuspin. Rhenan. uterque Steph. Navius, al. *totumque se, ut ingredi ille dignetur, regnum suum pandit*. Acidalius conj. *totumque, ut ingredi ille dignetur, reg. s. pandit, se offert;* vel, *fratri tuo supplicat, se offert, totumque ut ing. i. d. regnum suum pandit: interim varia*. Vet. Putean. *totumque si ingredi ille dignaretur*. Vet. Bertin. *si ingredi*. Baun. et Cellar. *totumque si ingredi ille dignaretur*. Codd. Schwarzii, edd. Patarol. Schwarz. Jæger. et recentt. *totumque, si ingredi ille dignetur*.—7 Guelph. et Exc. Voss. *varia maria;* unde Vossius effingebat, *varia munera*. Cortius in margine ed. suæ, *varia mira*. Eldikius conj. *offert munerum varia miracula;* illud *munerum* latet in *interim*.

NOTÆ

[1] *Indo regi*] Poro Indiæ regi, quem devictum, captumque Alexander restituit in regnum, ejus in maxima clade constantiam admiratus. Diodorus Sicul. lib. XVII. Plutarchus in Vita Alexandri. Justin. lib. XII. Curtius VIII. 14.

[m] *Cum omni sua gente*] Utrum cum sua familia? an cum gentis suæ primoribus? Ea de re nullibi quod sciam præterquam in his Panegyricis mentio est.

eximiæ pulchritudinis feras mittit, amicitiæ nomen impetrare contentus, promeretur obsequio.

CAP. XI. 1. Vestra hæc concordia facit, invictissimi Principes, ut vobis in tanta æqualitate successuum etiam fortuna respondeat.[a] Rempublicam enim una mente regitis: neque vobis tanta locorum diversitas[o] obest, quo minus etiam velut junctis dexteris[p] gubernetis. 2. Ita, quamvis majestatem regiam geminato numine augeatis, utilitatem imperii singularis consentiendo retinetis. 3. Quare si non frustra Græci poëtæ hominibus justitiam colentibus repromittunt binos gregum fœtus,[q] et duplices arborum fructus; nunc omnia gentibus universis gemina debentur, quarum vos domini tam sancte justitiam et concordiam colitis. 4. Tu quidem certe, Imperator, tantum esse in concordia bonum statuis, ut etiam eos, qui circa te potissimo funguntur officio, necessitudine tibi et affinitate devinxeris;[r] id pulcherrimum arbitratus, adhærere lateri tuo

[a] *Ut fortuna pares vobis successus impertiat.*

CAP. XI. 1 *Vestra hoc* edd. vett. *Vestra hæc* Exc. Voss. codd. Gud. et Schwarz. Mox, *in* deest in Guelph. codd. Schwarz. et Livin. Paulo post, *invictis dexteris* edd. vulgg. *junctis dexteris* conj. Putean. Juretus, Livin. Acidal. et al. quam lectionem primus recepit Patarol. *veluti junctis dextris* conj. Grut.—2 Livin. et Rittershus. conj. *utilitatem tamen imperii;* et sic Exc. Schonhov. *consuetudo retinetis* Exc. Voss. et Guelph.—3 Edd. vett. Rhenan. H. Steph. et Rivin. *bonos g. fœtus;* Vet. Putean.

NOTÆ

[n] *Rex ille*] Narseus, qui se et regnum Diocletiano dedidit. Vide Victorem Schotti.

[o] *Locorum diversitas*] Maximianus enim erat Treveris, Diocletianus vero in Oriente, ut ex cap. 14. manifestum est: 'Hoc idem Diocletianum Oriens rogat.'

[p] *Junctis* [*invictis*] *dexteris*] Forte *junctis*. Ita emendant ad unum omnes, itaque postulat sensus. Et vero Paneg. IV. 5. 'Ita non dexteras tantum, sed etiam omnes sensus nostros, mentesque junxisse.' Et Paneg. III. 12. 'Mihi ante oculos pono quotidiana vestra colloquia, conjunctas in omni sermone dexteras.'

[q] *Binos gregum fœtus*] 'His,' inquit Hesiodus, 'alma quotannis Terra tumet, ter fruge nova, ter ponit aristas.' Ejus verba sunt Latine reddita.

[r] *Affinitate devinxeris*] Constantium Chlorum mea quidem sententia intelligit, quem anno Christi 291. Cæsarem factum, data ei in uxorem Theodora filia privigna, sibi affinitate junxerat. Quo fit ut iis non assentiar qui orationem hanc dictam volunt anno Christi 289. cum Constantius factus sit tantum Cæsar an. Chr. 291. et mentio sit de Mediola-

non timoris obsequia, sed vota pietatis,[b] quorum ductu proxime, cum felicissimis vestris auspiciis uterentur, lubrica illa[s] fallaxque gens barbarorum, ut merebatur, affecta est. 5. Vestra hæc, Imperatores,[t] vestra laus est: a vobis proficiscitur, etiam quod per alios administratur. 6. Ut enim omnia commoda cœlo terraque parta, licet diversorum numinum ope nobis provenire videantur, a summis tamen auctoribus manant, Jove, rectore cœli, et Hercule, pacatore terrarum; sic omnibus pulcherrimis rebus, etiam quæ aliorum ductu geruntur, Diocletianus facit,[u] tu tribuis effectum. 7. Vestræ, inquam, fortunæ, vestræ felicitatis est, Imperatores, quod jam milites vestri ad oceanum[v] pervenere victores, jam cæsorum in illo littore hostium sanguinem fluctus reciproci sorbuerunt.

CAP. XII. 1. Quid nunc animi habet ille pirata,[a] cum

[b] *Qui non obsequantur præ timore, sed ex officio pietatis tibi addicti sint.*

Paris. 1643. Baun. et recentt.—5 Guelph. et Exc. Voss. *Imperatores*, ut conj. Baun. *Imperator* in vulgg. *et quod* edd. ante Gruter. quod retinuit Rivin. *etiam quod* Bertin. Guelph. Exc. Voss. Gruter. et quæ deinceps secutæ editiones.—6 Pro *ope* Bertin. habet *opere*, improbante Livineio. In Gud. 2. annotatum est, hæc verba, *sic omnibus pulcherrimis rebus, etiam quæ aliorum ductu geruntur, Diocletianus facit*, a quodam cod. Ms. prorsus abfuisse: omittuntur certe in Guelph. et Exc. Voss. Rittersh. conj. *Diocletianus faciem, tu tribuis, &c.* Cortius etiam, *faciem*. Eldikius conj. *Diocletianus causam, tu tribuis effectum.*—7 *Imperator* vulgg. *Imperatores* ex Exc. Voss. et Guelph. dedit Arntz. ut supra n. 5. Mox, vulgg. *pervenere victoria;* Vet. Putean. codd. Gud. Schwarz. et Exc. Voss. *pervenere victores*, quod reposuit Arntz. et mox ex iisdem codd. *fluctus reciproci*, pro vulgg. *reciproci fluctus.*

NOTÆ

nensi imperatorum conventu, quem ad annum Christi 290. pertinere ostendi in Diocletiani et Maximiani vita.

[s] *Lubrica illa*] De Francis Carausii fœderatis loquitur, quos Constantius, capta Bononia, cum deficientibus navibus fugientem hostem in Britanniam sequi non posset, ad Rhenum profligavit. Nec mirum videri debet Francos imperii Romani tunc hostes acerrimos, appellari fallaces ab eo, qui Romanos imperatores laudet.

[t] *Imperatores* [*Imperator*] Forte *Imperatores*, ut sermo sit ad Diocletianum et Maximianum.

[u] *Diocletianus facit*] Id est, faciet; quod ejus videtur esse, qui Jovius dicitur: Tu vero, Maximiane, vim et efficaciam addis, quod ad Herculium spectat. Hercules enim apud poëtas vis Deorum dicitur.

[v] *Ad Oceanum*] Britannicum, occupata nimirum Bononia, captisque præsidiariis copiis, quas Carausius ad tutandam hanc arcem ibi adversus Romanos collocarat.

[a] *Ille pirata*] Carausius civis Me-

fretum illud, quo solo mortem suam hucusque remoratus est, pæne exercitus vestros videat ingressos, oblitosque navium, refugum mare[c] secutos esse, qua cederet? 2. Quam nunc insulam remotiorem, quem alium sibi optet oceanum? quo denique pacto effugere pœnas reipublicæ potest? nisi si haustu terræ devoretur, aut turbine aliquo[d] in devia saxa rapiatur. 3. Ædificatæ sunt,[b] ornatæque pulcherrimæ classes, cunctis simul amnibus oceanum petituræ. Neque solum ad perficiendas eas certatim homines laborarunt, sed etiam ad excipiendas flumina repente creverunt. 4. Toto fere anno, Imperator, quo tibi opus erat serenitate, ut navalia texerentur,[c] ut trabes cæderentur, ut artificum animi vigerent, ut manus ne torpescerent, nullus fere dies imbre fœdatus est. Hyems ipsa temperiem veris imitata est. 5. Jam non Septemtrioni nos putavimus

[c] *Recessum maris.* [d] *Hiatu terræ absorbeatur, aut aliqua procella, &c.*

CAP. XII. 1 Vulgg. *pæne vestros exercitus;* Arntz. ex cod. Guelph. et Exc. Voss. dedit, *pæne exercitus vestros.* Acidal. conj. *pæne pedibus vestros.* Guelph. et Exc. Voss. *oblitos navium,* omissa conjunctione.—3 Alter Gud. *cinctis simul, &c.* alii libri, *cunctis, &c.* Exc. Voss. *omnes,* pro *homines.* Pro *excipiendas,* Guelph. et Exc. Voss. *recipienda,* unde quis *recipiendas.*—4 Vulgg. *ne manus torpescerent;* codd. Schwarzii, Gud. Exc. Voss. Vet. Livin. Puteol. 1476. Cuspin. Rhenan. et H. Steph. *ut manus ne torpescerent.*—5 *Jam non*

NOTÆ

napiæ, ait Victor, non in Hungaria, ut Cambdenus putat, sed apud Menapios in Brabantia, homo vilissimo loco natus, sed præclare multiplici in bello rebus gestis paulatim provectus, inprimis in Bagaudica expeditione magnam sub Maximiano laudem consecutus, eam ob rem apparandæ apud Bononiam classi propulsandisque inde Francis et Saxonibus tractum Belgicæ et Armoricæ infestantibus a Maximiano præfectus fuerat. Quo in munere cum alios per fas et nefas opprimeret, alios aut opibus spoliatos, aut accepto aliquo pretio intactos quasi ad eadem latrocinia dimitteret; vixque ullam tantæ prædæ partem aut ad fiscum aut ad ærarium referret; Maximianus factam sibi ab eo, quem huic muneri præposuisset, injuriam ratus, hunc clam occidi jubet. Quod subodoratus ille, abductis, quæ in Galliis erant, legionibus Romanis, conflatoque validissimo exercitu, Britannias occupavit. Ita Victor, Eutrop. Orosius.

[b] *Ædificatæ sunt*] Quas Maximianus Constantio adversus Carausium ituro traderet.

[c] *Texerentur*] Struerentur. Hinc 'textrinum,' locus ubi ædificantur naves.

subjacere, sed, quasi translatis sideribus, aut terris, meridiani cœli clementiam sensimus. 6. Fluvius hic noster,[d] diu pluviarum pabulo carens, impatiens erat navium,[*] solam navalibus tuis materiam devehebat. Ecce autem subito, cum jam deduci liburnas[e] oporteret, tibi uberes fontes terra summisit, tibi largos imbres Jupiter fudit, tibi totis fluminum alveis oceanus redundavit. 7. Ita in aquas sponte subeuntes impetum navigia fecerunt, levi modo commota nisu[f] ducentium, quorum ad felicissimum illud exordium magis opus erat nautico carmine,[g] quam labore. 8. Facile itaque quivis intelligit, Imperator, quam prosperi te successus[h] in re maritima secuturi sint, cui jam sic tempestatum opportunitas obsequatur.

[*] *Non poterat ferre naves.*

Septemtrionis vulgg. ante Gruter. *J. n. Septemtrioni* codd. et Exc. Schonhov. *subjacere* omittunt Puteol. 1476. Rhenan. uterque Steph. Livin. et Rivin. Præterea *et* pro *sed* Puteol. 1476. Livin. et Paul. Steph. *putavimus subjacere, et* Vet. Putean. Vet. Bertin. Exc. Lang. Exc. Voss. Guelph. et Cuspin. Mox, *cœli sentimus clementiam* Exc. Voss. et Guelph.—6 'Ter hic peccatum in *tibi*, pro quo rescribendum *ibi*.' Rittersh. Vid. Nott. Varr.—7 Pro *nisu*, quod servant Vet. Bertin. Vet. Put. codd. Schwarz. et Gud. *nixu* in vulgg. Pro *levi* Gud. *leni*.—8 *Facile itaque quamvis* Rhenan. H. Steph. et Rivin. *Facile igitur quivis* uterque Gud. et cod. Schwarz. *Facile itaque quivis* Vet. Put. et edd. recentt. ut conj. etiam Acidal. Mox, *cum jam* vulgg. ante Arntz. *cui jam* Guelph. Exc. Schonhov. et Vet. Livin. *obsequebatur* etiam Vet. Livin.

NOTÆ

[d] *Fluvius hic noster*] Mosella, qui Treveros alluit, ubi orationem hanc dictam puto.

[e] *Liburnas*] 'Liburna' vel 'liburnica' genus navigii levissimi, velocissimique, sic a Liburnis populis dictum, quorum regio hodie *Croatia* dicitur, quod illi ad Ionium mare, insulasque prædandas hujusmodi navibus uterentur. Horat. Epod. 'Ibis liburnis inter alta navium, Amice, propugnacula.'

[f] *Nisu* [*nixu*] Aut *nisu*, ut est in Bertiniensi cod.

[g] *Nautico carmine*] Utrum, ut Claud. Puteano videtur, alludit ad solennem quarundam gentium morem, quæ diem illum, quo navigationem auspicatæ essent, velut festum quotannis celebrabant? De qua consuetudine Apuleius Met. II. et Veget. de Re Militari IV. 39. An potius, ut Grutero placet, ad celeusma nauticum, quod in lætitiæ signum intendebatur, cum nova classis committebatur aquis?

[h] *Quam prosperi te successus*] Haud vates fuit, nam Carausius Constantii vires et impetum ita valide sustinuit, ut eum ad fœdus ineundum, ac relinquendam sibi Britanniam adegerit. Ita Aurel. Victor. Unde apud Goltzium, Occonem, Tristanum, aliosque nummorum interpretes extant Ca-

CAP. XIII. 1. Felix igitur talibus, Roma, Principibus: (fas est enim, ut hoc dicendi munus pium, unde cœpimus, terminemus) felix, inquam, et multo nunc felicior, quam sub Remo et Romulo tuis.[i] 2. Illi enim, quamvis fratres geminique essent, certaverunt tamen uter suum tibi nomen imponeret, diversosque montes et auspicia ceperunt: hi vero conservatores tui (sit licet nunc tuum tanto majus imperium, quanto latius est vetere pomœrio, quicquid homines colunt[j]) nullo circa te livore contendunt. Hi, cum primum ad te redeant triumphantes, uno cupiunt invehi curru, simul adire Capitolium, simul habitare Palatium. 3. Utere, quæso, tuorum principum utroque cognomine, cum non cogaris eligere; licet nunc simul et Herculea dicaris,[k] et Jovia. 4. O quanto nunc, Imperatores, illa civitas esset augustior, quanto magis hunc natalem suum[l] diem coleret,

CAP. XIII. 1 Acidal. conj. *sub R. et R. conditoribus tuis.* Vulgg. *et nunc multo;* Guelph. *et multo nunc*, quod recepit Arntz.—2 *Illi enim, fratres quamvis, &c.* edd. ante Arntz. qui ex codd. Guelph. et Put. lectionem nostram restituit. Codex Schwarzii habet, *Illi enim, quamvis fratres gemini, certaverunt, &c.* omissis vocibus *que essent.* Edd. quædam vett. *ii vero;* Vet. Putean. et edd. recentt. *hi vero.* ' Olim Puteolanus, Rhenanus, Navius, et Stephani, mendose in hoc loco ediderant, *latius es.* Immo adhuc mendosius Cuspinianus, *latior es;* sicut et in libro primo Gudiano junctim scriptum est, *latiores.* At Livineius in notis, jam recte conjecit, aperte probum esse, *latius est;* et, *quicquid homines colunt*, tantundem esse, ac si orator dixisset, *orbis terrarum.* Jam igitur veriorem lectionem evulgavit Gruterus; quæ et cod. nostri consensu comprobatur.' *Schwarz.* Rivin. et Baun. *es;* Exc. Voss. *est.* Exc. Schonhov. et Voss. *latior.* Vulgg. *redeant ad te.* ' In codice nostro hæc verba sic translocata nobis occurrunt, *Hi, cum primum ad te redeant triumphantes, &c.* Liber primus Gudianus pro *redeant*, habet *redeunt.* Nos velimus legere, *Hi, quam primum,' &c.* Schwarz. Codd. secutus est Arntzenius. —4 ' Hæc verba, *quanto magis hunc natalem suum diem coleret*, omissa sunt in

NOTÆ

rausii nummi in altera parte Pacis imago lauream tenens. Titulus PAX AUGUSTI.

[i] *Sub Remo et Romulo tuis*] Adde *conditoribus;* sensus enim id videtur postulare: maxime cum mox addat, *hi vero conservatores tui*, quæ duo opposita consulto videntur.

[j] *Quicquid homines colunt*] Id est, totus terrarum orbis. Dubitat Acidalius, an non illud delendum sit.

[k] *Herculea dicaris*] His nominibus Romam unquam appellatam esse non memini me legere, præterquam hoc in loco. At Pomp. Lætus et Joan. Bapt. Egnatius ex veteri inscriptione referunt duplicem Viennæ portam fuisse, quarum altera ' Jovia,' altera ' Herculia ' diceretur.

[l] *Natalem suum*] Non hominum tan-

si vos, stipatos[m] vestro senatu, in illa Capitolini Jovis arce conspiceret! quæ nunc sine dubio præsentiam vestri sibi fingit, ædes vestrorum numinum frequentando, et ibidem,[n] sicut a majoribus institutum est, invocando Statorem Jovem, Herculemque Victorem. 5. Hoc enim quondam illi Deo cognomen ascripsit is,[o] qui, cum piratas oneraria nave vicisset, ab ipso audivit Hercule per quietem, illius ope victoriam contigisse: adeo, sacratissime Imperator, multis jam sæculis inter officia est numinis tui, superare piratas.

CAP. XIV. 1. Sed profecto mature ille illucescet dies, cum vos videat Roma victores, et alacrem sub dextera[f] filium:[p] quem, ad honestissimas artes omnibus ingenii bonis natum, felix aliquis præceptor expectat, cui nullo la-

[f] *Vestræ dexteræ adhærentem.*

nostro cod. etiam in alio codice, cujus variantes relatæ sunt in Gud. 2.' *Schwarz.* Omissa sunt etiam in Exc. Voss. Edd. ante Cellar. habent, *si vos, stipato, &c.* Vet. Put. et Livin. codd. Schwarz. ambo Gud. et edd. recentt. *si vos, stipatos, &c.* Vet. Put. Vet. Livin. et Gud. 2. *præsentiam vestram*, quod placuit Schwarzio. Alteram lectionem servant omnes alii codd. et impressi. Vet. Bertin. edd. vett. Paris. 1643. Bann. al. *et identidem;* Codd. Schwarz. et alter Gud. item Vet. Putean. et edd. recentt. *et ibidem.* Quædam edd. ante Gruter. *frequentando identidem*, omissa conjunctione.—5 Edd. vett. *cognomen adscripsistis, qui, &c.* Putean. legit *nomen adscripsit is, qui, &c.* Bertin. habet *asscripsisti qui;* unde Livin. Bongars. et Grut. conj. *cognomen ascripsit is, qui, &c.* quod receperunt Cellar. et recentiores. Exc. Voss. *Hoc enim illi quodam Deo, &c.*

CAP. XIV. 1 Bertin. *illucescat*, improbante Livineio.—2 Vulgg. *facta de-*

NOTÆ

tum, sed et civitatum diem natalem celebrari solitum initio hujus orationis diximus.

[m] *Si vos, stipatos* [*stipato*] Lege *stipatos*, ut post Puteanum juxta veterem codicem emendat Livineius. Hinc autem vide utrumque imperatorem Romam abfuisse.

[n] *Et ibidem* [*identidem*] Forte, *et ibidem*, ut est ad oram editionis Frobenianæ.

[o] *Ascripsit is* [*adscripsistis*] Restituendæ sunt voces duæ, quæ librariorum incuria in unam coaluerant: legendumque *ascripsit is*, nempe M. Octavius Herennius, in prima adolescentia tibicen, ac postquam arti suæ diffisus, instituisset mercaturam, et bene re gesta decimam Herculi profanasset; subinde navigans, et a prædonibus circumventus, cum se ab eorum manibus expediisset, accepit in somnis ab Hercule ejus ope se esse servatum. In cujus beneficii memoriam Octavius, impetrato a magistratibus loco, ædem Herculi Victori inscripsit. Macrob. Saturn. III. 6.

[p] *Filium*] Maxentium, quem alii verum Maximiani filium, alii privignum appellant, alii suppositum ab Eutropia Maximiani uxore, quo mariti animum teneret.

bore constabit, divinam immortalemque progeniem ad studium laudis hortari. 2. Non necesse erit, Camillos,[q] et Maximos,[r] et Curios,[s] et Catones[t] proponere ad imitandum: quin potius vestra illi facta demonstrent, vos identidem et semper ostendant præsentes, optimos imperatoriæ institutionis auctores. 3. Interim tamen te, gentium domina, quoniam hunc optatissimum principem[u] in Galliis

monstret, vos... semper ostendat, præsentes et optimos. Lectionem nostram ex codd. Gud. et Exc. Voss. restituit Arntzenius.—3 'Aliquot editiones veteres pro voce *optatissimum*, exhibent *optimum*, quod olim cognomen Trajani pro-

NOTÆ

[q] *Camillos*] M. Furium Camillum intelligit, qui Faliscos primum vicit, tum cum dictator esset de Veientibus decenni obsidione domitis triumphavit. Is quod albis equis triumphasset et prædam iniquius divisisset, die ab Appuleio trib. pleb. dicta, damnatus Ardeam concessit; donec Gallos, urbem, ac tantum non Capitolium ingredientes, derepente adortus fudit stravitque. Ita Aurel. Victor. Quare Romulus alter dictus. Tandem obiit A. U. C. 389. cum esset octogenarius, teste Liv. lib. VII.

[r] *Maximos*] Duo præcipue hujus cognominis fuere. 1. Fabius Maximus Rullianus, qui magister equitum a Papyrio Cursore ob Samnitium victoriam pæne securi percussus, primum de Apulis, et Lucerinis; iterum de Samnitibus; tertio de Gallis, Umbris, Marsis, atque Tuscis triumphavit. Iterum censor creari noluit, quod existimaret non esse ex usu reip. eosdem censores sæpius fieri. 2. Q. Fabius Maximus, qui quinquies consul, semel censor, bis dictator, bis princeps senatus, bis triumphavit; primo quidem consulatu de Liguribus; quinto vero de Pœnis. Is est qui Hannibalem, Cannensi, Trebiensi, et Thrasimenea clade ferocientem, quem Scipio, Sempronius, et Flaminius vi sistere non potuerant, cunctando fregit. Unde Cunctator dictus est. Vid. Aurel. Victor. Notum illud Ennii: 'Unus homo nobis cunctando restituit rem.'

[s] *Curios*] M. Curius Dentatus, primo de Samnitibus, tum de Sabinis triumphavit, tertio de Lucanis ovans urbem ingressus est. Pyrrhum Epirotarum regem ex Italia expulit. Vir frugalitatis mirificæ. Quamobrem domus ei apud Tiphatem, et agri jugera quingenta publice data. Ita Aurel. Victor.

[t] *Catones*] Duo potissimum fuere. 1. M. Porcius Cato Censorius qui et Major, dictus est Tusculanus. Fuit quæstor sub Scipione majore. Prætor Sardiniam subegit. Consul Celtiberos domuit. Censor L. Flaminium consularem senatu movit. Ipse auctor fuit delendæ Carthaginis. Septuagenarius literas Græcas didicit. Octogenarius Galbam accusavit. Ipse quater et quadragies accusatus, toties absolutus est. Vid. Aurel. Victor. 2. Cato Prætorius hujus pronepos. Hic in Africam cum exercitu concessit, ubi audita Cæsaris de Pompeianis victoria, filium hortatus, clementiam victoris experiretur, ipse lecto Platonis libro qui de bonis mortis est, semet occidit, unde dictus est Uticensis. Hæc ex Aurel. Victor.

[u] *Optatissimum principem, &c.*] In

suis retinet[v] ratio reipublicæ, quæsumus, si fieri potest, ne huic invideas civitati, cui nunc ille similitudinem majestatis tuæ confert, natalem tuum diem celebrando in ea, consuetudine magnificentiæ tibi debitæ.[s] 4. Teque ipsum, Imperator, oramus, ut etiam, cum vos, totius orbis securitate composita, illa imperii vestri mater acceperit, amplexus ejus artissimos interdum piis manibus resolvatis: tuque potissimum (credo enim, hoc idem Diocletianum Oriens[w] rogat) has provincias tuas frequenter illustres, et, profundissima licet pace florentes, adventu numinis tui reddas feliciores. 5. Vides, Imperator, quanta vis sit tuorum in nos cœlestium beneficiorum? adhuc præsentia tua fruimur, et jam reditum desideramus.

s Quam nunc magnificentia tibi similem facit Imperator, dum in ea natalem tuum celebrat, qua tu soles pompa diem illum celebrare.

prium fuit. Sed illam alteram lectionem, *optatissimum*, jam evulgavit Cuspinianus; quem et alii sunt secuti; quibus nunc et codex noster, et ambo libri Gudiani, bene concinnunt. Etenim jam proxime præcesserat, 'optimos imperatoriæ institutionis auctores.'' *Schwarz.* *optimum* dederunt Puteol. 1476. Rhen. uterque Steph. Livin. et Rivin. Reliqui ex codd. cum quibus conspirant Exc. Voss. et Exc. Schonhov. alterum prætulerunt. 'Verba, *tuæ confert*, usque ad *debitæ*, ignorant Guelph. et Exc. Voss.' *Arntz.*—4 Edd. ante Acidal. *potissimum. Credo, &c.* ille vero suadet, *potissimum (credo . . . rogat) has provincias freq. illustres, &c.*—5 Edd. ante Schwarz. *et reditum,* qui ex codd. suis et utroque Gud. voculam *jam* restituit: *jam* exhibent etiam Vet. Putean. Bertin. Livineii, et Exc. Voss. In Guelph. addebatur, *Finis sexti.*

NOTÆ

aliquot editionibus est, *optimum principem.*

v *In Galliis suis retinet*] Igitur Maximianus tum erat in Galliis. Et Mamertinus, qui in Galliis erat, *adhuc,* inquit, *præsentia tua fruimur.*

w *Diocletianum Oriens*] Diocletianus tum erat in Oriente, bello adversus Narseum occupatus.

CHRIST. GOTLIBII SCHWARZII
PROLEGOMENA
AD
MAMERTINI GENETHLIACUM.



I.

E Latinis veterum Panegyricis, qui præter incomparabilem Plinii Panegyricum supersunt, et qui, quamvis ad hujus præstantiam haud pertingant, nihilominus tamen, et sententiarum argutiis, et inventionis fœcunditate, non parum se commendant, jam alio tempore duos potissimum, alterum quidem Latini Pacati Drepanii Theodosio Aug. dictum, alterum, quem Claudius Mamertinus dixit Maximiano Aug. tunc in Gallia commoranti, et natalem urbis Romæ Treveris celebranti, Observationibus Academicis illustravi. Nunc visum est alium, eumque ejusdem Claud. Mamertini Panegyricum Genethliacum, itidem Maximiano Augusto dictum, similiter illustrare, et illustratum ad disquisitionem proponere.

II.

Quod adeo ad auctorem hujus Panegyrici attinet, sequor vulgarem opinionem; neque enim prorsus consentiunt veteres libri. Antecedentis Panegyrici inscriptio in codice Ms. quem ipse possideo, hæc est: *Genthliaci Rhetoris optimi Panegyricus dictus Divo Max. Augusto.* In fine istius Panegyrici hæc verba notata legimus: *Panegyricus sextus dictus Maximiano et Diocletiano finit. incipit eorundem Genethliacus.* Atque hic posterior est ille ipse Panegyricus, quem nunc pro virili parte explicandum nobis sumimus. Cujus calci hæc verba sunt ascripta: *Genethliacus Maxi. et Diocletiani finit.* Vides ergo, neque a principio, neque in fine, Panegyricum hunc in codice nostro nomine *CL. Mamertini* signari. Atque ita etiam alii codices Mss. quos Gudius excerpsit, in ambobus libris, de quibus alibi dixi, non habent nomen *Mamertini* præscriptum; nisi quod in unico codice scriptum fuerit: *Ejusdem Mamertini Genethliacus Maximiani Augusti.* Hunc adeo ipsum titulum in excusis libris primus edidit Puteolanus, et deinde Cuspinianus. Præterea Jo. Livineius, an. 1599. nomini *Mamertini* prænomen *Claudii* præposuit: hosque similiter secuti sunt Janus Gruterus, Puteanus, Jac. De la Baune, Cellarius, et Patarol. At Beatus Rhenanus an. 1520. hoc elogium præfixit nostro Panegyrico: *Ejusdem Mamertini Genethliacus Maximiani Augusti, in ejus natali dictus. In quo rursus multa sunt in Diocletiani laudem, cujus in imperio consors erat Maximianus.* Rhenanum presse secutus est Henricus Stephanus an. 1591. et 1606. itemque Andreas Rivinus, an. 1650. Ex eodem Panegyrico aliquot loca excitat Carolus Sigonius, lib. I. de Occidentali Imperio, pag. 8. 16. 17. eundemque ascribit Mamertino, et Mamertinum vocat 'oratorem Belgicum,' hujusque collaudat 'Gallicam dicendi copiam.' Antonius Pagi, in Dissertat. Hypatica, P. I. cap. II. n. 8. monet, *Panegyrico Genethliaco,* quem Mamertinus dixit Maximiano, restituendum esse legitimum titulum, qui in omnibus fere veteribus codicibus legatur: *P. ejusdem Genethliacus Maximiani A. et Diocletiani,* i. e. *Panegyricus*

ejusdem (Mamertini) *Genethliacus Maximiani Augusti et Diocletiani.* Utinam Pagius simul annotasset, ubi asserventur isti codices, in quibus titulum hunc ita scriptum invenerit! Neque tamen eum improbo: quia ex ipsius Panegyrici argumento liquet, dictum esse in honorem gemini natalis vitæ utriusque Imperatoris, Diocletiani et Maximiani; et utriusque laudes eadem oratione prædicatas esse, quamvis tunc Diocletianus absens esset. Equidem nomen Diocletiani, tanquam senioris Augusti, nomini Maximiani præmittendum fuisse videatur; putes tamen, forte ordinem horum nominum ideo inversum observari, quia Maximianus coram audierit Panegyricum, eumque descriptum Mamertinus Maximiano ipsi obtulerit, dedicaritque. Utcumque vero est, interim vulgatam inscriptionem retinere malui.

III.

Ut vero eo facilius intelligamus, quæ in hoc Panegyrico occurrunt, pauca quædam de ortu et dignitate utriusque hujus Imperatoris ex historia repetemus. Caius Aurelius Valerius Diocletianus, teste Victore in Epitome, natione Dalmata fuit, Anuleni senatoris quondam libertinus, matre pariter atque oppido, ubi natus erat, nomine Dioclea: unde prius Diocles appellatus, deinceps, ubi orbis Romani potentiam cepit, Graium nomen in Romanum morem convertit, ut Diocletianus audiret. Hic, quod jam ad priorem Mamertini Panegyricum animadvertimus, anno Christi CCLXXXIV. XV. Kal. Octobr. h. e. die XVII. Septembris, ac, referente quidem Eutropio IX. 19. ab exercitu de Perside victa redeunte, post Carum Augustum fulmine, et Numerianum Cæsarem insidiis, amissos, Imperator consalutatus creatusque est. Sic eodem anno, et quidem XII. Kal. Decembr. h. e. die XX. Novembris, Diocletianus, ut M. Aurelium Carinum, Cæsarem, filium Cari Imperatoris, fratrem Numeriani, sibi adversarium, facilius opprimeret, M. Aurelium Maximianum, natione Pannonem, patria Sirmiensem, Cæsarem nun-

cupavit, et demum anno Christi CCLXXXVI. ipsis Kalendis Aprilibus, teste Idacio in Fastis, ad Augusti fastigium provexit, sive, ut Eutropius IX. 22. loquitur, 'ex Cæsare fecit Augustum.' Quas res uterque hic Imperator ab initio summæ dignitatis suæ usque ad annum Christi CCLXXXIX. gesserit, præter scriptores historicos, Victorem, Eutropium, et alios, commemoravit, aut breviter attigit Cl. Mamertinus, in priore Panegyrico, quem præsente tunc Maximiano Aug. habuit. Nunc similes laudes utrorumque in hoc altero Panegyrico prædicat, easque a rebus usque ad annum Christi CCXCI. gestis auget.

IV.

Deprehendimus, non solum apud scriptores veteres, sed in antiquis etiam monimentis, Diocletianum haud raro Jovii, et Maximianum Herculii cognomine insigniri. Sic Gruterus pag. CCLXXX. 3. exhibet monimentum vetustum, quod Cluniæ in Hispania, in pulchra quidem columna repertum est:

DIOCLETIANVS. IOVIVS. ET
MAXIMIAN. HERCVLEVS
CAES. AVGG
AMPLIFICATO. PER. ORIEN
TEM. ET. OCCIDENTEM
IMP*erio*. ROM*ano*
ET
NOMINE. CHRISTIANORVM
DELETO. QVI. REMP. EVER
TEBANT.

Sic Mediobarbus in Numismatibus Imperatorum Rom. pag. 425. nummum aureum annotavit, in cujus adversa parte conspiciantur Diocletiani et Maximiani capita conjuncta; in aversa parte duo Imperatores sacrificantes, cum ara, aliisque figuris, supra scriptis nominibus, IOVIO. ET. HERCVLIO. Sic Eumenius in Paneg. Con-

stantio Cæsari dicto, cap. IV. non alios, nisi Diocletianum et Maximianum, designat his verbis: 'Et sane præter usum curamque reipublicæ, etiam illa Jovis et Herculis cognata majestas in Jovio Herculeoque principibus totius mundi cœlestiumque rerum similitudinem requirebat.' Et de his etiam loquitur Lactant. de Mortibus Persecutorum, cap. LI. 'Ubi sunt modo magnifica illa et clara per gentes Joviorum et Herculiorum cognomina, quæ primum a Diocléte ac Maximiano insolenter assumta, ac postmodum ad successores eorum translata viguerunt?' Nempe horum imitatione etiam posthæc Galerius Maximianus Cæsar, gener Diocletiani, Jovius; et Constantius ac Constantinus, generi Maximiani, Herculii dicti sunt. Taceo, hinc etiam Romam dictam esse 'Herculeam' et 'Joviam' apud Mamert. Paneg. priore, cap. XIII. item 'Jovia et Herculia auxilia' apud Victor. de Cæsar. cap. XXXIX. 'Jovias' et 'Herculias cohortes' apud Veget. I.17. et Ammian. Marcell. XXII. 1. &c. Vide Spanhem. Dissert. XII. p. 497. Quodsi Aur. Victori, l. c. fides habenda, Diocletianus Jovii, et Maximianus Herculii cognomen ab assiduo cultu horum numinum, 'Jovis' et 'Herculis,' invenerunt. 'Huic,' Maximiano, inquit, 'postea cultu numinis Herculii cognomentum accessit; uti Valerio Dioclétiano, Jovium.' Nec nego, fieri potuisse, ut hi Imperatores ab initio cognomina ista traxerint a cultu Deorum. 'Quidam enim,' inquit Lactant. VI. 6. 'etiam probitate ficta viam sibi ad potentiam muniunt, faciuntque multa, quæ boni solent.' Ipse quoque Mamertinus noster, Genethl. cap. VI. mire utriusque pietatem laudat: 'Sanctiores,' inquit, 'Deos fecistis exemplo vestræ venerationis: nunc enim vere homines intelligunt, quænam potestas Deorum, cum tam impense colantur a vobis.' Harduinus Select. Oper. pag. 444. opinatus est, hisce duobus Augustis Jovii et Herculii nomina ad designandas primarias eorum virtutes esse ascripta; propterea, quod alter, Diocletianus nempe, consilio; alter, Maximianus, fortitudine, rempublicam tutati sint. At enimvero

nihil dubito, quin hi Principes, obscurissimo loco nati, ubi ex potentia et successu rerum altiores sumserant animos, non solum affectarint originem divinam, quasi scilicet Diocletianus Jovem, Maximianus Herculem, generis sui habuerint auctores; sed etiam eo paratius se ipsos, tanquam Jovem et Herculem in terris coli atque adorari siverint. Hujus rei locuples testis est ipse Mamertinus noster. Sic enim, in priore Panegyrico, c. I. 'Herculem' vocat 'principem generis ac nominis' Maximiani Herculii. Cap. II. 'Quanto tandem studio,' inquit, 'nos hic convenit, qui te præsentem hic intuemur Deum, toto quidem orbe victorem, . . . quicquid spiritus et vocis habemus, omne id in laudibus tuis occupare! . . . An divinam generis tui originem recensebo, quam tu non modo factis immortalibus, sed etiam nominis successione, testaris?' Idem in Genethl. cap. II. de utroque hoc Principe: 'Vos Diis esse genitos, et nominibus vestris, sed multo magis virtutibus, approbatis.' Atque, ut nunc cetera, quæ huc pertinent, loca prætereum, maximum hujusmodi adulationis specimen e cap. X. repeto: 'Non opinione traditus, sed conspicuus et præsens Jupiter cominus invocari; non advena, sed Imperator Hercules adorari.' Similiter auctor incertus Panegyrici Epithalamii, genero Maximiani Herculii, Constantino dicti, cap. VIII. 'Hic est,' inquit, 'qui nomen, quod accepit a Deo, principe generis sui, dedit vobis; qui se progeniem Herculis, non adulationibus fabulosis, sed æquatis virtutibus, comprobavit.' Vesaniam illam affectati admissique cultus divini in Domitiano æque ac Maximiano notant testanturque etiam alii scriptores, v. g. Aurel. Victor in Cæsar. cap. XXXIX. ubi diserte de Diocletiano hæc scribit: 'Se primus omnium, post Caligulam Domitianumque, Dominum palam dici passus, et adorari se appellarique uti Deum.' Adde Eutrop. IX. 16. et Eusebium in Chronico, pag. 18. itemque varia numismata et alia monimenta. Cf. Spanhem. Dissert. XII. pag. 495.



V.

Ita haud difficulter explicari possunt duo veteres nummi, quibus hoc schediasma ornavimus. Alter cum capite laureato Maximiani Augusti. Cujus Imperatoris integrum nomen aliis nummis et lapidibus inscriptum sic legitur: IMP. C. AVR. MAXIMIANVS. P. F. AVG. i. e. Imperator Cæsar Aurelius Maximianus Pius Felix Augustus. In postica nummi parte conspicitur Hercules, duabus clavis instructus, dextra clava Hydram petens; nisi suspiceris, alteram clavam ex lacinia pellis leoninæ forte effictam esse. Superne hæc verba sculpta sunt: HERCVLI. DEBELLATORI. Incertus sum, utrum Maximianus res suas fortiter gestas Herculi, Deo commentitio, sic acceptas referre voluerit; an ipse, tanquam Hercules, debellator hostium suorum, voluerit repræsentari. Hydra illa fuit serpens multorum capitum, quam in Lerna palude constitisse, et ab Hercule tandem victam esse, narrant poëtæ. Dicitur Virgilio Æn. VI. 576. 'Quinquaginta atris immanis hiatibus Hydra.' Scilicet alii hydram tria tradunt habuisse capita, alii septem, alii novem, alii quinquaginta, alii centum. Tanta est discrepantia fabularum! Fabulam vero pleniorem Lernææ serpentis habemus apud Palæphat. Fab. XXXIX. et Ovid. Met. IX. 68. Spanhem. Dissert. V. ubi hujus nummi meminit, existimat, Maximianum intendisse hoc nummo per Hydram potissimum designare renascentem post tot funera Christianorum gentem; cum hic Imperator, Herculius cognominatus, cum Diocletiano Jovio, collega suo, vana jac-

tantia testari voluerint, nihilominus gentem Christianorum tandem a se prostratam ac triumphatam esse. Et sane hæc ipsa laus ab utroque hoc Augusto impie etiam in vetere lapide quæsita est, quem paullo ante e Grutero descripsi. Idemque observat Spanhemius, istis hominibus furientibus visum esse symbolum Hydræ, in hoc nummo expressæ, haud male scilicet quadrare in Christianos, et sociam utriusque Augusti in ea secta debellanda operam. Etiam Begerus, cum eundem nummum, in Thesauro Palatino, pag. 361. explicat: 'Licet hic nummus,' inquit, 'ad prostratos Maximiani hostes procul dubio sit referendus; fortassis tamen ad persecutionem etiam Christianorum retulerit homo ethnicus. Christiani, ut palma nobilis, ipsa in calamitate surrexere, et ex cladibus suis numerosiores prodiere: id inimici comparaverunt Hydræ, quæ et ipsa post clades numerosiore capitum luxuria increvisse memoratur.' Quæ dum scribo, mihi in mentem venit, an non veteres Mythologi fingendæ fabulæ de Hydra occasionem ceperint a polypis marinis, de quibus quæcumque pars resecetur, hodie nonnulli Batavi et Britanni narrant, ex ea novum polypum mox existere. Alter vero nummus, cujus figuram principio hujus Dissertationis præfigendam curavi, in adversa parte repræsentat protomen Diocletiani laureati, cum hac epigraphe: IMP C G VAL DIOCLETIANVS P F AVG. i. e. Imperator Cæsar Caius Valerius Diocletianus Pius Felix Augustus. In aversa parte Jupiter fulgurator hominem biformem, sive gigantem, qui pedum crurumque loco habet serpentes, fulmine prostraturus videtur. Fabulam breviter tradit Ovid. Fast. v. 35. seqq.

Terra feros partus, immania monstra, Gigantes
  Edidit, ausuros in Jovis ire domum.
Mille manus illis dedit, et pro cruribus angues,
  Atque ait: in magnos arma movete Deos!
Exstruere hi montes ad sidera summa parabant,
  Et magnum bello solicitare Jovem.
Fulmina de cœli jaculatus Jupiter arce,
  Vertit in auctores pondera vasta suos.

Sine dubio per istum Gigantem, sive sigillatim per Typho-

nem, primarium gigantum, qui, narrante Hygino, fab. CCLII. 'Jovem provocavit, si vellet secum de regno certare, sed cujus pectus Jupiter fulmine ardenti percussit,' designatur quidam insignis hostis, qui Diocletiano, ejusque imperio, insidiatus est: verum, quia nummus singulari temporis indicio destituitur, quis ille hostis fuerit, definire non possum. 'Forsitan,' inquit Begerus, 'de Achilleo devicto hunc typum intelligas, qui in Ægypto majestatem sibi vindicaturus Diocletiani armis succubuit; quanquam et alia ejus sint gesta.'

VI.

Sub his duobus Imperatoribus, Diocletiano et Maximiano, tanta adversus Christianos exarsit persecutio, ut ipse Henr. Dodwellus in Dissert. Cyprianica XII. ubi egit de 'paucitate martyrum,' § LXV. non potuerit non fateri, hanc, uti omnium longissimam, ita etiam sævissimam, certe martyrum proventu copiosissimam, fuisse persecutionem: inde etiam factum, ut æram Diocletiani recentiores Græci æram martyrum appellarint. Quam persecutionem potissimum Eusebius Hist. Eccles. lib. VIII. et Lactantius de Mortibus Persecutorum, descripserunt. Jam, siquis quærat, an, et cur non, Mamertinus in duobus Panegyricis suis etiam meminerit hujusmodi persecutionis Christianorum, cum inde, pro suo instituto, laudem pietatis utriusque Imperatoris majorem in modum augere potuisset? Sed respondeo, cum Mamertinus Orationes suas intra priores quinque annos imperii Diocletianiet Maximiani habuerit, eum ne potuisse quidem hoc argumentum attingere; propterea quod, teste Eusebio VIII. 1. utrique Imperatores primis temporibus non parum faverunt Christianis; ubi indicat, quantam gloriam ante persecutionem, anno demum CCCIII. plenius excitatam, religio Christiana fuerit consecuta. Unde Theod. Ruinartus in Præfatione ad Acta Martyrum: 'Non imus infitias,' inquit, 'primis Diocletiani et Maximiani temporibus Ecclesiam nullis edictis agitatam fuisse, nec tum Christianos, maxime in his locis qui sub

speciali Diocletiani cura erant, inquisitos fuisse. Unde, si tunc martyria aliquot fuere, aut veterum legum auctoritate, aut ex præsidum ingenio, vel alia quavis occasione, absque edictis patrata sunt. Persecutionis initium anno CCXCIII. consignari posse videtur, quo Diocletianus, 'decennalia imperii sui celebraturus, se ut Deum adorari jussit.' Sed et alii scriptores profani non facile de ista Diocletiana Christianorum persecutione aliquid referunt, ut nesciam, an fortasse ipsi argumentum hoc non satis dignum laude habuerint. At videmus, quem exitum habuerit ista stolida jactantium impietas, 'se nomen Christianum delevisse:' cum sævissimi isti homines in æternis jaceant tenebris, omnique posteritate sua jamdudum ex orbe terrarum deleta exstirpataque, nihil reliquerint, nisi vana quorundam adulantium monimenta, et execrabilem insanæ adversus Christianos crudelitatis memoriam: contra vero religio Christiana multo latius longiusque dilatata, Dei immortalis beneficio, feliciter succreverit, et ad hunc usque diem floreat, ac, quoad hæc rerum universitas stabit, perpetuis temporibus sit duratura.

VII.

Quod si nunc quæramus, quo anno et die hic ipse Panegyricus Genethliacus a Mamertino sit habitus; tunc generatim quidem liquet, eum fuisse Panegyricum Natalitium, hoc est, in natali utriusque Imperatoris, Diocletiani Jovii et Maximiani Herculii, dictum, et utriusque etiam Imperatoris laudes complecti, quamvis solo Maximiano tunc præsente sit dictus. At in Historia Principum Romanorum fere tria diei natalis genera occurrunt, quos solenni ritu sacros festosque habuerunt. Id quod jam in commentario ad Panegyricum Plinii copiosius exposui. Primus erat natalis Imperatorum proprie dictus, quo primum hujus vitæ lucem aspexerant; et hujus natalis diei solennia κατ' ἐξοχὴν γενέθλια vocari consuevisse, deprehendimus. Alter natalis Imperatorum translate dictus habebatur dicebaturque primus dies principatus, seu imperii

Augustalis. Sic Eumenius in Paneg. Constantini Aug. c. II. primum principatus suscepti diem diserte vocat 'natalem imperii:' 'Quamvis ille,' inquit, 'felicissimus dies proxima religione celebratus imperii tui natalis habeatur; quoniam te isto habitu primus ornavit.' Tertius dies natalis erat dies adoptionis, item Cæsareæ dignitatis; si nempe Principes per adoptionem ad imperium pervenerant, aut titulo secundi fastigii primum Cæsares denominati erant, cum nondum essent Augusti, sed tantum designati hæredes summæ potestatis, et futuri successores imperii. Sic in historia Hadriani Imperatoris, quam Spartianus exposuit, hi tres natales distincte annotantur: primo, natalis vitæ; quia natus erat IX. Kal. Febr. Vespasiano septies et Tito quinquies Coss. deinde natalis adoptionis, V. Iduum Augusti; tertio, natalis imperii, nempe III. Iduum earundem. Similiter tres natales Maximiani notare possumus. Primus fuit natalis vitæ, de quo post; alter natalis dignitatis Cæsareæ, sive imperii Cæsarei, cum XII. Kal. Decembr. anno Christi CCLXXXIV. a Diocletiano assumtus est Cæsar; tertius natalis imperii Augustalis, cum Kalendis Aprilibus an. CCLXXXVI. ab eodem declaratus est Augustus. Hic adeo Panegyricus dictus est in celebritate diei natalis proprie dicti. Ita Mamertinus ipse, statim cap. I. 1. hanc orationem vocat 'gemini natalis prædicationem,' &c. ne putemus, eam pertinuisse ad natalem imperii Cæsarei, aut Augustalis, ipse rursus cap. II. 2. 'dies natales, quibus imperii auspicia sumserint' utrique Imperatores, ab argumento hujus Panegyrici quasi removet, et ad quinquennalia ac decennalia seponit. Sed cave putes, Diocletianum et Maximianum, si non eodem anno, eodem tamen die, revera natos esse: quanquam neutrius dies natalis proprie nobis constet, in quod tempus inciderit. Interim persuasum mihi habeo, solius Maximiani, qui præsens hunc audiebat Panegyricum, natalem verum tunc incidisse. Nam diserte Mamert. cap. II. 1. 'Hic mihi dies,' inquit, 'videtur illustrior, magisque celebrandus, qui te primus protulit in lucem;' quam scilicet ille, quo imperii auspicia sum-

sisti. Quo autem die et mense natalis hic illuxerit, e nullo scriptore adhuc cognitum est; nisi suspicemur, Maximianum, uti originem suam retulit ad Herculem, ita et ipsum natalem vitæ retulisse ad natalem Herculis. Jam autem e celebri Calendario Lambeciano patet, Herculis diem natalem celebrari consuevisse Kalendis Februariis. Ibi enim hæc legimus: KAL. FEBR. N. HERCVLIS. C. M. XXIIII. i.e. *Kalendis Februariis, Natalis Herculis, Circensibus, Missibus XXIV.* Equidem hæc sola probabilis conjectura nostra est, cui tamen non facile antiquioris cujusdam scriptoris auctoritas refragatur; neque videmus, cur alias, inter tot proximorum Imperatorum natales, non etiam natales Diocletiani et Maximiani in isto Kalendario sint ascripti; nisi natalis Diocletiani Jovii ad natalem Jovis, et natalis Maximiani Herculii ad natalem Herculis, referendus videatur. Annum statuo tunc cucurrisse post Christum natum ducentesimum nonagesimum primum; nam omnes res gestæ Diocletiani et Maximiani, quæ in hoc Panegyrico commemorantur, saltem eo usque pertingunt, ac ne quidem complectuntur annum sequentem CCXCII. in quo Galerius Maximianus, et Constantius Chlorus, ab utroque Augusto solenniter adoptati declaratique sunt Cæsares: quorum non potuisset non mentio fieri in hoc Panegyrico, si jam tum Cæsares fuissent. Licet vero eo tempore, quo hic Panegyricus habitus est, unius saltem Imperatoris, nempe Maximiani, incidisset natalis proprie dictus; is tamen in utriusque Imperatoris honorem celebrabatur, et ita festus habebatur, ut simul tanquam natalis etiam alterius Imperatoris, Diocletiani, coleretur, celebrareturque. Hinc dicitur a Mamert. cap. I. 1. 'geminus natalis;' et cap. II. 2. 'gemini vestri natales.' Id autem factum est ad declarandam mutuam utriusque hujus Imperatoris concordiam, quam verbis satis exprimere nesciit orator. 'Quæ ulla unquam,' inquit cap. VI. 3. 'videre sæcula talem in summa potestate concordiam? Qui germani fratresque indiviso patrimonio tam æquabiliter utuntur, quam vos orbe Romano?' § 7. 'Ita duplices vobis divinæ potentiæ fructus pietas vestra largitur, et suo uter-

quo fruitur, et consortis imperio.' Cap. VII. 2. 'Dividere inter vos Dii immortales sua beneficia non possunt. Quicquid alterutri præstatur, amborum est.' § 7. 'Intelligimus, sacratissimi Principes, geminum vobis, quamvis dispares sitis ætatibus, inesse consensum, . . . invicem vestros affectatis annos. Sic ambo estis juniores, ambo seniores.' Constat vero, eosdem hos Imperatores eadem ratione posthæc vicesimalia sua, hoc est, vicesimum annum imperii sui, simul eodemque tempore celebrasse, quamvis non die et anno eodem primum suscepissent imperii insignia. De anno autem, quo hunc Panegyricum habitum esse dixi, consentit etiam Antonius Pagi in Dissert. Hypatica, P. II. n. 8. 'Panegyris illa Mamertini,' inquit, 'dicta videtur anno Christi 191. (291. exprimi debuit,) post utraque (nempe Cæsarea et Augustalia) ab eodem Herculio quinquennalia celebrata; cum dicat Orator, se orationem, quam composuerat, ejus decennalibus reservare; in eaque nullam de Constantio Chloro et Galerio Maximiano, qui anno 292. Cæsares nuncupati sunt, mentionem faciat.' Magna vero erat ejusmodi natalium, quinquennalium, et decennalium, celebritas; cui diem dicatum, sacrificiis, votis, ludis, et omni genere publicæ lætitiæ ac gratulationis, populus militesque transigebant laureati, et, quod Tertullianus, de Corona, cap. 35. testatur, focos et choros educebant in publicum, vicatim epulabantur, laureis ornabant postes, lucernis diem infringebant, et, quicquid poterant, honoribus Imperatorum impendebant, ac, si adessent oratores facundi, hi omnia bona dicebant, imperatorumque res gestas laudibus evehebant. Etsi vero nullum evidens indicium ex hoc ipso Panegyrico elucet, quo in loco sit recitatus; id tamen certum est, eum extra urbem Romam fuisse habitum. Immo facile subscribo Sigonio, Brouwero, et aliis, tradentibus, recitatum esse Treveris, ubi tunc commorari consueverat Maximianus. Treverorum civitas jam ab Augusto, anno ante Christum natum duodecimo, facta erat colonia Romanorum. In Notitia utriusque Imperii dicitur 'Provinciæ Belgicæ primæ Metropolis, civitas Treverorum.' Salvi-

ano, in libro de providentia, appellatur 'Treverorum urbs excellentissima, summa urbs Gallorum.' Hæc urbs, quasi æmula Romæ, superbiebat Palatio, Capitolio, Amphitheatro, Circo Maximo, et aliis splendidis ædificiis. Instructa erat armorum et monetarum officinis; unde et ibi frequentius effossæ sunt monetæ, cumprimis Diocletiani et Maximiani, quæ modo literis TR. modo S. T. modo P. TR. insignitæ sunt, i. e. 'Treveris,' 'Signatæ Treveris,' 'Percussæ Treveris.' Sic Treveris erat illis temporibus quasi domicilium imperii Gallicani, et castrum ad cohibendas Germanorum invasiones. Ibi, uti jam fere ante biennium Maximianus celebraverat, XXI. Aprilis, diem natalem urbis Romæ, et Mamertinus priorem dixerat Panegyricum; ita nunc ibidem in gemino natali utriusque Imperatoris, fortasse Kalendis Februariis, anno Christi CCXCI. in augusto cohortis Palatinæ, Treverensiumque magistratuum, consessu, facunda oratione veneratus est Maximianum Augustum, tunc præsentem.

VIII.

Nunc convertimur ad ipsum Mamertini Panegyricum, hujus brevem Synopsin præmissuri. In exordio, cap. I. et II. rationem affert Panegyristes, cur oratione celebret geminum natalem utriusque Imperatoris, Diocletiani et Maximiani: nempe quia omnes alii etiam conentur his debitum exsolvere; et ut compenset orationem, quam in quinquennalibus habere non potuerit; et denique, quia illustriorem existimet diem natalem vitæ, quam imperii Imperatorum. In tractatione, cap. III. generatim præmittit laudes utriusque Imperatoris, prædicatque, illos nunquam otio acquiescere: quia imitentur exempla Deorum, auctorum generis sui, nempe Jovis et Herculis, semper aliquid agentium, et agendum curantium; ac quoniam a primis annis ad infatigabilem consuetudinem laboris nati institutique sint. Deinde, cap. IV. et V. per præteritionem, laudat varias ipsorum expeditiones, res bello gestas, et victorias relatas. Deinde, sigillatim sibi

prædicandas sumit et pietatem et felicitatem utriusque Imperatoris. Ac quidem cap. VI. 1. 2. commendat utriusque pietatem erga Deos; tum laudibus evehit mutuam pietatem, qua ipsi se invicem coluerint hi Imperatores. Hanc probat, cap. VI. 3. 4. 5. 6. 7. 1. ex mirifica concordia in possidendo et regendo orbis Romani imperio. 2. cap. VII. 1. 2. 3. 4. ex communione et participatione laurearum, i. e. victoriarum et triumphorum de hostibus relatorum. 3. cap. VII. 5. 6. 7. ex mutua gloriæ æmulatione, etiam in diversa stirpe, et dissimili ætate. 4. cap. VIII. seqq. e conventu Mediolanensi; cum nulla itineris tempestatisque molestia detineri potuerint, quo minus pervolarint Mediolanum ad colloquium amicum, de republica in commune consultaturi. Hujus adeo itineris describit, 1. cap. VIII. celeritatem. 2. cap. IX. 1. 2. 3. temporis hyberni et Alpium transeundarum asperitatem. 3. cap. IX. 4. 5. et cap. X. 1. 2. 3. comparationem cum itinere Hannibalis per Alpes. 4. cap. X. 4. 5. 6. eventum, et lætitiam publicam inde excitatam. 5. cap. XI. venerationem præsentium Imperatorum, itemque, cap. XII. 1. 2. desiderium civium Romanorum coram venerandi Imperatores. et 6. cap. XII. 3. 4. 5. reditum Imperatorum ad exercitum. II. cap. XIII. prædicat Mamertinus felicitatem utriusque Imperatoris: 1. cap. XIII. et XIV. quod libere et securi se invicem conspicere et complecti possint. 2. cap. XV. quod salus reipublicæ, et salubritas temporum, fertilitasque terrarum, sit restituta. 3. cap. XVI. XVII. XVIII. quod barbaræ nationes ipsæ se conterant, et bella civilia ad has sint translata, omnesque hostes quiescant. In epilogo, cap. XIX. Orator primo rationem reddit, quod in hac oratione potissimum de pietate et felicitate utriusque Imperatoris disseruit; deinde maritimam victoriam utrique auguratur. His adeo præmissis, jam ipsum contextum hujus Panegyrici Genethliaci recensebo, et, ubi dabitur occasio, observationibus quibusdam illustrare conabor, iisdem subsidiis, quæ sub initium observationum ad priorem Mamertini orationem recensui, usurus.

DE AUCTORE

HUJUS PANEGYRICI,

ET QUO TEMPORE, QUOQUE LOCO SIT HABITUS.

[Ex Ed. Delph.]

HUJUS et præcedentis Panegyrici auctorem esse Mamertinum putat Sigonius; certe utramque hanc orationem ejusdem oratoris esse jam ostendi. Quanquam in veteribus codicibus abest Mamertini nomen. Ferme autem omnes habent, *P. ejusdem Genethliacus Maximiani A. et Diocletiani.* Dictus est autem, opinor, Treveris, coram Maximiano: quo vero die incertum. Certe nec in quinquennalibus neque in decennalibus, ut auctor initio profitetur, sed tempore inter utrumque interjecto, anno 292. cum Constantius classem adversus Carausium in oceanum immitteret; nam cap. XIX. navalia tropæa Imperatoribus precatur. Hic natalis utriusque Imperatoris dicitur, non quo ad imperium pervenit, sed quo in lucem exiit.

CLAUDII MAMERTINI
PANEGYRICUS GENETHLIACUS
MAXIMIANO AUGUSTO DICTUS.

SYNOPSIS PANEGYRICI.

In Exordio rationem affert cur Genethliacum utriusque imperatoris celebret, nempe quod orationem cum Maximiani quinquennalibus, prout voverat habere non potuisset, hanc religione debiti repræsentare teneatur, et utriusque imperatoris natalem diem celebrando, quasi aliquo fœnore eos compensare, qui orationem a se expectabant: tum quia illustrior ei videtur dies, qui imperatores in lucem protulit, quam dies, quo imperii auspicia sumserunt. Hic celeritatem laudat qua Dei sui, id est, alter Jovis, alter Herculis exemplo provincias dissitas momento perlustrant, cap. II. per prætermissionem varias utriusque victorias perstringit, cap. V.

Distributio: I. Imperatorum pietas. II. Eorundem felicitas.

I. Pars. Pietas in Deos, adversus se invicem, eo mirabilior quod dividendum haberent totum terrarum orbem, cap. VI. Quod uterque ejusdem gloriæ velut æmuli, quod ad summum honoris verticem eadem via tenderent, quod et diversæ stirpis et dissimilis ætatis forent, cap. VII. Hinc factum esse ait, ut Diocletianus ex Oriente, Maximianus e Germania hyemis tempore per Alpes nivibus opertas Mediolanum ad mutuum colloquium advolarint, cap. VIII. Hanc celeritatem confert cum celeritate Hannibalis in Italiam properantis: cum eo tamen discrimine, quod Hannibalis adventus plenus esset terroris, alter vero salutaris jucundusque omnibus, cap. IX. Triumphalis imperatorum reditus describitur, cap. XIII.

II. Pars. Transit ad utriusque imperatoris felicitatem quam in eo præsertim positam ait: I. Ut ex quacunque orbis parte ad visendum inter se coire possit absque turbarum metu, cap. XIV. II. In aëria salubritate, in agrorum ubertate per imperatores restituta, cap. XV. III. In securitate a barbaris gentibus, quæ interim mutuis sese cladibus affligerent, cap. XVI. quos successus imperatorum pietatis ait fructum esse, cap. XVIII.

In fine rationem affert cur ex infinitis imperatorum virtutibus has duas potissimum elegerit, quas Genethliaca illa oratione commendaret: 'Quia,' inquit, 'ceteræ virtutes, ut fortitudo, continentia, justitia, sapientia, processu ætatis eveniunt: solæ cum nascentibus pariter oriuntur pietas, felicitasque.' Concludit eadem sententia qua inceperat, felicitatem illam et pietatem acceptam referri oportere ipsorum natalibus. Ad ultimum navalem victoriam ambobus apprecatur, qua digna est utriusque pietas, quam præstare potest felicitas, cap. XIX.

CAP. I. 1. OMNES quidem homines, sacratissime Imperator, qui majestati vestræ laudes canunt, et gratias agunt, debitum vobis conantur exsolvere: quis enim est qui posset implere? sentio tamen, a me præcipue hoc piæ vocis officium jure quodam sacrosancti fœnoris postulari, ut expectationem sermonis ejus, quem tuis quinquennalibus [a] præparaveram, hac gemini natalis [b] prædicatione com-

Hujus Paneg. Titulus sic legitur in codd. *P. ejusdem Genethliacus Maximiani A. et Diocletiani.* Vid. Nott. Varr.

CAP. I. 1 'Variat hæc compellatio in scriptis excusisque libris. Puteolanus, B. Rhenanus, Navius, H. Stephanus, Rivinus habent, *sacer imperator.* Ceteri edidere, *sacratissime Imperator;* prout etiam in meo codice legitur. Alter liber Gudianus ex alio quodam codice Ms. annotatum prodit, *sacratissimi Imperatores.* Quæ compellatio magis convenire videatur cum proximis verbis, *Omnes quidem homines, sacratissimi Imperatores, qui majestati vestræ laudes canunt, &c.* Sed nihil mutandum.' *Schwarz.* Pith. ap. Putean. *sacratissimi Imperatores;* sic quoque Exc. Voss. *laudem canunt* codd. Schwarz. et Guelph. *laudent canunt* Exc. Voss. 'Alias in omnibus excusis libris legebatur, *sentio tamen, a me hoc præcipue tempore hoc piæ vocis officium, &c.* Sed voces, *hoc tempore,* in meo codice non leguntur; abesse etiam ab aliis codicibus, annotatum est in utroque libro Gudiano. Et bene abesse possunt; immo, nisi fallor, abesse

NOTÆ

[a] *Tuis quinquennalibus*] Quinquennalium, decennalium, vicennalium et tricennalium institutio ab Augusto manavit; de quo ita Dio lib. LIII. A. U. C. 737. Augustus orationem habuit in senatu, qua se imperium abdicare velle præ se tulit, sed reclamantibus universis imperium retinere videlicet coactus, ordinatis distributisque provinciis, potestatem reip. constituendæ in decennium suscepit, professus se, si provincias pacare citius posset, imperio cessurum. Decennio confecto, quinquennium aliud decretum est, quo evoluto aliud quinquennium, post decennium, inde aliud decennium ejusdem decreto senatus accessit. Adeo ut totum imperii tempus per quinquennia et decennia conficeretur. Quam ob causam inquit, posteriores quoque imperatores, etsi non ad certum tempus, sed in omnem vitam constituerentur, per decennia solennes dies agebant, tanquam imperii novum initium caperent, quod usque hodie fieri consuevit. Ita refert ex Dione Petavius de Doct. Temp. II. 39.

[b] *Gemini natalis*] In actis Marcelli centurionis sub Diocletiano et Maxi-

pensem, et dicendi munus, quod tunc voti promissione susceperam, nunc religione debiti repræsentem. 2. Voveram autem, sacratissime Imperator, longe infra spem honoris ejus, quem in me contulistis,[c] (unde enim vel tantam fiduciam mei gererem, vel tam improbe concupiscerem, ut optare[d] mihi, quantum judicio vestro sum consecutus, auderem?) voveram, inquam, potissimum, ut me dignatione, qua pridem audieras, rursus audires: siquidem apud tanti præsentiam numinis hoc ipsum mihi maximum dicenti videbatur, ut dicerem. 3. Gaudeo igitur, si fas est confiteri, dilatam esse illam cupiditatem meam. Neque enim orationis ejus, quam composueram, facio jacturam, sed eam reservo, ut, quinquennio rursus exacto, decennalibus[e] tuis

debent. Supervacaneæ enim sunt; quia tempus jam in eodem verborum ambitu designatur his verbis, *hac gemini natalis prædicatione.* Deinde repetitio pronominis *hoc*, auribus accidit ingratissima, cum mox sequatur, *hoc piæ vocis officium.* Hæc lectio confirmatur ceterorum librorum, scriptorum pariter atque impressorum, consensu; nisi quod in solo codice meo legam, *hoc pietatis officium*, non male quidem; attamen nihil ideo est innovandum.' *Schwarz.* 'Assentior Schwarzio, quem secutus est Jægerus; servant tamen Exc. Voss. transpositione facta, *præcipue hoc tempore.*' Arntz. Codd. Schwarzii, Gud. Guelph. *quod voti*, omissa voce *tunc.* Guelph. et Exc. Voss. omittunt *susceperam.*—2 *Noveram* Puteol. 1476. Rhenan. Nav. H. et P. Steph. Livin. et Rivin. 1. *Voveram* codd. Schwarz. Exc. Langii, Cuspin. et edd. recentt. Pro *autem*, Exc. Schonhov. *inquam.* Pro *contulistis*, Livin. conj. *contulisti*, quod recepit Patarol. Mox, cod. Schwarz. et antiq. quædam edd. *ut optarem;* Exc. Voss. Guelph. Rhenan. H. Steph. Navius, Baun. Cellar. Patarol. et recentt. *ut optare mihi.* Exc. Lang. Cuspin. &c. *Voveram;* al. ut supra *Noveram.* Denique, edd. vett. *mihi maximum dicendi præmium videbatur, ut dicerem.* Codd. Schwarzii, alter Gud. et Exc. Voss. *mihi m. dicenti videbatur, &c.* quam lectionem recepit Arntz. *dicenti* etiam Vet. Livin. et Bertin. *quod dicerem* mallet Livin.—3 Exc. Voss. et Guelph. *omnes ejus, quam composueram.* Edd. vett. *faciam jacturam;* Vet. Bertin. codd. Schwarz. uterque Gud. Exc. Voss. Grut. Putean. Baun. Cellar. Patarol. et recentt. *facio jacturam.* Guelph. et Exc. Voss. *sed reservo eam.*

NOTÆ

miano passi apud Surium 31. Octob. relatis, natalis dies imperatoris ad XII. Kal. Augusti refertur: unde labuntur aliqui ut putent hanc orationem illo ipso die dictam esse. Verum quis scit an non de natali imperii acta illa intelligenda sint, non de die ortus Maximiani? Præterea dubium esse potest, utrum de natali die Diocletiani, an Maximiani id accipiendum sit. Quare levi admodum argumento nituntur.

[c] *Contulistis*] Forte *contulisti*, ut suspicatur Livineius.

[d] *Optare*] Frobenianam editionem sequor: in Puteana enim est *optarem:* male meo quidem judicio.

[e] *Decennalibus*] Vide supra notam primam.

dicam, quoniam quidem lustris omnibus prædicandis communis oratio est.

CAP. II. 1. Et profecto, si non sensus meos dicatorum vobis dierum proxima quæque veneratio sui majestate perstringit,[a] hic mihi dies videtur illustrior magisque celebrandus, qui te primus protulit in lucem. 2. Etenim illi ipsi dies, quibus imperii auspicia sumsistis, ob hoc sancti sunt et religiosi, quod tales declaraverunt Imperatores: at certe virtutes, quibus ipsum ornatis imperium, gemini vestri procreavere[f] natales. 3. Quos quidem, sacratissime Imperator,[g] quoties annis volventibus revertuntur, vestri pariter ac

[a] *Si non percellit animum meum majestas et pompa eorum dierum, qui proxime vobis consecrati sunt cum imperii auspicia sumsistis.*

CAP. II. 1 Bertin. *perstrinxit;* Livin. conj. *præstrinxit;* Gruterus, *præstinguit,* vel *præstingit;* cod. Schwarz. *perstingit.* Vide Nott. Varr. Mox, *dies* deest in Guelph. et Exc. Voss.—2 Puteol. 1476. et al. edd. antiq. *ob hæc;* Vet. Putean. Vet. Bertin. Cuspin. Guelph. et Exc. Voss. *ob hoc.* Guelph. *ac religiosi.* Cod. Schwarzii et Gud. 1. *declaraverint;* ita quoque Vet. Livin. *virtutes eas* Bertin. 'Olim corrupte legebatur, *et certe.* In libro Gudiano secundo, *ac certe.* Acidalius primus animadvertit, legendum esse, *at certe.* Etiam Gruterus, in notis, 'Annon potius fuerit, *at certe?*' Neque tamen hic recepit hanc emendationem in contextum. Recepit vero primus Baunius, deinde Cellarius et Patarol.; nostro judicio rectissime.' *Schwarz.* '*Gemini*] Hunc locum inquinaverat non leve mendum, dum in excusis libris Puteolani, Rhenani, Navii, Stephanorum, Livineii, et Rivini, sic evulgatus est, *virtutes, quibus ipsum ornatis imperium et ingenium, vestri procreavere natales.* Cuspinianus pro *et ingenium,* ediderat *genuini;* quæ lectio etiam in altero Gudii libro animadvertitur. Et sane hæc lectio haudquaquam est spernenda. Prope erat, immo proxime, ut non solum pro antiquorum librorum lectione *et ingenium,* sed etiam pro recentiorum emendatione, *gemini,* ex Cuspiniano, et ex altero Gudii libro asciverim *genuini;* nisi et in meo codice scriptum invenissem *gemini;* ac nisi etiam Livineius testificatus esset, in Bertiniensi codice idem, *gemini,* explicate haberi: quamvis non negem, vocabulum *genuini* a librariis facillime in *gemini* converti potuisse, ac versa vice. Primus autem evulgavit Gruterus illud *gemini;* quem Puteanus, Baunius, Cellarius, et Patarol. sunt secuti.' *Idem.*—3 Guelph. *sacratissimi Imperatores,* ut conj. Baun. *sacer Imperator* Puteol. 1476. et Rhenan.—

NOTÆ

[f] *Gemini vestri procreavere*] Supra cap. I. "ut expectationem sermonis ejus, quem tuis quinquennalibus præparaveram, hac gemini (utriusque imperatoris) natalis prædicatione compensem.' Præfert diem quo nati sunt, ei diei quo evecti sunt ad imperium. Hic enim dies eos declaravit imperatores, ille dignos fecit imperio. Initio vero periodi forte legendum, ut Acidalio et Grutero placet, *at certe* pro *et certe.*

[g] *Sacratissime Imperator*] Lege *sacratissimi Imperatores,* ut illud ad Diocletianum et Maximianum referatur.

vestrorum numinum[h] reverentia colimus: 4. siquidem vos Diis esse genitos, et nominibus quidem vestris, sed multo magis virtutibus, approbatis,[b] quarum infatigabiles motus et impetus ipsa vis divinitatis exercet, quæ vos tantis discursibus toto, quem regitis, orbe deducit,[c][i] ut nos, semper[j] anxios vestri caritate, nuper ad libertatem piæ conquestionis impulerit, cum itinera vestra, ipsis hybernis diebus,

[b] *Comprobatis.*
[c] *Quæ vos agit ad excurrendum in universum orbem, quem temperatis.*

4 Edd. vett. *et numinibus;* Putean. et Patarol. *et nominibus;* ita quoque uterque Gud. cum edd. Schwarz. et Jæger. Paulo post, edd. vett. *semper auxilii vestri caritate nuper ad l. p. constitutionis impleverit.* 'Nos primum hunc locum integritati suæ restitutam repræsentamus. Alter Gudii liber nobis saniorem ex codice Ms. ostendit lectionem, dum pro vulgato nomine *auxilii*, annotatum refert *anxios*. Valentinus Acidalius hunc locum in notis suis sanare conatus erat; sed vide, quam invita Minerva! *Ut nos sempiterna illa vestri caritas nuper ad laborem piæ consecutionis impulerit.* Neque parum se torsit Gruterus in hoc loco emendando; quamvis nonnihil de voce *anxii* divinaverit. 'Nihil hic intelligo,' inquit de vulgata lectione. 'Forte fuit, *super auxilii vestri caritate.* Sed quid et illud sibi velit, nescio: an conjicere licet, *sempiterna vestra caritate;* aut adeo, *semper anxii vestri caritate, &c.* ut vox, *impleverit*, mutanda veniat in aliud.'' *Schwarz.* Livin. item conj. *anxios.* Schwarzium in hac lect. secutus est Jæger. 'Pro voce *conquestionis*, irrepserat *constitutionis;* et verbum *impulerit* conversum erat in *impleverit*, ut nescires, quid Mamertinus sibi voluerit. Acidalius suaserat, ut reponeretur *consecutionis.* Livineius in suo pariter vetere ac Bertiniensi codice invenerat *conquestionis*, notaveratque in ora libri sui; nec tamen in hac voce veram agnoverat lectionem. Agnovit tandèm Gruterus, eamque in contextum recepit, ejecto *constitutionis* vocabulo, quod eo usque omnia invaserat horum Panegyricorum exemplaria: cum alterum illud se tueretur auctoritate duarum membranarum. Nunc vero accedit et mei codicis, et utriusque libri Gudiani, suffragium; eandemque lectionem jam admiserunt Puteanus, Baunius, Cellarius, Patarol. Sed etiam verbum *impulerit* exulaverat ex plurimis libris, permutato verbo *impleverit;* quod hic locum habere nequit. Licet vero jam Rhenanus, in margine editionis suæ, et Livineius, ex conjectura scripsissent, forte legendum *impulerit;* præter ceteros tamen, Gruterus etiam, Puteanus, Baunius, et Cellarius retinuere *impleverit.* Solus Patarol. excudi jussit *impulerit.* Gruterus quidem in notis: 'Maluissem,' inquit, '*impulerit*, si ulla aura libri scripti exorta fuisset, audaciæ nostræ velo deducendo.' Sed, ecce, jam adspirat larga aura velo Gruteriano ex codice meo, ubi evidenter scriptum est *impulerit;* accedit et consensus aliorum codicum Mss. quos consuluit Gudius, in utroque libro suo.' *Schwarz.* Jægerus quoque dedit, *conquestionis impulerit*, et confirmant Exc. Voss. Tres codd. Gudii, duo Livin. unus Schwarzii, et Exc. Voss. *ipsis hibernis hostilis diebus;* unde Livin. conj. *ipsis h. solstitii die-*

NOTÆ

[h] *Vestrorum numinum*] Id est, Jovis et Herculis.

[i] *Deducit*] Hoc sensu id verbi usurpatum est Panegyrico proxime præcedenti cap. II. 'Quæ te castra dominum habitura susceperint, quæ bella deduxerint.'

[j] *Ut nos semper anxios* [*auxilii*] Hic

per vicina illa cœlo Alpium juga, quibus Italiam natura vallavit, perque illa saxa, et duriorem saxis nivium densitatem, desiderio vestri et amore sequeremur, et virtus vestra[k] non sentiret, pati nos putaremus injuriam.

CAP. III. 1. Reddidimus[l] tamen rationem solicitudini nostræ,[m] et inspecta penitus veritate, cognovimus, quæ causa faciat, ut nunquam otio acquiescere velitis. 2. Profecto enim non patitur hoc cœlestis ille vestri generis conditor. Nam primum omnium, quicquid immortale est,[n] stare nescit; sempiternoque motu se servat[o] æternitas. 3.

bus; Schwarz. *ipsis hiberni hospitii diebus.* Vid. Nott. Varr. et Syllog. Epist. tom. I. p. 639. *Alpium juga* delent Exc. Voss. Edd. vett. *et virtus vestra . . . nos, &c.* Rhenan. conj. *et si virtus;* Putean. *etsi vestra virtus . . . vos, &c.* Livin. *et quam, &c.* Acidal. *et licet virtus vestra . . . vos putaremus injuria, reddimus t. r. solicitudinis nostræ, &c.* Patarol. inserenda putat vox *licet;* seu postea legendum, *dum pati vos.* Schwarz. conj. *quod si virtus vestra non sentiret, &c.* Rhenani conj. in textum receperunt Schwarz. et Jæger. Vet. Livin. *vos.* Exc. Voss. *sentit.*

CAP. III. 1 *Reddimus* edd. vett. *Reddidimus* unus Gud. ut conj. Livin. et edidit Patarol. *tam orationem* Exc. Voss. *solicitudinis vestræ* edd. vett. *solicitudini* Vet. Bertin. Exc. Voss. codd. Schwarz. et Gud. nostræ Cellar. Schwarz. et Jæger. *vestræ* Exc. Voss.—2 *Profecto non* Navius, Livin. Baun. *Profecto enim non* Guelph. Exc. Vossian. ed. antiquissimæ, Cuspin. Rhenan. Schwarz. et Jæger. Paulo post, Acidalius conj. *motu se versat æternitas.*—

NOTÆ

locus mirifice vexavit eruditos: supersedeo varias ejus lectiones referre, quæ plus obscuritatis, quam lucis afferunt. Igitur vulgarem scripturam retineo, sensusque erit: Ita vis divinitatis vestræ vos egit in varias orbis partes, ut nobis amantissime suppeditarit semper auxilium vestrum. Sic ut nuper etiam pie conqueri nobis fas esse putaremus, cum, &c.

[k] *Et virtus vestra*] Lege cum Acidalio, *Et licet virtus vestra, &c.* vel cum alio, *Et quam virtus vestra, &c.* Mox pro *nos*, restitue *vos*, juxta veterem codicem. Jam vero sensus est: Quamvis pro virtute vestra id vobis grave ac laboriosum non videretur, re ipsa tamen grave et laboriosum putabamus.

[l] *Reddidimus*] Ita emendant multi pro *reddimus;* itaque sensus poscere videtur.

[m] *Solicitudini nostræ* [*solicitudinis vestræ*] Alii malunt *nostræ:* utrumvis elige. Vel *nostræ* de vobis solicitudinis, vel *vestræ* de nobis.

[n] *Quicquid immortale est*] Tale illud Pan. VII. 22. 'Quisnam est tam continuus ardor? quæ divinitas perpetuo vigens motu?' &c. Tale illud Pacati in Theodosium cap. X. 'Gaudent profecto divina perpetuo motu, et jugi agitatione se vegetat æternitas,' &c.

[o] *Servat*] An *versat?* ut suspicatur Acidalius.

Deinde præcipue vestri illi parentes,[p] qui vobis et nomina et imperia tribuerunt, perpetuis maximorum operum actionibus occupantur. 4. Ille siquidem Diocletiani auctor Deus, præter depulsos quondam cœli possessione Titanas,[q] et mox biformium[r] bella monstrorum, perpeti cura quamvis compositum gubernat imperium, atque hanc tantam molem infatigabili manu volvit, omniumque[s] rerum ordines ac vices pervigil servat. 5. Neque enim tunc tantummodo commovetur, cum tonitrua incutit, et fulmina jacit; sed etiam, si tumultuantia elementorum officia pacavit, nihilominus tamen et fata disponit, et ipsas, quæ tacitæ labuntur, auras placido sinu fundit, et in adversa nitentem impetu cœli rapit solem.[4] 6. Itidem, Maximiane, Her-

[4] *Et fulgentem solem cum celeritate abripit in adversam cœli partem.*

3 Gud. 1. *qui vobis omina;* Exc. Voss. *qui vobis nomina.*—4 *Titanes* Livin. Nav. Paul. Steph. et al. vett. *Titanas* Exc. Voss. alii codd. et impressi post Grut. *deformium* edd. vett. ante Grut. *biformium* Exc. Schonhov. Vet. Livin. Grut. et quæ deinceps secutæ edd. *biformia* cod. Schwarzii, Vet. Putean. et Exc. Voss. *præpeti cura* Rhenan. Nav. Livin. P. et H. Steph. et Rivin. *perpeti cura* Exc. Schonhov. Exc. Langii, Puteol. 1476. Rhenan. Vet. Putean. Bertin. Cuspin. Paris. 1643. Baun. et recentt. *omnium quoque* Exc. Vossian. Puteol. 1476. Cuspin. Rhenan. Navius, Livin. H. et P. Stephan. Patarol. et Rivin. *omniumque* Vet. Putean. cod. Schwarz. et edd. recentt. *ordinem* Exc. Voss. cod. Schwarz. et Gud. 2.—5 ' Possis etiam legere, *sed etiamsi*, sicut in nonnullis libris scriptum editumque est.' *Schwarz.* Verba, *et fata disponit*, desunt in omnibus edd. ante Schwarz. extant. in codd. Bertin. Vet. Putean. Guelph. et Exc. Voss. Codex Schwarzii exhibet, *et facta disponit.* Livin. conj. *elem. o. pacavit, et fata disposuit, nihilominus tamen et ipsas, &c.* Mox, Rhenan. H. Steph. et Patarol. *quæ tacite.* Vulgg. *cœli nitentem impetu;* Vet. Livin. codd. Schwarzii, et Exc. Voss. *nitentem impetu cœli;* quam lectionem recepit Arntzenius.—6 ' Quidam libri post *itidem*, ponunt *quoque;* alii simpliciter *que.* Nobis præcipue placet, quod utraque hæc particula, cum in nostro codice, tum in utroque libro Gudiano, prorsus omissa est: quanquam et particulam *que* facilius, quam *quoque*, ferremus.' *Schwarz.* *Itidemque* Vet. Bertin. ap. Livin. ' Illud *quoque* debetur librariis, eo more peccantibus, de quo dixi ad Paneg. cap. 1. p. 5. et hoc cap. n. 4. Vossii Excerpta, *Itidem Maximianus.*'

NOTÆ

[p] *Vestri illi parentes*] Jupiter et Hercules.

[q] *Titanas*] Verum Titanum aut gigantum adversus deos bella cui non nota?

[r] *Biformium*] Gigantum, qui biformes propterea dicuntur, quod duplex iis forma: atque ut ait Macrob. Saturn. lib. I. cap. 20. pube tenus homines essent, cetera serpentes. Sunt qui pro *biformium*, legunt *deformium*, id est, monstrorum deformi magnitudine. At Pan. II. n.4. 'An non illud malum simile monstrorum biformium?'

[s] *Omniumque*] Pro *omnium quoque*, juxta veterem codicem.

cules, tuus auctor, qui, dum inter homines erat, terras omnes et nemora pacavit,[t] urbes dominis crudelibus[u] liberavit, etiam cœlo dirarum alitum[v] volucria tela detraxit, etiam terrores inferum, abducto custode,[w] compescuit: exinde certe nihilominus post adoptionem[x] cœlitum, Juventæque connubium, perpetuus est virtutis assertor, omnibusque fortium virorum laboribus favet, in omni certamine conatus adjuvat justiores. 7. His quidem certe diebus, quibus immortalitatis origo[y] celebratur, instigat, ut videmus, illos sacris certaminibus accitos,[z] ut pertinaci animositate cer-

Arntz. 'Satis incommode antehac in omnibus excusis libris legebatur, *Hercules tuus, mitto quod, cum inter homines erat, &c.* Lectio, quam nunc primi evulgamus, mire nobis arridet; quæ non solum in utroque libro Gudiano ex antiquis codicibus annotata legitur; sed etiam a nostro codice diserte confirmatur. Ita vero hæc verba bene concinunt superioribus, ubi de Diocletiano sermo erat: 'Ille siquidem Diocletiani auctor Deus,' &c. Neque nunc aliquid per præteritionem omittere, sed potius utrumque exprimere voluisse videtur Mamertinus, quid, cum in terris adhuc versaretur, Hercules, et cum inter cœlites receptus esset, egerit. Mira autem hæc corruptela est, qua pro verbis, *auctor, qui,* reposita sunt *mitto, quod;* ita, ut, si absque præsidio codicum Mss. fuisset, vix ulla critices regula hæc emendatio indagari potuisset.' *Schwarz.* Exc. Voss. *auctor qui.* Eodem modo, omisso tamen *qui,* hunc locum emaculavit Sirmondus ad Sidon. Carm. v. 354. *dum inter* codd. Livin. et Bertin. *cum inter* vulgg. Mox, Arntz. cui τὸ *nemora* vitiosum videtur, conj. *terras omnes et æquora;* Sirmondus ad Sidon. l. l. citat, *terras omnes et monstra;* Vir Clariss. Biblioth. Crit. tom. II. part. 1. p. 25. emendat, *terras omnes et maria.* Exc. Schonhov. *et jam cœlo.* Edd. ante Cuspin. *volucratilia detraxit.* Vet. Put. Bertin. cod. Gruteri, cod. Schwarzii, et Guelph. item edd. Puteol. 1476. *volucra tela detraxit.* Exc. Lang. Exc. Schonhov. Exc. Voss. cum edd. Cuspin. Grut. et recentt. Exc. Voss. omittunt *etiam* ante *terrores.* Edd. ante Livin. *compescuit. Exinde, &c.* Edd. vett. et Rivin. *Juventæ connubium;* Guelph. Exc. Voss. Exc. Lang. Bertin. Vet. Putean. Cuspin. Grut. et recentt. *Juventæque.* Puteol. 1476. Rhenan. Navius, H. Steph. et Livin. *omniumque;* Vet. Bertin. Exc. Voss. codd. Schwarz. Cuspin. et recentt. *omnibusque.* Denique, *et in omni* conj. Livin.—7 Rivin. 1. *instigat et videmus.* Edd. ante Schwarz. *illos a sacris.* Vide Nott. Varr. Pro *certandi* Guelph. et

NOTÆ

[t] *Nemora pacavit*] Domitis monstris.

[u] *Dominis crudelibus*] Diomede, Busiride, Geryone, &c.

[v] *Dirarum alitum*] Stymphalidum, a Stymphalo Arcadiæ fluvio, cujus ripas insidebant. Dicuntur autem iis fuisse *tela volucria,* quod eorum pennæ, instar jaculorum essent emissitiæ.

[w] *Abducto custode*] Cerbero, quem vinctum traxit ad terras.

[x] *Post adoptionem*] De Herculis apotheosi habet Ovid. Met. IX. 240.

[y] *Immortalitatis origo*] Id est, natales vestri, quibus eas virtutes debetis, quæ vobis immortalitatem pepererе.

[z] *Sacris certaminibus accitos*] Id est, Hercules ad solennitatem tuorum

tandi multa faciant ipsius similia Victoris. 8. Adeo, sacratissime Imperator, utraque vestra numina semper aliquid agunt, agendumque curant, ut jam nobis illa, quam pro vobis susceperamus, cura ponenda sit: cum non laborare vos, sed parentes Deos videamus imitari: cumque præterea ingenitum illum vobis divinæ mentis ardorem etiam earum, quæ primæ vos suscepere, regionum alacritas excitarit. 9. Non enim in otiosa[a] aliqua, deliciisque corrupta parte terrarum nati institutique estis, sed in his provinciis, quas ad infatigabilem consuetudinem laboris atque patientiæ, fractus licet oppositus hostis, armis tamen semper instructus limes exercet, in quibus omnis vita militia est, quarum etiam fœminæ ceterarum gentium viris fortiores sunt.

CAP. IV. 1. Ex istis ergo causis stirpis vestræ, patriorumque institutorum, illa veniunt, quæ sæpe miramur, interdum etiam, pro amoris impatientia, timebamus, quod expeditiones vestras numerare non possumus; quod diutius in iisdem manere vestigiis dedignamini; quod vos a continuo rerum cursu gerendarum non modo amœnitas locorum,[b] aut nobilitas urbium, sed ne ipsa quidem victori-

Exc. Voss. habent *artandi.*—8 *Ad eos, Imperator* Guelph. *Adeo sacer Imperator* edd. antiq. Edd. ante Arntz. *aliquid agunt, agendumve;* Guelph. et Exc. Voss. *aliud agunt, agendumque.* Paulo post, Cuspin. *religionum* pro *regionum.*—9 Guelph. *sed in iis provinciis.* Edd. vett. *fractus oppositus hostis.* Vet. Livin. *fracto;* unde ille conj. *fracto licet opposito hoste, &c.* Acidal. suadet, *fractis licet oppositis hostibus armis, &c.* Schwarz. *fracto licet oppositus hosti, a. t. s. i. miles exercet;* et sic edidit Jæger. Pro *limes*, quod servant Bertin. Vet. Livin. Guelph. Exc. Voss. *miles* exhibent etiam Puteol. 1476. Cuspin. Rhenan. Navius, Steph. et Livin.

CAP. IV. 1 Codd. Schwarzii, Gud. 1. et Exc. Voss. *illa eveniunt.* Acidal. conj. *timemus: quod, &c.* Hæc verba, *quod exp. v. n. n. possumus*, in Schwarzii et Jægeri editionibus omiserunt typographi. Vet. Puteani, *possimus;* unde ille conj. *possemus.* Vet. Put. et Exc. Voss. *cursu rerum.* Guelph. et Exc. Voss. *vobis a continuo, &c.* Ed. Jægeri, *vos continuo, &c.* Editiones ante Grut.

NOTÆ

natalium celebrandam instigat, quos ad id ex omnibus Græciæ partibus accersimus.

[a] *Non enim in otiosa*] De Dalmatia, Diocletiani, et Pannonia, Maximiani patria, supra dictum.

[b] *Non modo amœnitas locorum*] Respexit ad illud Tullii pro Lege Manilia cap. 40. 'Non avaritia ab instituto cursu ad prædam aliquam revocavit;

arum vestrarum lætitia remoratur. 2. Illum modo Syria[c] viderat, jam Pannonia susceperat. Tu modo Galliæ oppida illustraveras,[d] jam summas arces Monœci Herculis[e] præteribas. Ambo cum ad Orientem Occidentemque occupati putaremini, repente in medio Italiæ[f] gremio apparuistis. 3. Hos fructus capitis operum maximorum. Sic interim meritorum conscientia triumphatis,[g] dum triumphos ipsos semper vincendo differtis, quod, quæcumque pulcherrima facitis, continuo transitis, et ad majora properatis: ut, dum vestigia vestra miramur, dumque vos adhuc esse

victoriarum nostrarum; Vet. Put. Vet. Bertin. Exc. Lang. Exc. Schonhov. Cuspin. Grut. et recentt. *victoriarum vestrarum.*—2 ‘ Livineius conjecit, pro *susceperat*, forte legendum *suscipiebat;* et certe sic verbum imperfecti temporis convenire videretur cum sequenti verbo, *præteribas*. Sed huic conjecturæ nullus liber addicit, neque necessitas aliqua mutationi astipulatur.’ *Schwarz. Meneti Herculis* Guelph. *perterrebas* codex Schwarzii. Vet. Bertin. Vet. Livin. et cod. Schwarz. *occupari;* Guelph. cum libris editis, *occupati*. ‘ Utramlibet eligas lectionem, parvi refert.’ *Schwarz.*—3 ‘ *Meritorum conscientia*] Hæc lectio jam in aliquot libris excusis prodita est, et nunc codicum Mss. auctoritate stabilitur, cum antiquiores editiones inquinate haberent, *meritoria conscientia*.’

NOTÆ

non libido ad voluptatem, non amœnitas ad delectationem, non nobilitas urbis ad cognitionem, non denique labor ipse ad quietem.’

[c] *Illum modo Syria*] Ubi Diocletianus adversus Narseum Persarum regem, cum Saracenis, et Parthis Mesopotamiæ atque Armeniæ finitimis, Romanis provinciis imminentem, progressus cum exercitu, ac victis Saracenis, Parthisque ultra Tigrim propulsis, Narseum ipsum ad petendam cum muneribus pacem adegit: moxque Sarmatas trajecto Istro in Pannoniam effusos compressit.

[d] *Galliæ oppida illustraveras*] Id est, vix Bagaudicam seditionem compresseras. Simile vero est illud Tullii pro Marcello cap. 5. ‘Nec vero disjunctissimas terras citius cujusquam passibus potuisse peragrari, quam tuis nôn dicam cursibus, sed victoriis illustratæ sunt.’ Et Panegyrici proxime superioris, cap. 14. ‘Has provincias tuas frequenter illustres.’

[e] *Arces Monœci Herculis*] Monaco, seu Mourgues, principatus, arx, et portus in ora maritima Liguriæ *de la côte ou rivière de Gennes*. Dicitur *Herculis Monœci portus*, quod Hercules pulsis hospitibus aut solus ibi regnarit, aut solus privato in templo cultus fuerit: a *μόνος, solus*, et *οἰκῶν, habitans*. Æn. VI. 829. ‘Aggeribus sacer Alpinis atque arce Monœci.’

[f] *In medio Italiæ*] Mediolani, quo ad seditionum causas tollendas, eligendosque Cæsares convenerant imperatores, ut supra dictum.

[g] *Triumphatis*] Diocletianus Persas, Maximianus in Gallia Bagaudas prostrarat. Neuter tamen triumphum quem meruerat accipere voluit, donec exorientes novos motus compressisset.

in conspectu putamus, jam de vobis audiamus longinqua miracula. 4. Ita omnes provinciæ vestræ, quas divina celeritate peragrastis, ubi sitis, vicissim nesciunt; sciunt tamen, vos ubique vicisse.

CAP. V. 1. Sed de rebus bellicis victoriisque vestris, sacratissime Imperator, et multi summa eloquentia præditi sæpe dixerunt, et ego pridem,[h] cum mihi auditionis tuæ divina dignatio eam copiam tribuit, quantum potui, prædicavi.[a] 2. Hodie vero, si de duabus rebus, quas ad hoc tempus aptissimas, nisi fallor, elegi, dicere mihi, vestra favente majestate, contigerit, de ceteris veniam silentii petam.[b] 3. Non commemoro igitur, virtute vestra rempublicam sævissimo dominatu liberatam.[i] Non dico, exacerbatas sæculi prioris[j] injuriis, per clementiam vestram ad obsequium rediisse provincias. Mitto etiam dies festos, victoriisque triumphos celebratos. Taceo tropæa Germanica,[k] in media defixa barbaria. 4. Transeo limitem Ræ-

[a] *Et quantum in me fuit commemoravi, cum vestra divina majestas me audire non dedignata, hanc mihi facultatem concessit.*
[b] *Rogabo ut cetera tacere mihi liceat.*

Schwarz. *meritorum* Exc. Voss. Exc. Schonhov. et edd. post Livin.—4 Edd. Schwarz. et Jægeri, *celeritate peragratis.*
CAP. V. 1 Guelph. et Exc. Voss. *sacratissimi Imperatores, et multi, &c.* Vet. Put. Bertin. alii codd. et edd. recentt. *et multi.* Conjunctio *et* deest in edd. antiq.—2 Pro *aptissimas,* quod servant Vet. Putean. Bertin. Guelph. Exc. Voss. Grut. et recentt. *optatissimas* exhibent edd. vetustt. et sic Rivin.—3 Exc. Voss. et Vet. Livin. *dominatu sævissimo.* Vet. Livin. *ad obsequium rediisse.* Edd. ante Grut. et Rivin. 1. *victoriis, triumphis celebratos;* Bertin. et al. *victoriis triumphisque celebratos;* Guelph. et Exc. Voss. *victoriisque triumphos celebra-*

NOTÆ

[h] *Et ego pridem*] Quisquis hujus orationis auctor est, jam Diocletiani et Maximiani laudes alio Panegyrico celebrarat.

[i] *Sævissimo dominatu liberatam*] Diocletianus Arrianum Aprum, cum ille Numerianum imperatorem, eundemque generum suum per insidias nefarie peremisset, tyrannidem invadentem coram exercitu mactavit. Vide quæ diximus in Diocletiani Vita.

[j] *Exacerbatas sæculi prioris*] Carinum intelligit imperatorem, omni scelerum et libidinum genere infamem, quem Caro ejus parenti ita exosum fuisse tradunt, ut soleret dictitare, 'Non est meus.' Vopiscus in Carini vita.

[k] *Tropæa Germanica*] Victis Burgundionibus, Erulis, et ea tota Germaniæ parte, quæ Rætiæ objicitur, debellata: restituto in regnum Genebo, Esatech vero rege constituto.

tiæ, repentina hostium clade promotum. Omitto Sarmatiæ vastationem, oppressumque captivitatis vinculis Saracenum: etiam illa, quæ armorum vestrorum terrore facta sunt, velut armis gesta. Præterea Francos ad petendum pacem cum rege venientes, Parthumque vobis munerum miraculis blandientem.[e] 5. Novam mihi propono dicendi legem, ut, cum omnia videar silere, quæ summa sint, ostendam tamen, inesse laudibus vestris alia majora.

CAP. VI. 1. Quæ igitur illa sunt? Pietas, sacratissime Imperator, atque felicitas. Nam primum omnium, quanta vestra est erga Deos pietas? quos aris, simulacris, templis, donariis, vestris denique nominibus ascriptis,[1] adjunctis imaginibus, ornastis, sanctioresque fecistis exemplo vestræ venerationis. 2. Nunc enim vere homines intelligunt, ac potestas[m] Deorum, cum tam impense colantur a

[e] *Præstantibus ad miraculum donis.*

tos.—4 Edd. vett. *Saracenum. Etiam . . . . armis gesta prætereo, Francos, &c.* Acidalius legi jubet, *Sarracenum: etiam, . . . armis gesta: præterea Francos, &c.* Guelph. et Exc. Voss. *Saracenorum.* Mox, *petendam* edd. ante Arntz. qui *petendum* e codice Bertin. recepit.—5 Grut. Schwarz. et Jæger, *quæ s. sunt;* al. omnes *quæ s. sint;* et sic Exc. Voss.

CAP. VI. 1 *Pietas vestra* Vet. Livin. Guelph. Puteol. 1476. Rhenan. uterque Steph. et Rivin. *sacratissimi Imperatores* Guelph. et Exc. Voss. *sacer Imperator* quædam edd. vett. *quanta est vestra erga, &c.* Schwarz. et Jæger. *quanta vestra erga* edd. ante Cuspin. *quanta vestra est erga* Vet. Livin. Bertin. codd. Schwarzii, Gud. uterque, Exc. Voss. Exc. Schonhov. Cuspin. et quæ secutæ sunt edd.—2 '*Ac potestas*] Nondum satis sanus est hic locus. Primæ editiones, et adhuc anno 1642. Parisiensis, pro *quænam,* prodidere *ac;* quam lectionem etiam noster exhibet codex. Senserat vero jam Rhenanus, hic latere ulcus; unde ad oram libri sui scripserat, 'Forsitan legendum, *quænam potestas,* vel *quænam magnitudo,* seu *sublimitas,* ac *potestas.*' Quam annotationem etiam H. Stephanus ad marginem sui libri transtulit. Utcumque est, per particulam *ac,* lacuna quædam indicatur; quam sine ope codicum certo redintegrare non possumus. Explevit interim eam ex illa ipsa Rhenani, vel Langii conjectura, Jacobus De la Baune, dimissa particula *ac,* et ex adverso ascita voce *quænam;* quam etiam Cellarius et Patarol. ascivere, et nos in præsenti etiam admittimus, cum sententiam Mamertini sic satis sustineat.' *Schwarz.* Eldikius conj. *quanta potestas Deorum.* Arntz. *nunc enim vere numen esse intelligitur, ac potestas Deorum.* Vide Nott. Varr. *Deorum cur tam i. c. a*

NOTÆ

[1] *Nominibus ascriptis*] Imperatores Jovii et Herculii nomen suis donis ascripserant, ad majorem, ut Panegyrici auctor innuere videtur, Deorum venerationem, fortasse ad memoriam nominis sui sempiternam.

[m] *Ac* [*quænam*] *potestas*] In vulgaribus editionibus pro *quænam* est *at,**

vobis. 3. Deinde, id quod maxime Deorum immortalium cum religione conjunctum est, quanta vosmet invicem pietate colitis? quæ ulla unquam videre sæcula talem in summa potestate concórdiam? qui germani geminive fratres[n] indiviso patrimonio[o] tam æquabiliter utuntur, quam vos orbe Romano? 4. Ex quo profecto manifestum est, ceterorum hominum animas esse humiles et caducas, vestras vero cœlestes et sempiternas. 5. Obtrectant sibi invicem[p] artifices operum sordidorum; est inter aliquos etiam canoræ vocis invidia; nihil denique tam vile, tamque vulgare est, cujus participes malignis æmulationis stimulis vacent:[d] vester vero immortalis animus omnibus opibus, omnique fortuna, atque ipso est major imperio. 6. Vobis Rhenus,

[d] *Non maligne sibi invicem invideant.*

nobis Vet. Put. In Exc. Voss. intermèdia inde a *potestas Deorum*, usque ad *quanta*, in Guelph. usque ad *immortalium* sunt omissa.—3 *Deinde, id quod, &c.* Bertin. Voc. *invicem* deest in edd. vett. extat vero in Vet. Put. Vet. Bertin. Cuspin. Grut. et recentt. Quæ post *quanta* usque ad *æquabiliter* leguntur, desunt in Guelph. Mox, Bertin. *quæ nimium quæ vid. sæcula*, expunctis *ulla unquam*. Livin. conj. *quæ enimvero quæ v. sæcula.* Arntz. *quæ nimirum, quæ videre, &c.* Vid. Nott. Varr. Paulo post, Puteanus legi jubet, *qui germani geminique.* Puteolanus 1476. Rhenanus, Navius, Stephanus, Livineius et Rivinus, *tam æqualiter;* codd. Schwarzii uterque Gud. Vet. Putean. Bertin. Cuspin. Grut. et recentt. *tam æquabiliter.* Exc. Voss. *tam æquabilitate utuntur, quanta;* unde Arntz. conj. *tanta æquabilitate utuntur, quanta.*—5 *Obtrectant invicem sibi* Bertin. Edd. vett. ante Cuspin. *tam vulgare est;* et sic etiam Baun. et Rivin. *tamque vulgare est* Guelph. et Vet. Livin. cum edd. recentt. *est* omisit Schwarzius, et Jæger. 'In Puteolani, Rhenani, Navii, et H. Stephani libris, pro *stimulis* perperam expressum est *stipulis.* Melius Cuspinianus, Livineius, et recentiores, prodidere *stimulis;* quæ lectio etiam codicis nostri et utriusque libri Gudiani auctoritate comprobatur.' *Schwarz.* 'Quidam libri habent *omnibus operibus;* non prorsus inconcinne; sed melior, et cum sequentibus verbis, *fortuna, imperio*, convenientior, ista, quam proposuimus, lectio nobis visa est; cum hanc dudum Puteolanus, Cuspinianus, Navius, Livineius, H. Stephanus, et Gruterus evulgarunt, et noster nunc quoque confirmet codex.' *Idem. opibus*, confirmatum quoque a Vossii Excerptis, receperunt P. Steph. Rivin. et Baun. sed *operibus* revocarunt Cellarius et

NOTÆ

quæ lacunam satis indicant: ego sic implevi, ut vocem *quænam*, quam Langius ad oram editionis Frobenianæ ascripsit, in contextum reciperem.

[n] *Geminive fratres*] Forte alludit ad Remum et Romulum.

[o] *Patrimonio*] Haud absimile est illud Justini II. 10. de Artamene et Xerxe: 'Tanto moderatius tum fratres inter se regna maxima dividebant, quam nunc exigua patrimonia partiuntur.'

[p] *Obtrectant sibi invicem*] Notum illud Hesiodi: 'figulus figulo invidet.'

et Ister,[q] et Nilus, et cum gemino Tigris Euphrate,[r] et uterque, qua solem accipit[s] et reddit, Oceanus, et quicquid est inter ista terrarum, et fluminum, et littorum, tam facili sunt æquanimitate communia, quantum sibi gaudent[t] esse communem oculi diem. 7. Ita duplices vobis divinæ potentiæ fructus pietas vestra largitur, et suo uterque fruitur, et consortis imperio.

CAP. VII. 1. Laurea illa, devictis accolentibus Syriam

Patarol. denique alterum Schwarz. et Jæger. Vide Nott. Varr.—6 Exc. Voss. ignorant *et Nilus*. '*Qua Solem*] Hic locus diu cubuit in morbo; cum pro duabus vocibus, *qua solem*, ubique legeretur *qualem*. Cui vitio medelam afferre Livineius est conatus, sed ita, ut nimis audacter plures simul voces mutarit. Effinxit enim inde, *quam late cedit et redit Oceanus*, i. e. æstuat, παραφραστικῶς. Propius rem acu tetigit Gruterus, qui sola voce *qualem* rursus in duas diducta, procudit *qua lucem;* quamvis hanc emendationem nondum receperit in contextum; recepit adeo primus Cellarius, et hunc secutus est Patarol. Sic luculenta hinc evadit sententia. Nobis tamen visum est, eadem manente sententia, probabilius ex calamo Mamertini fluxisse *solem* quam *lucem:* cum prior syllaba vocis *solem*, forte in vetustis membranis obsoleta, non satis agnosci potuerit a librario; aut cum ex voce divisa prior syllaba, *so*, in fine versus antecedentis relicta, ab eodem oculis præterita fuerit; unde ex *qua* et *lem*, natum est illud, *qualem*.' Schwarz. Constanter in *qualem* consentiunt codd. Verbum *accipit* est ex codd. et Puteol. 1476. postea in *accepit* mutatum, donec veterem revocavit lectionem Cellarius. Vet. Livin. *et reddidit*. Schwarzius et Jæger. omiserunt *et fluminum*. Pro *et littorum*, Guelph. et Exc. Voss. habent *et tectorum*. Denique, *quam sibi gaudent* Vet. Putean. et codex Schwarzii, ut conj. Livin. Voc. *oculi* deest in Exc. Schonhov. et ed. Cuspin.—7 Guelph. *et suo uterque finitur*.

CAP. VII. 1 'Participium *accolentibus*, in duas voces *ac colentibus* divisum, perperam evulgarunt Rhenan. Duac. et H. Steph. Rectius id exprimunt

NOTÆ

[q] *Ister*] Propter Alpes oritur; et in Germania, Rætia, et Pannonia Danubius appellatur; ubi vero Illyricum attigit, Ister dicitur.

[r] *Cum gemino Tigris Euphrate*] Quid? an geminus Euphrates? Omnino, quia gemino ex fluvio coalescit, quorum alter Pixirates, alter Arsanias; qui duo fluvii circa Sophonem orti, postquam Tauri montis angustias perfregerunt, uno et eodem nomine Euphrates dicuntur. Quanquam Pixirates vulgo vel in primo fonte Euphrates dicitur. Vide Plin. v. 24. Tigris vero fluvius est Asiæ celebris, Mesopotamiam ab Assyria et Susiana dividens, in Armenia majore ortus.

[s] *Uterque, qua solem* [*qualem*] *accipit*] Inest haud dubie in his verbis aliquid vitii. Quem locum ita restituit Livineius: *Uterque quam late cedit, et redit Oceanus*. Ego lubentius cum Grutero legerim, *uterque qua lucem accipit, et reddit Oceanus*, id est, Oceanus Occidentalis, in quem sol immergere se, et Orientalis, unde idem videtur emergere, vobis parent et obtemperant.

[t] *Quantum sibi gaudent*] Fortasse *quam*, inquit Livineius, ut referatur ad prius *tam*.

nationibus, et illa Rætica, et illa Sarmatica te, Maximiane, fecerunt pio gaudio triumphare. 2. Itidem hic gens Cavionum, Erulorumque deleta, et transrhenana victoria, et domitis oppressa Francis bella piratica Diocletianum votorum compotem reddiderunt. 3. Dividere inter vos Dii immortales sua beneficia non possunt; quicquid alterutri præstatur, amborum est. 4. Obstupescerent certe omnes homines admiratione vestri, etiam si vos idem parens, eademque mater ad istam concordiam naturæ legibus imbuissent. 5. At enim, quanto hoc est admirabilius, vel pulchrius, quod vos castra,[a] quod prælia, quod pares victoriæ fecere fratres? Dum virtutibus vestris favetis, dum pulcherrima invicem facta laudatis, dum ad summum fortunæ fastigium pari gradu tenditis, diversum sanguinem affectibus miscuistis. 6. Non fortuita vobis est germanitas, sed electa.

scripti excusique libri.' *Schwarz.* Divisim etiam edidere P. Steph. et Rivin. *et Rætica* Guelph. omisso pronomine. Guelph. et Exc. Voss. *fecerunt pro gaudio.* —2 *Itidemque* Vet. Livin. *Itidemque hæc* Gud. 2. Pro *gens,* Puteol. 1476. Rhenan. uterque Steph. et Rivin. exhibent *genus.* Pro *Cavionum,* Vet. Putean. *Caybonum;* Exc. Lang. *Chabionum;* Bertin. *Caivonum;* cod. Schwarz. et Cuspin. *Carbonum;* Acidal. *Chaibonum;* Exc. Schonhov. *Cabionum;* Exc. Voss. et Guelph. *Caibonum;* Coler. ad Tacit. Mor. Ger. 40. *Cavivorum.* Guelph. et Puteol. 1476. *Herculorumque;* Navius, *Herculeorumque;* Rhenan. et al. vett. *Herulorumque.* Pro *transrhenana,* cod. Schwarz. et Gud. *trans Rhenum.* Livin. aliique, etiam Schwarz. et Jæger. conjunctionem *et* ante *transrhenana* ejiciunt, quamvis legatur in Vet. Livin. et Exc. Voss. Verba, *quicquid alterutri præstatur, amborum est,* desunt in edd. Schwarz. et Jæger.—4 'Particulæ, *etiam,* et *si,* hoc loco elegantius videntur dividendæ, prout sic divisæ in codice nostro, item et in Cuspiniani et Rhenani libris, leguntur. Ita et Cicero eas divisit, ad Attic. VII. 7. 'Ego bonos viros, aut eos, quicumque dicuntur boni, sequar, etiam si ruant.'' *Schwarz.* Gud. 2. *imbuisset.* 'Perinde est.' *Schwarz.* Cf. Bentl. ad Hor. Od. I. 13. 6.—5 Edd. Schwarz. et Jæger. *quanto est admirabilius.* Bertin. cum quibusdam edd. *quanto hoc admirabilius;* Codd. Schwarzii, Guelph. Exc. Voss. Puteol. 1476. Cuspin. Rhenan. Livin. uterque Steph. et Rivin. *quanto hoc est admirabilius.*—6 'Ubi nunc legimus, *in vobis est germanitas;* ibi, teste altero Gudii libro, præpositionem *in* codex quidam Ms. satis commode omisit. Sed vide, quem deformiorem defectum in hoc loco habeat codex noster Ms. itemque alii quidam codices, in utroque Gudii libro notati; cum, prætermissis tredecim vocibus, ibi hæc saltem verba legantur, *Non fortuita in vobis est germanitas, usque ad imperium similitudo.* Quæ lacuna in Puteolani ἐκδόσει tam callida arte oblita est, ut vix acute videntibus appareat. Ibi enim hæc legimus: *Non fortuita in vobis est germanitatis*

NOTÆ

[a] *Quod vos castra*] Uterque imperator sub Probo, Caro, et Aureliano simul meruerat.

Notum est, sæpe eisdem parentibus natos esse dissimiles: certissimæ fraternitatis est usque ad imperium similitudo,[a] quæ ne etiam intervallum vestræ vincit ætatis, et seniorem junioremque caritate mutua reddit æquales: ut jam illud falso dictum sit, 'non delectari societate rerum nisi pares annos.' 7. Intelligimus enim, sacratissimi Principes, geminum vobis, quamvis dispares sitis ætatibus,[b] inesse consensum; neque tu illi videris promtior, neque tibi ille cunctatior, sed invicem vosmet imitamini; invicem vestros affectatis annos. Sic vos fertis quasi ambo juniores,[c] ambo seniores. Neuter plus suis moribus favet: uterque se vult hoc esse, quod frater est.

[a] *Etiam in imperio retinere animorum consensionem.*

usque ad imperium similitudo. Quam lectionem secuti sunt Rhenanus, Navius, H. Stephanus. Sed integriorem locum jam exhibuit Cuspinianus; quem deinceps etiam Livineius, Gruterus, et alii sunt amplexi.' *Schwarz.* 'Delevi *in* ex Guelph. et Exc. Voss. in quibus tredecim quoque illa verba omittuntur. quæ recte etiam inseruit Paul. Steph. et sunt in Schonhovii Excerptis. Puteol. secutus est Rivinus.' *Arntz.* *Notatum est* conj. Livin. Quædam edd. vett. *quin etiam;* Grut. conj. *quæ ut etiam intervallum vestræ uniat ætatis;* Exc. Lang. Patarol. Schwarz. et Jæger. *quæ næ etiam.* Vid. Nott. Var. Bertin. *et seniorem minoremque;* sed illud *minoremque* nihil aliud est quam *junioremque.* Syllabæ *min* et *juni* similes omnino sunt in membranis. 'Huc usque constanter fuit edita hæc periodus, *non delectare societatem rerum, nisi inter pares annos.* Castigavi eandem ad codices: *delectari societate* est ex codicibus Schwarz. et Guelph. præterea *inter* delevi ex iisdem codd. Exc. Voss. et Bertin. ap. Livineium.' *Arntzenius.*—7 *I. enim, s. Imperatores* Schwarz. et Jæger. Mox, *et geminum* edd. vett. *et* abest a cod. Guelph. Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. H. Steph. et seqq. *quamvis sitis dispares* Exc. Voss. *ille cunctantior* Vet. Putean. et Bertin. *illi contatior* Guelph. *sed i. vosmet ipsos* Livin. '*Sic vos fertis quasi ambo juniores, ambo seniores*] In Puteolani, Cuspiniani, Navii, H. Stephani, Livineii, Gruteri, Puteani, et Jac. De la Baune libris legimus, *Sic vos estis juniores, ambo seniores.* De qua lectione recte judicat Gruterus in notis: 'Non satisfacit auribus illud, *vos;* mallem, transformaretur in *ambo*, legereturque, *Sic ambo estis juniores, ambo seniores.* Quam lectionem Cellarius et Patarol. adoptarunt: quanquam nec male rescribendum censuerit Acidalius, *Sic vobis estis juniores ambo, ambo seniores.*' Sed non opus est sola conjectura; cum pleniorem vividioremque lectionem probet codex noster, quam alius etiam codex Ms. in utroque Gudii libro annotatus confirmat, et quam in contextu exhibemus, *Sic vos fertis quasi ambo juniores.*' Schwarz. In constituendis Mamertini verbis Schwarzium secutus est Jægerus, eandemque lect. confirmant Exc. Voss. et consensus tum Eldikii, tum

NOTÆ

[b] *Dispares sitis ætatibus*] Ex his Mamertini verbis emendandum Victoris de Diocletiani ætate locum observavi ad finem ejus vitæ.

[c] *Sic vos fertis .... [estis] juniores*] Melius legit post Livineium Gruterus, *Hic ambo estis juniores, ambo seniores.*

CAP. VIII. 1. Inde igitur proxime illa impatientia vestræ pietatis erupit,[b] quod vos nulla regionum longinquitas, nulla iniquitas locorum, nulla tempestatis asperitas[d] retinere aut morari potuit, quo minus ad conspectum vestri pervolaretis. 2. Neque enim illud progressio fuit, nec itinerum confectio, nec solitis adminiculis usa properatio. 3. Quid stimulis concitus equus,[e] aut velivola navis?[c] Di-

[b] *Hinc ergo nuper præceps ille ardor mutui amoris vestri erupit.*
[c] *Nec ad properandum adhibuistis solita adminicula. Quis equus, aut navis velis instructa simili celeritate fertur?*

V. D. in Biblioth. Crit. tom. II. part. 1. p. 30. De Rooy Spicil. Crit. p. 49. *Sic vos estis juniores ambo, ambo seniores.* Denique Schwarz. conj. *uterque vult, &c.*

CAP. VIII. 1 'Quondam hic locus valde corruptus fuit. In ipso codice nostro sic legitur, *ille in præsentia vestræ pietatis erupit.* Quam lectionem etiam Gudius ex alio codice annotavit. Puteolanus, Rhenanus, Navius, H. Stephanus, Livineius, Rivinus habent *ille impatientiam vestræ pietatis irrupit.* Melius Cuspinianus, Gruterus, et recentiores, *illa impatientia vestræ pietatis irrupit.* Maluimus tamen pro verbo *irrupit,* reponere *erupit;* cum hoc in nostro codice, et utroque Gudii libro, deprehendatur.' *Schwarz.* 'Puteolani scripturam quoque dedit P. Steph. Cuspinianum secuti sunt Gruterus et reliqui, usque dum in verbo *erupit* meliora dedit Schwarz. et Jæger. quorum vestigia pressi, præsertim, quia Exc. Voss. consentiunt, præterquam quod *irrupit* retineant, et scripturæ compendium, quod ex Guelph. enotatum habeo, eodem tendat. Divinabat Eldikius, *pietatis eluxit,* sed ob codd. auctoritatem apud Schwarz. adeoque etiam Guelph. magis *erupit* placet, ut 'divinus impetus' exprimatur, quem n. 4. memorat, et confirmat Vet. ap. Putean.' *Arntz.* Verba *aut morari* desunt in Vet. Livin. Mox, *provolaretis* cod. Gud. et Vet. Putean.—2 Edd. ante Arntzen. *nec itineris;* codd. Schwarz. Gudiani, Guelph. et Exc. Voss. *nec itinerum.*—3 'Hic locus mire depravatus adhuc jacuit, Puteolanus, Cuspinianus, H. Stephanus ediderant, *Quod simili concitu eques.* Vitiosius Navius, *Quod simili concutu eques.* Acidalius et alii quidam putarunt legendum, *quo simili concitu eques.* Jacobus De la Baune et Patarol. secuti conjecturam Caroli Langii, dedere, *Quis simili concitu eques.* Cellarius, *Quid simili concitu eques.* Noster codex sine compendio, *Quid simili concitus eques, aut velivola navis?* Eadem verba Gudius ex alio codice Ms. ascripsit alteri libro. Etiam Livineius pro *quo,* vel *quod,* vel *quis,* ex suo vetere codice annotavit *quid.* Una ergo literula *i* in *e* mutata, pro *simili,* ausi reponere *simile,* genuinam, ac certe congruentem lectionem reddidimus Mamertino, prout hanc lectionem etiam Grutero in mentem venisse animadvertimus.' *Schwarz.* 'Etiam Rhenan. Paul. Steph. et Rivin. ediderunt, *Quod simili concitu eques.* Locum expressi, ut corruptus in cod. Guelph. et Exc. Voss. extabat; Schwarzii conjecturæ, *Quid simile concitus eques,* in contextu, quamvis id etiam fecerit Jægerus, locum dare non ausus fui. Cum in optimis codd. sit,

NOTÆ

[d] *Nulla tempestatis asperitas*] Hyeme enim imperatores Mediolanum convenerunt.

[e] *Quid stimulis concitus equus* [*quis simili concitu eques*] Ante erat *quod,* cujus in locum aliqui restituunt *quid:* ego vero Langii emendationem secutus sum.

vinus quidam impetus fuit, quo repente in eundem locum ab utroque solis adverso fine venistis: ipsos siquidem, quos præmiseratis, nuntios reliquistis: ipsam, quæ vos conata est prævenire, famam prævertistis, ut, absque paucissimis,[d] qui vobis comites hærere potuerunt, ceteri homines fortasse crediderint, quod dignum est majestate vestra, diurna vobis[f] et nocturna curricula utraque mundi lumina commodasse. 4. Sed removeamus istinc fabulas imperitorum: verum loquamur. Vestra vobis pietas, sacratissimi Imperatores, volucres dedit cursus. 5. Etenim cum nihil sit animo velocius, vos, quorum igneæ immortalesque mentes minime sentiunt corporum moras, pervecti estis ad vos[g] mutui desiderii celeritate.

CAP. IX. 1. Sed qua tandem vice temporum?[h] quo tempestatis habitu?[e] nempe hyeme sævissima, et his quoque regionibus inusitata, cum algor, glacies, nives premerent, cœlo pariter ac terris uniformibus:[i] cumque ipsi anhelitus

[d] *Exceptis paucissimis.* [e] *Qua tempestatis conditione?*

Quid simili concitus, emendandum puto, *Quid stimulis concitus equus*. Quo magis huic conjecturæ tribuam, facit Eldikii, æquissimi in talibus judicis, approbatio.' *Arntz.* Vide Nott. Varr. 'Perperam edidit Livin. *quos promiseratis.*' Schwarz. Ita tamen Guelph. et Exc. Voss. Mox, Acidal. legi jubet, *omnes f. cediderint; q. ita d. est m. vestra.* Livineii codex habet *quod id dignum;* Guelph. et Exc. Voss. *quod dignum est;* Arntz. conj. *id quod dignum est.* Pro *est*, quod servant Vet. Putean. Bertin. et Cuspin. *et* legitur in edd. vett.—4 Acidalius conj. *Sed r. i. fabulas, imperator, verum loquamur.* Edd. ante Arntz. *sacratissime imperator;* Guelph. Exc. Voss. Schwarz. et Jæger. *sacratissimi imperatores.*—5 Vet. Putean. Guelph. Exc. Voss. et Schwarz. *corporum moras.* Guelph. Exc. Voss. et edd. vett. *ad nos;* Vet. Putean. Bertin. et edd. recentt. *ad vos.*

CAP. IX. 1 Vet. Putean. *et in his;* Bertin. Exc. Voss. et Guelph. ignorant τὸ *in.* Pro *inusitata*, Arntz. conj. *invisitata.* Puteol. Rhenan. Nav. H. et P. Steph. et Livin. *cum algor, glacies, glacies nivem;* codd. Schwarzian. et Gud. 2. *cum algor, glacies, nives;* Langii schedæ, Exc. Schon. et edd. post Grut.

NOTÆ

[f] *Diurna vobis* [*nobis*] Poëticum quiddam olet hic loquendi modus; quod Mamertini ævo valde congruit.

[g] *Ad vos* [*nos*] Alii legunt *ad vos invicem.* Tamen absque hac mutatione sensus esse poterit 'ad patriæ nostræ fines.'

[h] *Vice temporum*] Horat. Od. I. 4. 'Solvitur acris hyems grata vice veris, et favoni.'

[i] *Uniformibus*] Id est, cum cœlum pariter, et terra nive candida albescerent.

hominum[j] circa sua ora concreti rigore canescerent. 2. Adeo, ut res est,[k] adversus inclementiam locorum ac siderum vestræ vos majestatis potentia tuebatur, et ceteris hominibus atque regionibus vi frigorum astrictis et oppressis, vos solos auræ lenes, vernique flatus, et, diductis[l] nubibus, ad itinera vestra directi solis radii sequebantur. 3. Tanta facilitate illa, quæ tunc aliis forent inaccessibilia, superastis, atque inde Julias, hinc Cottias Alpes,[m] quasi relictas æstu arenas[n] patentium littorum, transcurristis. 4. Eant nunc rerum veterum prædicatores, et Hannibalem illum multis laboribus, magnaque exercitus sui diminutione Al-

agros glacies, glaciem nives. Vide Nott. Varr.—2 Edd. vett. *clementiam locorum;* Puteol. et Nav. *clementia locorum;* Cuspin. et Rhenan. *inclementiam locorum.* Guelph. Exc. Schonhov. et Voss. *ut ceteris.* 'Non probamus *auræ leves;* quod legitur in Puteolani, Rhenani, Navii, et H. Stephani libris impressis; multo aptius scriptum est in codice nostro, *auræ lenes;* quam lectionem etiam cetera exemplaria excusa produnt. *Auræ lenes* et *placidæ* opponuntur *acribus* et *asperis.* Etiam, *diductis nubibus* melius est quam *deductis nubibus;* quam posteriorem lectionem Puteolanus, Navius, et alii quidam evulgarunt. 'Deducere' est de loco ad alium locum aliquem ducere; at 'diducere' est conjunctas res vel homines dividere, distrahere, dispellere; quod magis huic loco congruit; ubi etiam jam Cuspinianus edidit, *diductis:* quanquam non nesciamus, librarios frequenter confudisse *lenis* et *levis;* item, *deducere* et *diducere.* Ad hunc locum hæc commentatur Gruterus: Duo codices *diductis;* quod et probatur Puteano, firmabatque isto Ciceronis in Arati Phænomena: 'Ni parte ex Aquilonis opacam pellere nubem Cœperit, et subitis auris diduxerit Ara.'' *Schwarz. leves* etiam Guelph. et Rivin. 1. Vide Nott. Varr.—3 *Tanta felicitate* edd. ante Gruter. *Tanta facilitate* codd. Schwarzian. Putean. Cuspin. Guelph. et edd. recentt. *Cotias* edd. ante

NOTÆ

[j] *Anhelitus hominum*] Puta in regionibus omnium maxime septemtrionalibus.

[k] *Ut res est*] Loquendi modus apud ejus ævi scriptores frequens. Pan. VI. 4. 'Sed, ut res est, mente præsaga omnibus verecundiæ observationibus imbuebas.' Plura ejusmodi exempla Livineius ponit sub uno aspectu in hunc locum. Quæ hic afferenda non duxi, ne ejus scrinia viderer compilasse.

[l] *Diductis*] Bertiniensem codicem secutus sum. Et vero ita Gruterus et Puteanus legunt pro *deductis,* uti est in aliis editionibus. Sententia fit clarior hac emendatione, quam præterea Puteanus allata Ciceronis auctoritate confirmat.

[m] *Alpes*] Series montium, qui Italiam ab Germania et Gallia separant. Horum longitudo est 3000. stadiorum, teste Livio. Pro varia autem locorum diversitate varia sortiuntur nomina. Sic Alpes aliæ sunt 'Juliæ,' aliæ 'Cotiæ' vel 'Cottiæ,' aliæ 'maritimæ,' aliæ 'Graiæ,' &c.

[n] *Quasi relictas æstu arenas*] Pari facilitate montes nivibus asperos, et arenas æstu torrentes, atque eam ob rem prope inhabitatas transcurristis.

pes penetrasse mirentur! 5. Vos, invictissimi Imperatores, prope soli Alpium vias, hybernis nivibus obstructas, divinis vestigiis aperuistis; ut quondam Hercules[o] per eadem illa culmina[f] Iberiæ spolia incomitatus abduxit.

Cap. x. 1. Tum, si fortunæ causæque Hannibalis ac vestrorum itinerum comparentur, quanto hæc vestra itinera Diis hominibusque acceptiora sunt? quanto laude ac sempiterna memoria digniora? 2. Tunc, Pœno ex summis Alpibus viso,[p] Italia contremuit, statim, pecu agroque deserto, omnes familiæ rusticanæ sylvas, et ferarum cubilia

[f] *Per eosdem montes.*

Cellar. *Cottias* Vet. Livin. et edd. recentt.—4 Nonnulli codd. *inultis laboribus.*—5 Codex Schwarzii, *spolia comitatus abduxit.*

Cap. x. 1 'Particula *Tum* hic poni videtur pro 'Præterea.' In codice nostro et altero Gudii libro, non *tum*, sed *tamen*, legitur; quæ lectio non parum nobis arridet, si per colon a superiore sententia distinguatur. Potuit vero ex *tam.* per compendium pro *tamen* scripto illud vulgatum *tum*, facile nasci.' *Schwarz.* Exc. Voss. *tamen.* Edd. vett. *vestra Diis;* Cuspin. Gud. 1. Schwarzian. et Exc. Schon. inserunt *itinera.* Mox, codd. Schwarz. et Guelph. item edd. Puteol. Rhenan. Nav. et H. Steph. *quanta laude;* Exc. Schon. et edd. recentt. *quanto, &c.*—2 '*Pecu agroque deserto*] Verba hæc varie scripta et excusa inveniuntur. Puteolanus, Cuspinianus, Rhenanus, Navius, Livineius, et Paulus Stephanus edidere *pecua agrique deserta.* Henr. Stephanus, Duacensis, Gruterus, Puteanus, Patarol. *Pascua agrique deserta.* Ad quem locum Patarol. hæc annotavit: 'Retinui, quod erat in editione Parisiensi an. 1655. In aliis est *pecua,* non male; scimus enim, veteres, quod modo 'pecus, pecudis,' dicimus, 'hoc pecus, hæc pecua,' plurale dixisse. Vide plura apud Priscian. lib. vi. Hinc Papinio, Sylv. iii. 3. dictum: 'Pecuaria culta Galesi.'' Jac. De la Baune et Cellarius prodidere, *pascua agrique deserti.* In nostro codice, et altero Gudii libro, legimus, *pecu agroque deserto.* Atque ita etiam Puteanus ex vestigiis veteris codicis legendum censuit. Non indignam horum codicum auctoritatem judicavimus, cui locum daremus: sic enim sequentia verba aptius cohærent, nec desideratur copula *et.*' Schwarz. Vide Nott. Varr. Pro *sylvas,* quod servant Vet. Putean. Bertin. Cuspin. Exc. Schon. et Voss. et al. ap. Schwarz. *sylvarum* legitur in edd. Puteol. Rhenan.

NOTÆ

[o] *Ut quondam Hercules*] Cum Geryonis spolia ex Iberia ad pabula Tyrrhena compulit, Pan. ii. 2. De quo itinere Sil. Ital. iii. 494. 'Primus inexpertas adiit Tirynthius arces: Scandentem nubes, frangentemque ardua montis Spectarunt superi, longisque ab origine seclis Intemerata gradu magna vi saxa domantem.' Et de Hannibale, lib. ii. 'Per saxa nivesque, Est qui pandat iter: magno pudor Hercule tritas Desperare vias, laudemque timere secundam.'

[p] *Pœno ex summis Alpibus viso*] Id est, Hannibale. Mirum est autem quantus fuerit totius Italiæ pavor, cum Hannibal anno U. C. 543. post expugnatam Saguntum, veterem et opulentam Hispaniæ civitatem, 150. mille pedites, ut ait Eutropius, et 20.

petivere. 3. Quo nuntio accepto, omnibus oppidis matres Italiæ pensa manibus[q] abjecerunt, parvos liberos arreptos ad templa traxerunt: ibi ædes sacras passo capillo suo quæque verrebat: vario planctu ploratuque futuris cladibus omina dabant; Thrasymenum[r] et Cannas[s] dolore præsago præcinebant.[t] 4. Nunc autem, ut primum ex utrisque Alpium jugis vestrum numen effulsit, tota Italia clarior lux diffusa, omnibus, qui suspexerant, æqua admi-

Nav. Duac. et al. vett.—3 Edd. vett. *Italæ*. 'Codex noster pro voce, *Italæ*, habet *Italiæ*; deinde præpositionem *e* omittit; quam etiam aliquot antiquiores libri excusi omisere. Possit ita scribi legique; sed utrobique nihil mutandum censemus.' *Schwarz*. *Italiæ* Guelph. Exc. Voss. et ed. Rivin. Exc. Voss. pro *oppidis*, habent *urbibus*. Cuspin. *e manibus*. Pro *parvos liberos*, quod testantur Vet. Cuspin. et Rhenan. *paucos liberos* exhibent edd. vett. *abreptos* edd. ante Livin. qui conj. *arreptos*; idque firmant Gud. Guelph. et Exc. Voss. 'In codice nostro, pro voce *passos*, legimus *sparsos*, non quidem incommode; retinemus tamen vulgatam vocem, cum ea in eodem ritu describendo etiam usus sit Livius. Contra vero ex nostro codice in proximis verbis ascivimus vocem *vario*, quæ abest ab aliis libris; a Livineio tamen etiam e codice Bertiniensi in margine annotatur. In verbis *quæque verrebat*, optaremus, ut, abjecto pronomine *quæque*, legeretur *verrebant*.' Schwarz. *sparso capillo* etiam Guelph. et Exc. Voss. *verrebat; planctu* edd. vett. *planctu vario* Vet. Putean. *vario planctu* Bertin. Guelph. et Exc. Voss. cum editionibus Schwarz. et Jæger. *omnia dabant* Puteol. Nav. Patarol. Parisienses, et Rivin. *præcanebant* editiones ante Schwarz. *præcinebant* Vet. Putean. cum editionibus Schwarz. et Jæger.—4 Codd. Schwarz. Guelph. et Exc. Voss. *ut proximum*. Vet. Livineii, *atque admiratio;* unde ille conj. *æque admiratio*. Vox *æqua* deest in codd. Guelph. et Schwarzian. 'Cum in pluribus libris

NOTÆ

mille equites, ex majore parte Pœnos, ad Italiam devastandam trans Alpes induxit; ut longo tempore obtinuerit proverbium illud, ad communem pavorem significandum, Hannibal ad portas. Vide Livium, Plutarchum, &c.

[q] *Pensa manibus*] Respexit ad illud Æneid. IX. 476. ubi simul Euryali mater filii necem audiit: 'Excussi manibus radii, revolutaque pensa. Evolat infelix,' &c.

[r] *Thrasymenum*] Thrasymenus, vel ut malunt alii Thrasumenus, lacus est Hetruriæ, Florentiam inter et Perusiam, hodie *Lago di Perugia;* ubi Flaminius ab Hannibale magna strage deletus est: 15. millia Romanorum cæsa, 6. millia capta.

[s] *Cannas*] Urbs est Apuliæ Peucetiæ, Canusium inter et Aufidum fluvios, 6. mill. ab ora maris Adriatici. Hic enim cæsa Romanorum 40. mill. interque eos tot equites, ut tres et amplius annulorum modii Carthaginem missi a victore Hannibale fuerint. Præerant exercitui Romano Paulus Æmilius, et Terentius Varro: hujus temeritate clades illa contigit.

[t] *Præcinebant* [*præcanebant*] Fortasse *præcinebant*, ut ex veteri codice notat Puteanus.

ratio atque dubitatio injecta,[u] quinam de illis montium verticibus orirentur, an his gradibus in terras cœlo descenderent. 5. Ut vero propius propiusque cœpti estis agnosci, omnes agri oppleti, non hominibus modo ad visendum procurrentibus, sed etiam pecudum gregibus remota pascua et nemora linquentibus: concursare inter se agricolæ, nuntiare totis visa,[v] aræ incendi, thura poni, vina libari, victimæ cædi, cuncta gaudio calere, cuncta plausibus tripudiare:

antehac legeretur *invecta*, placuit nobis *injecta;* quod diserte exprimit codex noster; quod similiter Livineius in suo vetere, et Bertiniensi codice, atque Puteanus in alio, invenerant. Præterea et Acidalius in notis suis sic jusserat legi; quam denique lect. jam Jac. De la Baune, et Cellar. exhibuerunt.' *Schwarz.* *injecta* pariter Exc. Voss. *et quinam de illis* edd. vett. *ecquinam de illis* conj. Livin. et Putean. probante Gesnero; *et* deest in cod. Guelph. et Exc. Voss. Deinde, Exc. Voss. et Guelph. habent *gradibus e cœlo in terras.*—5 Vet. Putean. *agri repleti.* '*Nuntiare ignotis*] Olim ubique legebatur, *totis:* at in hac voce ulcus vetus latet, cui removendo nulli codices scripti, neque libri excusi, qui nobis hucusque innotuere, sufficiunt. Valent. Acidalius ad hunc locum hæc commentatus est, 'Possis interpretari, *totis,* omnibus; ut apud Apuleium aliquoties. Sed mihi placeat, magis scribi, *nuntiare totis vicis:* sive etiam distinctionem mutari, *concursare inter se agricolæ, nuntiare; totis vicis aræ incendi.*' Hactenus Acidalius. At Livineius in ora libri sui annotavit, pro *totis,* forte legendum *notis.* Quæ vox tunc demum locum habere posse videtur, si 'noti' pro 'amicis' ponantur, uti apud Catull. LXXX. 4. Verum magis placet prior Acidalii conjectura, *nuntiare totis vicis;* dummodo huic conjecturæ astipulentur veteres quidam codices. Etenim, quod Cellarius ait, Acidalio videri potuit, *vicis* excidisse, quod propter insequentem vocem, *visa,* iisdem fere apicibus constantem, probabilius est, quasi pro una perperam repetita eum habuisse, qui descripsit. Nobis in mentem venit, pro *totis,* primum fuisse scriptum *ignotis,* i. e. ignaris et nesciis. Quam hujus vocis notionem cum ignorarent, aut priores literas obsolescentes forte non animadverterent rudes librarii, primum reposuere *notis;* sed et cum hanc sententiæ panegyristæ minus congruentem putarent alii, interim hinc effinxere *totis.* Apprime autem huic loco convenit *ignotis;* quoniam *ignotus* vulgo quidem passive dicitur 'incognitus,' seu qui aliis non est notus; nihilo minus tamen etiam a probatis linguæ Latinæ auctoribus aliquando active is dicitur *ignotus,* qui non novit, et qui rerum est ignarus.' *Schwarz.* In *nuntiare totis visa* conspirant codd. Vide Nott. Varr. Lindenbrog. ad Eleg. ad Liviam, vs. 136. conj. *aræ poni, thura incendi;* Stewechius ad Arnob.

NOTÆ

[u] *Injecta*] Restitui pro *invecta,* ex Bertiniensi, item et vetere alio exemplari. Mox *ecquinam,* pro *et quinam,* ut legendum esse notant idem Langius et Gruterus, &c.

[v] *Nuntiare totis visa*] Utrum *totis,* id est, omnibus: cujus rei extant apud Apuleium exempla bene multa. An restituta vocula legendum *totis vicis.* An vero interpunctione tantum mutata, *Concursare inter se agricolæ, nuntiare, totis vicis aræ incendi.* Nota vero hunc verborum casum ad rem sub oculos subjiciendam mirifice aptum.

6. Diis immortalibus laudes gratesque cantari: non opinione traditus, sed conspicuus et præsens Jupiter cominus invocari; non advena,[w] sed imperator Hercules adorari.

CAP. XI. 1. Quid illud, Dii boni! quale pietas vestra spectaculum dedit, cum in Mediolanensi palatio[a] admissis, qui sacros vultus adoraturi erant, conspecti estis ambo, et consuetudinem simplicis venerationis geminato numine repente turbastis![a] 2. Nemo ordinem numinum[b] solita secutus est disciplina; omnes adorandi mora restiterunt, duplicato pietatis officio contumaces. 3. Atque hæc quidem velut interioribus sacrariis operta veneratio eorum modo animos obstupefecerat, quibus aditum vestri dabant ordines dignitatis.[b] Ut vero limine egressi per mediam urbem[c] simul vehebamini, tecta ipsa se, ut audio, pæne commoverunt; omnibus viris, fœminis, parvulis, se-

[a] *Mutastis morem unum tantum adorandi, cum ambo instar duorum Deorum subito prodiistis.*

[b] *Atque hoc quidem venerationis genus tibi in interiori palatio redditum, mirum visum fuerat iis solum, quibus integrum erat hic interesse pro ratione officii sui et dignitatis.*

VII. p. 143. emend. *thura apponi.*—6 *Jupiter c. advocari* Livin. e cod. Bertin. Pro *imperator*, Guelph. habet *imperatores.*

CAP. XI. 1 Codex Schwarzii *palatium;* unde ille conj. *in Mediolanense palatium admissis.* Codd. Guelph. et Voss. ignorant τὸ *in.*—2 Al. *omnes a. m. constiterunt.*—3 Exc. Schoonhov. *obstupefecere;* Exc. Voss. et Guelph. *obstupuerat.* Mox, pro *limina*, Livin. conj. *lumina;* Acidal. et Baune *culmina.*—

NOTÆ

[w] *Non advena*] Quam adulatorie imperatorem suum ea re antefert Herculi, quod non tanquam advena, ut Hercules, sed tanquam verus imperator in Italia exceptus sit!

[a] *In Mediolanensi palatio*] Mediolanum urbs antiquissima Insubriæ caput: *Milan.* Hodieque quatuor inprimis rebus clarissima: 1. populi frequentia; 2. templo augustissimo; 3. arce firmissima; 4. bibliotheca Ambrosiana.

[b] *Nemo ordinem numinum*] Non ut Deos solemus deinceps atque ex ordine ad singulorum aras venerari, ita nos seorsum adoravimus, sed omnes qui coram aderant vestra utriusque majestate adeo perculsi sunt, ut cum neutrum ab altero separare vellent, vos ambos simul iterum atque iterum adorarint, pie contumaces ut hoc suæ adversus utrumque imperatorem venerationis officio fungerentur.

[c] *Per mediam urbem*] Describitur triumphalis imperatorum in Mediolanensem urbem ingressus. Similem locum vide in Plinii Paneg. c. XXII. et in Pacati Panegyr. cap. XLVII. &c.

nibus, aut per fores in publicum prorumpentibus, aut per superiora ædium limina[d] imminentibus. 4. Clamare omnes præ gaudio, jam sine metu vestri, et palam manu demonstrare: Vides Diocletianum? Maximianum vides? ambo sunt: pariter sunt: quam junctim sedent! quam concorditer colloquuntur![e] quam cito transeunt! 5. Nemo studio suo par fuit oculis ad intuendum:[c] dumque vos alterna cupiditate mirantur, neutrum satis videre potuerunt.

CAP. XII. 1. Ipsa etiam gentium domina, Roma,[f] immodico propinquitatis vestræ[d] elata gaudio, vosque e speculis[g] suorum montium prospicere conata, quo se vultibus vestris propius expleret, ad intuendum cominus, quantum potuit, accessit. 2. Lumina[h] siquidem senatus sui misit,

[c] *Nemo pro desiderio suo vos conspicere potuit.* [d] *Vobis adventantibus.*

—4 'Nonnulli libri ita hæc verba prodidere, *Vides Diocletianum Maximianumque? Vides?* Sed sequimur scripturam codicum veterum; quam etiam probavit Gruterus: est enim pro ratione abrupte loquentium aptior.' *Schwarz.* Mox, *ambo sunt, una sunt* Sigonius. 'Puteolanus, Rhenanus, Navius, Duacensis, et H. Stephanus evulgarunt, *Quam invicti sedent!* Noster codex, et alter Gudii liber, et Cuspiniani editio exhibent, *Quam juncti sedent!* Etiam Acidalius monuit: 'Lege, *quam juncti sedent*, ut supra, 'junctis,' pro 'invictis.'' Præterea, teste Grutero, Bongarsius et Puteanus hic maluerunt *juncti;* at vero *junctim*, quod notavit Livineius, diserte nidulatur in codice Bertiniensi; quod huic loco æque convenit. Itaque hoc jam prodidere Gruterus, Parisienses, Cellarius, Patarol.' *Schwarz.* Vulgo *quam c. eloquuntur;* Vet. Putean. Bertin. Schwarzian. Gud. 1. 2. Exc. Voss. et edd. recentt. *quam c. colloquuntur.*—5 *Nemo studio, nemo par fuit oculis ad intuendam,* probante Schwarzio; *studio summo* conj. Arntz.

CAP. XII. 1 Edd. vett. *in modico*, pro *immodico.* Vox *elata* deest in Guelph. Cellarius pro *vosque* edidit *usque.* Mox, pro *cominus*, Guelph. habet *quo*

NOTÆ

[d] *Limina*] Fortasse *culmina.*

[e] *Colloquuntur* [*eloquuntur*] *Colloquuntur* Bertiniensis codex; sed eo verbo jam Mamertinus usus est in superiore Paneg. cap. IX. 'Adeo fidum, fraternumque fuit illud eloquium.'

[f] *Gentium domina, Roma*] Pan. XI. 2. 'Immortalis ortus dominæ gentium civitatis.' Cap. 14. ad Romam: 'Interim tamen te gentium domina.' Et Pan. X. 35. 'Arcem omnium gentium et terrarum Reginam.' Et Martial. XII. 8. 'Terrarum Dea gentiumque Roma, Cui par est nihil et nihil secundum.' Vide Lipsium de Magnit. Rom. c. 2.

[g] *Speculis*] Romani cives montes suos conscendebant, ut inde tanquam ex altis speculis adventantes imperatores eminus aspicerent.

[h] *Lumina*] Lusus in verbo. Roma ipsa ut vos conspiceret, accessit. Qui porro? quia misit ad vos senatus

beatissimæ illi per eos dies Mediolanensium civitati similitudinem majestatis suæ libenter impertiens, ut ibi tunc esse sedes imperii videretur, quo uterque venerat Imperator. 3. Interim tamen, dum mihi ante oculos pono quotidiana vestra colloquia, conjunctas in omni sermone dexteras, joca seriaque communicata, obtutu mutuo transacta convivia, illa me cogitatio subit, quanam animi magnitudine ad revisendos exercitus vestros discesseritis, pietatemque vestram utilitate reipublicæ viceritis. 4. Qui tunc vestri sensus fuere! qui vultus! quam patientes[i] ad dissimulandum indicium perturbationis oculi! Respexistis profecto sæpius: neque hæc de vobis vana finguntur. 5. Talia vobis dedistis omina[j] cito ad conspectum mutuum reversuri.

Cap. XIII. 1. Facilis est mihi transitus,[k] sacratissimi Imperatores, ab hac pietatis vestræ laude ad prædicationem felicitatis. Hoc enim ipsum felicitatis est, quod, ut conspicere vos invicem complectique possitis, in manu vestra est.[l] 2. Solem ipsum, lunamque cernimus, quia

minus.—2 Voc. *suæ* deest in Exc. Voss.—3 Particula *tamen* abest in Bertin. Pro *joca seriaque*, cod. Schwarzian. exhibet, *O Cæsareaque.* Codd. Schwarzian. Vet. Bertin. et Exc. Voss. *transacta connubia.* Guelph. *quanam cum magnitudine;* Exc. Voss. *quanta cum magnitudine;* unde Arntz. conj. *quanta cum animi magnitudine.*—4 Omnes ante Cellar. edidere *patientes;* idemque est in Exc. Voss. *impatientes* est ex conj. Puteani; et sic edd. Schwarz. et Jæger. *judicium,* pro *indicium,* habet Pith. *Respexisti* omnes ante Grut. *Respexistis* Vet. Puteani, Vet. Bertin. Cuspin. et Exc. Voss. et sic conj. Acidal.—5 Puteol. Rhenan. H. Steph. Rivin. 2. Baun. Schwarz. et Jæger. *dedistis omina;* ceteræ edd. *dedistis omnia.*

Cap. XIII. 1 Exc. Voss. et Guelph. *laude prædicationem,* omissa præpositione. Hæc verba, *Hoc enim ipsum felicitatis est,* desunt in Guelph.—2 Livi-

NOTÆ

sui lumina, id est, senatorum suorum clarissimos.

[i] *Patientes*] Quanto melius si *impatientes,* ut vult post Puteanum Gruterus?

[j] *Omina*] Ita est in Frobeniana editione, in aliis vero *omnia:* utrumvis elige.

[k] *Facilis est mihi transitus*] Transit ad alteram orationis partem, quæ est de imperatorum pietate.

[l] *In manu vestra est*] Modus loquendi apud bonos auctores frequentissimus, pro eo quod est 'penes vos est.' Tullius Ep. VIII. 6. 'Hunc cum velis obligare, in tua manu est.' Idem Ep. XIV. 2. 'Verum hæc non sunt in nostra manu.' Nihil necesse est alia Tullii, Terentii, et aliorum exempla huc congerere.

totius mundi funguntur officiis,[e] non nisi post multa sæcula certa lege temporum convenire:[m] vestra tam libera est et beata majestas, ut in summis rebus humani nihil vobis necesse sit, nisi vestræ parere pietati. 3. Ceterum, si quis ad humana respiciat, quanto magis magnitudo vestræ felicitatis appareat? Homines privatis rebus intenti ita plerumque propriis difficultatibus implicantur, ut omnino non vacent[n] aditu suorum. 4. Vos, tantæ reipublicæ administratione suscepta, quos huc atque illuc tot urbes, tot castra, tot limites, tot circumjecta Romano imperio flumina, montes, littora vocant, tantum animis ac fortuna valetis, ut in unum convenire possitis, nihilominus orbe securo. 5. Neque enim pars ulla terrarum majestatis vestræ præsentia caret,[f] etiam cum ipsi abesse videamini.

CAP. XIV. 1. Ne tantulum quidem barbaræ nationes

[e] *Quia toti mundo utiles sunt.* [f] *Majestatis vestræ numine non sustentatur.*

neius conj. *qui totius mundi, &c.* Mox, *temporum* abest in Guelph. et Exc. Voss. ' *Vestra tam, &c.*] Quidam libri habent *tamen*, ita quidem, ut vel excludant illud sequens *tam*, vel utramque particulam conjungant, *vestra tamen tam libera, &c.* verum, cum *tamen* ortum videatur ex *tam*, illud *tamen* haud inviti dimittimus.' *Schwarz.* *Vestra tamen* edd. vett. et sic Patarol. *vestra tamen tam* Cellar. *vestra tam* codd. Putean. Guelph. et Exc. Voss. cum edd. Baun. Schwarz. et Jæger. et sic conj. Livin. Omnes ante Arntz. ediderunt, *ut in summis rebus generis humani.* Altera lectio est ex cod. Guelph. et Exc. Voss.—3 Pro *quanto magis*, Livin. conj. *quo magis.* Mox, *apparet* legere malit Schwarzius. Codd. Puteani, *ut omnia evocarent aditu suorum;* unde ille, *omni ævo careant.* Grut. conj. *ut minime vacent;* Acidal. *omnino non vacent;* Schwarz. *ut omnino careant.* Vide Nott. Varr.—4 *Vos, tanta* ed. Jæger. *et fortuna* Guelph. et Exc. Voss. ' *Potentia*] Hæc lectio omnibus libris vulgata; at in nostro codice pro *potentia*, expressis singulis literis, scriptum est *præsentia.* Quod nomen, prope abfuit, quin arripuerimus. In altero Gudii libro ex alio quodam codice Ms. per compendium scripturæ cum superiore lineola annotatum est, *pñtia;* ex quo facile intelliges, unde contigerit, ut in alios libros *potentia*, in alios *præsentia*, manarit.' *Schwarz.* Vide Nott. Varr.

NOTÆ

[m] *Convenire*] Lunam et solem interdum convenire oportet, siquidem lunæ orbis solarem intersecat in duobus punctis; quæ lunæ nodi appellantur; tuncque est eclipsis solis, cum luna in iis punctis invenitur. Quia autem illa ipsa puncta sunt mobilia, raro fit ut in eodem cœli puncto hæc duo sidera conveniant.

[n] *Omnino non vacent* [*omnino vacent*] Lege cum Grutero *ut minime vacent*, vel cum Acidalio *ut omnino non vacent.* Nam melius certe videtur cum negatione.

audent animos attollere, quod vos in interiorem imperii vestri sinum secesseritis; quinimmo ipsi magis in vobis fiduciam pertimescunt,[s] quod se contemni sentiunt, cum relinquuntur. 2. Itaque illud, quod de Jove vestro cecinit poëta Romanus,[o] 'plena Jovis omnia esse;' id scilicet animo contemplatus, quanquam ipse Jupiter summum cœli verticem teneat, supra nubila, supraque ventos, sedens in luce perpetua, numen tamen ejus ac mentem toto infusam esse mundo;[p] id nunc ego de utroque vestrum audeo prædicare: 3. ubicumque sitis, in unum licet palatium concesseritis, divinitatem vestram ubique versari, omnes terras, omniaque maria plena esse vestri. 4. Quid enim mirum, si, cum possit hic mundus Jovis esse plenus, possit et Herculis?[q]

CAP. XV. 1. Admonet me et temporis et loci ratio, et majestatis tuæ reverentia, ut finem dicendi faciam; quanquam de felicitate vestra tam pauca dixerim, et tam multa restent. 2. Sed ecce suggerunt:[r] adhuc potes dicere de

[s] *Vestram illam confidentiam extimescunt.*

CAP. XIV. 1 Edd. vett. *in interiora imperii vestri secesseritis.* Lectionem nostram firmant Vet. Bertin. Guelph. et Exc. Voss. nisi quod in Guelph. est *successeritis.* Mox, *et quod se* in quibusdam edd. *et* ignorant codd.—2 *Jove* deest in Exc. Voss. *de vestro occinit poëta Romanus Jove* Guelph. *cecidit* cod. Livin. *esse* abest in Bertin. unde Livin. *Jovis omnia plena, id, &c.* Guelph. habet *Jovis omnia plena esse.* Mox, Schonhov. rescribendum opinatus, *toti infusam mundo;* et sic edidit Cuspinianus. Pro *mundo*, Exc. Voss. et Guelph. habent *orbe.* Iidem codd. *numen tamen Jovis.*

CAP. XV. 1 Edd. vett. *me temporis loci;* Meurs. corr. *me temporis et loci ratio;* Vet. Bertin. Cuspin. *et loci;* Acidal. conj. *temporis locique.*—2 *Spiritum ecce suggerunt* omnes edd. ante Baun. Vide Nott. Varr. *adhuc potest* Guelph. Exc. Voss. et edd. vett. *adhuc potes* Gud. 1. Putean. cum edd. Baun. Patarol.

NOTÆ

[o] *Poëta Romanus*] Virgil. Ecl. III. 61. 'Jovis omnia plena.' Idipsum sumserat ex Theocriti Idyl. XVII. 1. Id vero de Jove dicitur; cum quia Deorum princeps et rerum anima est, tum quia Jovis nomen aëri tributum est, qui ubique diffusus.

[p] *Infusam esse mundo*] Alludit ad illud Virgilianum Æn. VI. 724. 'Principio cœlum ac terras camposque liquentes, Lucentemque globum lunæ, Titaniaque astra Spiritus intus alit, totamque infusa per artus Mens agitat molem.'

[q] *Possit et Herculis*] Si unus Jupiter par est replendo orbi, quanto magis si comitem habuerit Herculem?

[r] *Sed ecce suggerunt*] Ante erat, *spiritum ecce suggerunt,* sed ita restitui ut ex veteri codice et ex Langii con-

salubritate temporum, et fertilitate terrarum. 3. Revera enim, sacratissimi Imperatores, scimus omnes, ante, quam vos salutem reipublicæ reddideritis, quanta frugum inopia, quanta funerum copia fuit, fame passim morbisque grassantibus. Ut vero lucem gentibus extulistis, exinde salutares spiritus jugiter manant. 4. Nullus ager fallit agricolam, nisi quod spem ubertate superat. Hominum ætates, et numerus[s] augetur. 5. Rumpunt horrea conditæ messes, et tamen cultura duplicatur. Ubi sylvæ fuere, jam seges est: metendo, et vindemiando deficimus.

Cap. xvi. 1. Illud vero, non suggeratur licet, quomodo dicam, ante quam desinam? tantam esse imperii vestri felicitatem, ut undique se barbaræ nationes vicissim lacerent et excidant; alternis dimicationibus et insidiis clades suas duplicent, et instaurent; Sarmaticas vestras, et Ræticas, et Transrhenanas expeditiones furore percitæ in semet imitentur. 2. Sancte Jupiter, et Hercules bone, tandem bella civilia ad gentes, illa vesania[a] dignas, transtulistis, omnemque illam rabiem extra terminos hujus imperii

Schwarz. et Jæger. et sic conj. Livin.—3 *Revera, sacratissime imperator* Bertin. Cuspin. et edd. ante Schwarz. *Rerera enim, sacratissimi imperatores* codd. Schwarzian. Guelph. *enim* abest a Vossii excerptis. *redderetis* Exc. Voss. et omnes edd. ante Grut. *quæ funerum copia* Guelph. *copia fuerit* e conj. edidit Schwarz. eumque secutus est Jæger.—4 ‘ Sunt, qui solicitent nomen *ætates*. Rhenanus putat, forsan legendum, *ætas et res*. Sed de augmento rerum mox agit Mamertinus, qui de industria numero multitudinis, *ætates*, usus esse videtur, ut significaret, horum imperatorum ævo plures homines, et senes, et vegetos, et adolescentes, vivere. Pro *augentur*, quidam libri habent *augetur*.’ Schwarz. Vide Nott. Varr. Sine codd. primus *augentur* reposuit Cellar. eumque secuti sunt Schwarz. et Jæger.—5 Edd. vett. Guelph. et Exc. Voss. *defecimus*; Vet. Putean. et Gud. 2. cum edd. Schwarz. et Jæger.

Cap. xvi. 1 Sched. Langii, *licet non suggeratur, dicam*, omissa voc. *quomodo*. Grut. scripsit, *non s. licet, quoquo modo dicam, antequam desinam*. Vide Nott. Varr. *tantum esse* Grut. et sic Guelph. et Exc. Voss. *tantam esse* Vet. Putean. *felicitatem, undique* edd. ante Grut. Τὸ *ut* servant Vet. Put. Sched. Langii, et edd. recentt. *laterent* Guelph. Mox, *in se imitentur* edd. Schwarz. et Jæger.—2 Edd. vett. *ad gentes illas*; Guelph. Gud. 1. 2. Schwarz. et Jæ-

NOTÆ

jectura observat ad oram editionis suæ Livineius. Mox *potes*: alii legunt *potest*.

[s] *Ætates, et numerus*] Et diutius vivunt homines, et plures generantur.

[a] *Illa* [*illas*] *vesania*] An *illa*, ut referatur ad *gentes*? Ita suspicatur Livineius.

in terras hostium[b] distulistis. 3. Etenim, quod ait ille Romani carminis primus auctor:[c] A sole exoriente adusque Mæotis paludes; id nunc longius longiusque protendere licet, si quis hostilem in mutua clade vesaniam toto orbe percenseat. 4. Etenim in ipso solis ortu, non modo hac citra Mæotin sub extrema Septemtrionis plaga, qua fervidum caput Danubius[d] evolvit, quaque horridus secat Albis[e]

ger. et sic conj. Putean. et Livin.—3 Vet. Livin. *quod ait Romani, &c.* omisso pronomine *ille*. Pro *carminis*, ut conj. Pithœus, et habent omnes codd. *criminis* legitur in edd. Puteol. Rhenan. R. et H. Steph. Livin. Rivin. 1. et al. vett. Vide Nott. Varr. *Mæotidas* Puteol. Rhenan. R. et H. Steph. Livin. et Rhenan. *Mæotidi'*, vel *Mæotido' paludes* emendabat Columna ad Ennii Fragm. p. 163. Vide Bentl. ad Hor. Sat. I. 6. 17. et Burm. ad Anthol. Lat. tom. I. p. 212. *in mutuas clades* Gud. 1. ut conj. Putean.—4 *Etenim ab ipso* edd. ante Arntz. *Etenim in ipso* codd. Guelph. Schwarzian. et Exc. Voss. *Hac citra* edd. vett. *Hac circa* Bertin. 'Codex noster, pro *ac*, habet *hac*, ex errore librarii; quanquam illud *hac* olim omnes ediderunt, præter Patarolum, qui, cum animadverteret, *hac* haud congruere huic loco, illud prorsus prætermisit, et ex Livineii conjectura pro *citra*, recepit *circa*. Nos autem, pro *hac*, ex Duacensi editione reponimus *ac*; et ex omnium ceterorum librorum consensu, *citra* retinemus: quoniam id pro *supra*, quod in ipsius Ennii versu est, positum, ac, secundum structuram grammaticam ista verba ita ordinanda esse, existimamus, *Etenim, non modo ab ipso solis ortu, ac citra Mæotin, &c.* At neque illud reticemus, in nostro codice legi *Etenim in ipso solis ortu;* quam lectionem Gudius quoque aliunde libro alteri allevit.' *Schwarz.* '*Qua fervidum caput*] Ausi hujus loci interpretationem levi adminiculo adjuvare, ante verba, *qua fervidum caput*, copulam *et* posuimus, quæ facile excidere potuit; hac vero restituta, Danubius non necessario ad extremam Septemtrionis plagam referendus est; sed Mamertinus saltem dicere videtur, inter alios etiam populos originem Danubii accolentes in sanguinem suum ruisse.' *Idem.* 'Locus vexatus, et a Schwarzio, ut mihi quidem videtur, non satis recte explicatus. Assentior ei de mutatione τοῦ *hac* in *ac;* qua ratione autem *citra* positum esse possit pro *supra*, non intelligo: dicendum potius fuisset *ultra Mæotin*. Nec illud nos turbet, quod orator subjicit, *sub extrema Septemtrionis plaga*. Quis enim nescit, Nasonem, v. g. de terra Tomitana, aliosque Romanos de regionibus hisce ita esse locutos, quasi Mænalis ursa proxime eas aspiceret? Non inserenda est igitur copula *et*, sed, *qua fervidum caput Danubius evolvit*, hæc verba referenda sunt ad *extremam Septemtrionis plagam*, ut ita gentes, ostia Danubii accolentes, designentur. *Caput* enim hic pro

NOTÆ

[b] *In terras hostium*] Tale illud Horat. Od. I. 2. 'Audiet cives acuisse ferrum, Quo graves Persæ melius perirent.'

[c] *Primus auctor*] Ennius, cujus notum de Africano laudatum a Tullio Tuscul. v. 49. distichon: 'A sole exoriente supra Mæoti' paludes, Nemo est, qui factis me æquiparare queat.' At palus Mæotis media est inter fluvium Tanaim quem recipit, et pontum Euxinum in quem influit: *Mer de Zabache.*

[d] *Qua f. c. Danubius*] Id est, Sarmatæ, Eruli, et quicumque ultra Danubium incolebant.

[e] *Albis*] Id est, Burgundiones, Saxones, et Chatti. *Albis* autem fluvius

Germaniam; 5. sed etiam sub ipso lucis occasu, qua Tingitano littori[f] Calpetani montis obvium latus in mediterraneos sinus admittit oceanum, ruunt omnes in sanguinem suum populi, quibus nunquam contigit esse Romanis, obstinatæque feritatis pœnas nunc sponte persolvunt.

CAP. XVII. 1. Furit in viscera sua gens effræna Maurorum.[g] Gothi[h] Burgundios[i] penitus excidunt. Rursum pro victis armantur Alamani; itemque Thervingi,[j] pars alia Gothorum, adjuncta manu Thaifalorum,[k] adversum Vanda-

'ostio' positum esse puto, ut in Cæs. B. G. IV. 10. Rhenus multis capitibus in oceanum influere dicitur. Si *caput* h. l. fontem Danubii significaret, non video, quomodo Mamertinus potuisset dicere, omnes sub his plagis populos, *quibus nunquam contigit esse Romanis*, ruere in sanguinem suum. Rauricis enim, aliisque circum Abnobam montem populis jampridem Romanis esse contigerat.' *Jæger*. Vide Nott. Varr. Codd. Schwarzian. Guelph. Vet. Bertin. *Alba*.—5 Pro *lucis occasu*, Guelph. habet *Solis occasu*. Edd. vett. *qua Tingitanum littus Calpetano monti obvium, &c.* Gud. 1. 2. et Schwarzian. *sed etiam sub ipso solis occasu, qua Tingitano littori Sculpitani montis, &c.* Exc. Voss. habent, *Tingitano Jovi Scalpetani montis, &c.* Pro *latus* Sched. Langii *latius*; et sic conj. Acidal. *latus nisi mediterraneos* Guelph. et Exc. Voss. Pro *ruunt* Guelph. et Exc. Voss. *nunc*; et mox in iisdem *contingit*.

CAP. XVII. 1 Schwarz. et Jæger. *in viscera gens, &c.* omisso pronomine *sua*. *Burgundos* Vet. Putean. Vet. Bertin. Guelph. et Exc. Voss. *exscindunt* edd. ante Arntz. qui ex codd. Livin. Guelph. et Exc. Voss. restituit *excidunt*. Edd. vett. *Alamannia*; Vet. Putean. et quædam edd. *Alamanni*. Guelph. *Rursumque pro victis, &c.* Edd. vett. *Tervigi*; Vet. Livin. *Teriungi*; Guelph. Bertin. Cuspin. Exc. Schon. et Exc. Voss. *Tervingi*; Paul. Steph. *Tervigii*. Guelph. et Exc. Voss. *par alia Gothorum*. Vet. Livin. *Taifalorum*; Bertin.

NOTÆ

Germaniæ celebris in finibus Silesiæ oriens, per Bohemiam, Misniam, et Saxoniam in Oceanum influit infra Hamburgum. *Horridus* dicitur quia rapidus.

[f] *Tingitano littori*] Id est, Mauritania, ubi Quinquegentanæ nationes, a quinque civitatibus Libyæ, Cyrenis, Ptolemaide, Arsinoë (quæ Teuchira), Darnis, et Berenice ita dictæ, grassabantur. Has Maximianus haud multo post vi et armis domuit. Tingitanum littus dicitur ab urbe Tingitana, quæ Mauritaniæ caput est. Calpetanus mons in Hispania Bætica ad fretum Herculeum, contra Abylen Mauritaniæ oppidum. Restitui autem integritati suæ hunc locum post Acidalium ex veteri exemplari, cum in Puteana ceterisque editionibus sit, *Qua Tingitanum littus Calpetano monti obvium latus, &c.*

[g] *Maurorum*] Qui in Africa habitabant circa littus maris, inter fretum Gaditanum et Numidiam.

[h] *Gothi*] Populi Sarmatiæ Europææ, Boreale littus maris Euxini incolentes, prius Getæ dicti.

[i] *Burgundios*] Alii *Burgundos*, alii *Burgundiones* vocant. Germaniæ populi, de quibus supra Panegyrico proxime præcedenti cap. v.

[j] *Thervingi* [*Tervigi*] Populi trans Istrum circa Daciam. Alii *Thervingi* scribunt.

[k] *Thaifalorum*] Populi Scythiæ Eu-

los[l] Gipedesque[m] concurrunt. 2. Ipsos Persas,[n] ipsumque regem, ascitis Sacis, et Rufiis, et Gelis[o] petit frater Ormies, nec respicit vel pro majestate quasi regem, vel pro pietate quasi fratrem. 3. Burgundiones Alamanorum agros occupavere, sed sua quoque clade quæsitos. Alamani terras amisere, sed repetunt. 4. O magnam vim numinis vestri! Non istæ modo, aliæque gentes, viribus armisque terribiles, fiducia instructæ ad perniciem immanitatis utuntur, sed etiam Blemyes[p], illi, ut audio, levibus

Taifolorum; Guelph. et Exc. Voss. *Thayfalorum*. Guelph. et Schwarzian. *adversum Blandalos*; Puteol. *adversum Bandalos*; Exc. Voss. *ad Blundalos*. Livin. *Gepidasque*.—2 *Saccis* edd. vett. *Sacis* Vet. Livin. et Sched. Langii. Vulgo, *et Ruffis et Gellis*; Vet. Livin. *Rufis*. Pro *Ormies* Cellar. et Patarol. legunt *Ormisda*.—3 *Alemanorum* Guelph. et Exc. Voss. '*Sed sua quoque clade quæsitos. Alamani, &c.* Sic recte hæc verba distinguuntur; cum primi editores, Puteolanus, Cuspinianus, Rhenanus, Navius, ea obscurius ita edidissent, *Sed sua quoque clade quæsitus Alamani* (quidam habent, *Alamania*) *terras amisere, sed repetunt.* Nec satisfacit Sigonius, qui hæc ultima verba sic rescripsit, *quæsitas Alamani terras amisere quas repetunt.*' Schwarz. Vide Nott. Varr. ' Livineius, qui participium *instructæ* retulit ad nomen antecedens *gentes*, maluit pro *utuntur*, legere *vertuntur*; quoniam e compendio scripturæ, *vtuntur*, natum sit *utuntur* idemque *immanitatem* per ' barbariam,' i. e. barbaros populos, interpretatus est. Sed nobis nulla mutatione opus esse videtur, si participium *instructæ* referamus ad nomen *immanitatis*, atque omnia ista verba hunc in modum grammatice ordinemus ac construamus: *Non modo istæ aliæque gentes, terribiles viribus armisque, utuntur fiducia immanitatis instructæ ad perniciem; sed etiam Blemyes . . . quærunt arma, &c.*' Schwarz.—4 *viribusque armisque* ediderunt Puteol. Rhenan. et H. Steph. In ed. Livineii primum *que* omissum est, quod etiam ignorant codd. *Blemii* edd. vett. *Blemies* Vet. Putean. *Blemyes* Exc. Voss. Vet. Livin. Berlin. Sched. Lang. et

NOTÆ

ropææ, circa Hierasum fluvium, quos a Trajano imperatore subactos esse refert Victor.

[l] *Vandalos*] Circa oram maris Baltici incolentes, ubi nunc Pomerania ulterior. Hi in Galliam primum, post in Hispaniam effusi, sedem in Bætica locarunt, quæ propterea Vandalia seu Vandalitia, *Andaluzia*, magna ex parte nominatur. Inde in Africam, ac demum in Sardiniam excurrerunt sub Genserico rege.

[m] *Gipedesque*] Seu *Gepidi*, Sarmatiæ Europææ populi inter Dacos et Getas annumerati.

[n] *Persas*] Populi Asiæ clarissimi, quorum regio inter Susianam ad Occasum, et Carmaniam ad Ortum; Parthiam ad Austrum, et Sinum Persicum ad Meridiem contenta est.

[o] *Sacis, et Rufiis, et Gelis*] Asiæ populi, forte circa Persidem et Mediam, non procul a Mari Caspio. De Sacis multa sunt apud Ammianum: aliorum nullibi quod sciam præterquam in hoc loco mentio est.

[p] *Blemyes*] Seu *Blemmyes*, ut vocat Strabo, Æthiopiæ populi, Ægyptiis finitimi: ad citeriorem Nili partem supra Syenen habitabant, teste Strab.

modo assueti sagittis, adversus Æthiopas[q] quærunt arma, quæ non habent, et pæne nudis odiis prælia internecina committunt.

CAP. XVIII. 1. Jam de perduellibus ultionem non armis, non exercitu, capitis, sicut hucusque fecistis: jam, inquam, fortunatissimi Imperatores, felicitatem vincitis soli. 2. Et quid unquam Romani Principes de felicitate sua prædicari lætius audierunt, quam cum diceretur, hostes quiescere, otiosos esse, pacem colere? 3. At enim quanto hoc est lætabilius ac melius, quod de prosperitate sæculi vestri certatim omnium hominum ore circumfertur: barbari ad arma concurrunt, sed invicem dimicaturi! vicerunt barbari, sed consanguineos suos. 4. Tam innumeros vobis,

Cuspin. Vide Nott. Varr. *Æthiopes* edd. vett. *Æthiopas* Vet. Livin. aliique codd. cum edd. recentt. *quæ non habent arma* edd. vett. *arma quæ non habent* Vet. Livin. Schwarzian. et Guelph. Mox, Puteol. *internecina.*

CAP. XVIII. 1 'Codex noster habet, *fortissimi Imperatores.* Quæ lectio tunc videtur huic loco congruere, si respiciamus verbum *vincitis.* Contra, *fortunatissimi* dicendi sunt Imperatores, si hoc ἐπίθετον ad *felicitatem* referamus. Interim sequimur lectionem vulgatam.' *Schwarz.*—2 *Et quod* edd. vett. *Et quid* Vet. Putean. Schwarzian. et edd. recentt. *hostes quietos* Vet. Livin. et Exc. Voss. *occisos esse* Puteol. Cuspin. Rhenan. Duac. Livin. R. et H. Steph. Rivin. 1. et al. vett. *otiosos esse* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Sched. Langii, et Cuspin.—3 Codd. Gud. 1. 2. Schwarzian. et Exc. Voss. *laudabilius ac melius.* 'Mira corruptela fœdavit in hoc loco libros antiquiores, et ipsum quoque codicem nostrum. Puteolanus, Rhenanus, Duacensis, Henricus Stephanus, Livineius edidere, *omnium hominum circumfert Barbaria? Darnia, sed invicem dimicaturi vicerunt barbari, &c.* Codex noster habet, *Omnium hominum circumfert barbaria damna. Sed invicem dimicaturi vicerunt barbari.* Cuspinianus eadem prodidit, nisi quod post vocem corruptam, *Darnia*, inseruit verbum ad sententiam explendam necessarium, *concurrunt.* Teste Lipsio Epistol. Quæst. I. 22. Divæus ex vestigiis Viennensis libri restituit veriorem lectionem. Sed et Livineius, in notis, hæc breviter commentatur: 'Sententia fœde corrupta, quæ in L. (i. e. in Caroli Langii schedis) integra. Sic igitur ibi scribitur: *hominum ore circumfertur: barbari ad arma concurrunt, sed invicem dimicaturi. Vicere barbari, &c.*' Restitutam igitur hanc lectionem asciverunt Gruterus, Puteanus, De la Baune, Cellarius, et Patarol. Facile autem in ipsis mendis animadvertas vestigia melioris lectionis. Inepti enim librarii omnium maxime corrupere has voces, *barbari ad arma concurrunt.* Primo enim divisere præpositionem *ad*, cujus priorem literam *a* agglutinavere antecedenti voci *barbari*, unde prodiit *barbaria;* alteram literam *d* retulere ad sequentem vocem *arma*, in qua literam *m*, pro *n* et *i*, habuere, unde

NOTÆ

[q] *Æthiopas*] Æthiopia duplex; superior et inferior. Illa sub Ægypto inter Nilum et Sinum Arabicum; *les Abyssins:* altera, quæ antiquis ignota fuit, ultra Æquatorem extenditur, ubi nunc *Monomotapa, Congo,* &c.

tam novos ex omni hostium genere successus fortuna suppeditat, ut jam mihi necesse sit, illa, quæ initio separaveram, rursus hic communi laude conjungere, dum tantorum eventuum quæro rationem. 5. Felicitatem istam, optimi Imperatores, pietate meruistis.

CAP. XIX. 1. Optime igitur, quantum arbitror, sacratissime Imperator, hæc potissima elegi, quæ gemino natali tuo[r] prædicarem. 2. Etenim ceteræ virtutes, et bona cetera processu ætatis eveniunt, fortitudo annis accedentibus roboratur; continentia disciplinæ præceptis traditur; justitia cognitione juris addiscitur; ipsa denique illa, quæ videtur omnium rerum domina esse, sapientia, perspectis omnium moribus, et exploratis rerum docetur eventis; solæ cum nascentibus pariter oriuntur pietas atque felicitas; na-

extitit *Darnia ;* quæ vox nihili est. At librarius nostri codicis in eadem voce, *arma*, duas literas, *rm*, pro *mn*, habuit, atque inde, assumta litera *d*, ex *ad* effinxit *damna*. Verbum *concurrunt*, omnes veteres libri, præter Cuspiniani ἔκδοσιν, nescio qua ex causa, omisere. Denique inepta etiam interpunctione sententiam Mamertini adhuc multo magis obscurarunt.' *Schwarz.* Guelph. habet, *quod prosperitatem seculi vestri certatim omnium hominum circumfert barbaria damnarunt, sed invicem ;* Exc. Voss. *de prosperitate s. v. c. o. hominum circumfert Barbaria clamna.* Voc. *clamna* est ex *damna* corruptum. Pro *vicerunt*, quod exhibent Guelph. Exc. Voss. et edd. ante Grut. *vicere* legitur in edd. recentt.—4 Edd. vett. *suos tamen innumeros ;* Guelph. Exc. Voss. Vet. Livin. Langii Sched. Cuspin. et Rhenan. *suos. Tam, &c.* Guelph. cum edd. Puteol. Rhenan. et Rivin. 1. *ex omnium hostium.* Schwarz. et Jæger. edidere, *ab initio.* Mox, edd. vett. *communium laude ;* Vet. Livin. Schwarzian. Exc. Schonhov. Langii Sched. Cuspin. Grut. et recentt. *communi laude ;* Exc. Voss. *hominum laude ;* Guelph. *homi laude.* Vide Nott. Varr.

CAP. XIX. 1 Edd. vett. *Optime igitur, sacer imperator, quantum arbitror.* Lectionem nostram exhibent cod. Schwarzian. et Gud. 2. *sacratissimi imperatores* Guelph. et Exc. Voss. Pro *gemino*, Cuspin. habet *genuino*, quod placebat etiam Gothofredo ad Cod. Theodos.—2 Pro *addiscitur*, quod exhibent cod. Guelph. Exc. Voss. Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Grut. et recentt. *adscitur* legitur in edd. Puteol. Nav. Rhenan. Duac. et Livin. *rerum omnium* Vet. Livin. *perspectis hominum moribus* conj. Livin. et Put. *hominum moribus*, vel, *omnium motibus* Acidal. τὸ *hominum* in textum recepere

NOTÆ

[r] *Gemino natali tuo*] Alii delent illud *tuo ;* alii restituunt *vestro.* Ego sic explico: diem illum duplici nomine Maximiani natalem dici, et quod eo die ipse natus esset, et quod eodem natus Diocletianus, quem velut fratrem colebat; amicis autem atque adeo fratribus omnia communia. Maximianum enim, qui solus aderat, alloquitur; cujus natalem esse geminum dicit, quia pariter erat Diocletiani, quem fratrem illius vocat. *Gemino natali tuo*, id est, eo die qui duplici de causa tibi natalis est.

turalia sunt enim animorum bona, et præmia fatorum. 3. Gemini ergo natales pias vobis mentes, et imperatorias tribuere fortunas, atque inde sanctitatis vestræ, omniumque successuum manat exordium, quod nascentes vos ad opes generis humani bona sidera et amica viderunt: 4. quæ vobis concordiam sempiternam, et vestrorum generum caritatem, et fovendæ reipublicæ studia conciliant, itemque, præter victorias toto orbe terrarum partas, etiam navalia tropæa[s] promittunt: 5. ut, post bella Punica, post Asiæ Syriæque reges, Romani rostra campi novis ornetis exuviis, et oblitos jam Quirites in memoriam reducatis, cur ille solennis concionibus locus rostra vocitetur.[t] 6. Dico enim magna certaque fiducia, digna est hac quoque gloria vestra pietas, et potest eam præstare felicitas.

Cellar. Patarol. Schwarz. et Jæger. *doceretur* Guelph. et Exc. Voss.—3 *Genuini ergo* Cuspin. *ad opem* edd. vett. *ad opes* Guelph. Vet. Livin. Bertin. Schwarzian. et vet. cod. Pithœi. Pro *nascentes*, Exc. Voss. habent *noscentes*. Deinde *juverunt*, pro *viderunt*, Baun.—4 In quibusdam codd. *permittunt*. —5 Guelph. et Exc. Voss. *et post bella, &c.* Vet. Putean. *ornentur exuviis;* Vet. Livin. et Bertin. *ornet his exuviis;* unde Livineius conj. *ornetis exuviis;* Grut. legendum putabat, *Romani rostra fori novis ornetis exuviis;* Acidalius etiam, *ornetis exuviis.* Vide Nott. Varr.—6 *Digna enim* Schwarz. et Jæger. *digna est hæc* Vet. Putean. Vet. Livin. Exc. Voss. et Cuspin. *digna est hac* Sched. Langii, et Bertin. 'Quidam pro *hac* edidere *hæc;* nonnulli pronomen hoc prorsus prætermisere. Bene se habet recentiorum lectio *hac;* quæ etiam consensu codicis nostri adjuvatur.' *Schwarz.* Ordine inverso, *pietas vestra*, Schwarz. et Jæger.

NOTÆ

[s] *Etiam navalia tropæa*] Facit hic locus ut suspicer tunc Constantium Maximiani nomine contra piratas bellum navale gessisse; quo enim votum istud alio pertineret nisi tum bellum gereretur?

[t] *Rostra vocitetur*] Ea pars fori fuit, quæ ante curiam Hostiliam, in qua erat suggestum, Antiatum navium rostris exornatum, ex quo loco sæpe orationes habebantur. Ita Livius,

PANEGYRICUS IV.

EUMENII VITA.

Eumenius origine Græcus in Galliis natus est Augustoduni: qua in urbe, temporibus illis florentissima, et bonarum artium velut sede, ipse Pan. iv. 17. 'avum suum, cum esset octogenario major, quondam docuisse,' ait, 'hominem Athenis ortum, Romæ diu celebrem, mox in ipsa urbe perspecto et probato hominum amore doctrinæ, atque hujus ipsius operis veneratione detentum.'

Ipse cum in aula Constantii Chlori Cæsaris esset magister sacræ memoriæ, id est, libellis et epistolis faciendis, signandisque rescriptis præesset, tanta cum ingenii et eloquentiæ præstantia amplissimum illud palatii munus obiit, ut in Æduensium scholarum moderatoris demortui locum a Constantio suffectus sit. In cujus rei actis Constantius Eumenii eloquentiam et gravitatem commendat, et geminata ejus pensione, sexcena millia nummum (hoc est 26250. libras Francicas) ei pro salario attribuit, cap. iv. Quam pecuniæ summam Cæsari obsecutus accepit quidem, ut ipse ait, 'quantum ad honorem spectabat,' c. xvi. eam vero ad Æduensium scholarum instaurationem impendendi potestatem sibi fieri, habita eam in rem hac elegantissima oratione, petiit. Numerosam sibi sobolem fuisse testatur Pan. vii. 23. ubi conversa ad Constantinum Magnum oratione: 'Maximas,' inquit, 'numini tuo gratias ago, tibique quod superest commendo liberos meos, præcipueque illum jam summa fisci patrocinia tractantem, in quem

me totum transtulit pietas. . . . Ceterum quod de omnibus liberis dixi, lata est, Imperator, ambitio. Præter enim illos quinque quos genui, etiam illos numero, quos provexi ad tutelam fori, ad officia palatii.'

Quo anno natus sit, et quo obierit incertum est. Certe haud admodum juvenem eum fuisse oportet anno Christi 296. tum cum hæc dicta est oratio, siquidem ejus filius jam tum magistratum gerebat amplissimum. Et Pan. VII. 1. 'subitam dicendi facultatem' negat bene sibi convenire, qui 'mediæ ætatis amplius non esset.' Et cap. XXII. optans ut Constantinus Augustodunum aliquando veniat: 'Sed enim,' inquit, 'ista felicitas viderit, an adhuc meæ debeatur ætati.'

Quatuor ex his Veterum Panegyricis Eumenio tribui solent: Quartus, quem pro restaurandis Æduensibus scholis Augustoduni dixit coram viro perfectissimo, hoc est, coram Lugdunensis primæ præside, opinor Rictiovaro, ut in notis ostendo: anno 296. ut apparet ex imperatorum Cæsarumque victoriis quæ c. XXI. perstringuntur, quæque in hunc tantum annum cadere possunt, ut in imperatorum Diocletiani et Maximiani Augg. et Constantii Cæsaris Vita observavi. Quintus, quem Treveris coram Constantio Cæsare ut ex Paneg. cap. IV. patet: 'Habenda est ratio temporis Cæsare stante dum loquimur.' Duobus Augustis, et Galerio Cæsare absentibus, ut manifestum est ex cap. V. ubi eorum præclare gesta perstringens: 'Hæc aliis,' inquit, 'celebrabo temporibus, iis ipsis, qui gessere, præsentibus:' sub finem anni Christi 296. post occisum Allectum, recuperatasque Britannias, ante Lingonicam Constantii victoriam, de qua verbum nullum est: cum Maximianus Aug. Mauros oppugnaret. Quanquam hunc nonnulli incerto auctori, et Rhenanus Mamertino aut Belgæ cuipiam ascribit; fortasse quod hujus Panegyrici auctor diu se siluisse initio dicit, cum tamen Eumenius hoc ipso anno Panegyricum dixerit; tum quia habitam a se coram Maximiano orationem ait, quæ non extat. Sed ut hunc et sequentes duos Panegyricos Eumenio tribuam, facit et simi-

litudo styli, et quod de institutione puerorum, et officio Palatino passim habet. Septimus, quem item Treveris, die ejus urbis natali anno, Christi 310. coram Constantino dixit, paulo post ejus natales, qui, sicut est in Kalendario vetere apud Bucherium, in tertium Kal. Mart. incidebant. In fine hujus orationis imperatorem invitat Æduensem urbem venire ne gravetur. Cumque anno sequenti imperator eam urbem ingressus restitui publica ædificia jussisset, et cives tributorum remissione sublevasset, Æduenses ipsum Eumenium, cujus eloquentiæ singulare principis beneficium acceptum referebant, statim ad imperatorem legarunt Treveros, ubi in celebri legatorum cœtu, qui eo undecumque ad quinquennalia principis celebranda venerant, Flaviensium nomine Constantino gratias acturus, octavum Panegyricum habuit.

VITA EUMENII

BREVITER EXPOSITA

A CHRIST. GOTLIBIO SCHWARZIO.

Eumenius rhetor fuit Augustoduni, metropoli Æduorum in Gallia, quæ urbs eo tempore liberalium artium cultura multum floruit. Ibidem olim et Eumenii avus docuerat, octogenario major, homo Athenis ortus, Romæque diu celebris. Vid. Eumen. Orat. pro Restaur. Schol. cap. XVII. Inclaruit Eumenius circa exitum sæculi a Christo nato tertii; at incertum est, quo ille anno natus, mortuusve fuerit; quanquam ipsum ad ingravescentem ætatem processisse, ex Panegyricis reliquis intelligamus. Obiit ille in aula Constantii Chlori, partes sustinens magistri sacræ memoriæ; suamque dexteritatem, et ingenii præstantiam Cæsari mirifice approbavit. Hinc et Constantius in literis ad Eumenium datis, quæ hujus orationi pro Instaurandis Scholis cap. XIV. insertæ leguntur, testatus est, se ipsius eloquentiam, et morum gravitatem ex muneris aulici administratione compertam habere; adeoque et eundem hortatus est, ut, salvo honoris palatini privilegio, professionem oratoriam repeteret, atque in Augustodunensium civitate mentes adolescentium ad vitæ melioris studium excoleret, neque putaret hoc munere partis antea honoribus aliquid derogari, cum honesta professio ornet potius omnem, quam destruat, dignitatem. Qua de causa et duplicata pensione sexcena millia nummum ei a Cæsare quotannis sunt attributa. Quam ingentem pecuniæ summam Eume-

nius honoris causa quidem accepit, et in accepti rationibus perscripsit; sed deinceps, peculiari oratione habita, a Cæsare petiit, ut sibi liceret illud ipsum salarium patriæ suæ expensum referre, atque instaurandis Æduensium scholis, quas Mænianas vocat, destinare. Nihil attinet, hoc loco commemorare, numerosam sobolem fuisse Eumenio: in capite enim ultimo Panegyrici, quem Constantino Augusto dixit, huic liberos suos quinque commendavit; quorum unus jam summa fisci patrocinia tractarit. Equidem hunc rhetorem sibi vendicat civitas Cliviensium, qui adhuc ostentant statuam tripedaneam, quam Eumenii Rhetoris esse tradunt. Cujus statuæ imaginem non tantum apud Tessemakerum in Annalibus Civiæ, et apud Frisium in opusculo Balduini de Calceo cap. 12. sed etiam apud Jo. Braunium in Comment. de Vestitu Sacerdotum Hebræorum, pag. 390. videre licet. Cui opinioni, præter Rhenanum, et alios quosdam, inprimis favit Pighius in Hercule Prodicio. Sed Pighio se jam opposuit Justus Lipsius in Excursibus ad Taciti Annal. III. probavitque, omnino Eumenium Rhetorem Augustoduni in Gallia, non vero ad Rhenum Cliviopoli, studiosam juventutem docuisse. Atque hoc vel ex ipsius Eumenii Panegyricis satis manifestum est; nisi forte credamus, Eumenium jam ante officium Palatinum Cliviis instituendæ pubi vacasse; postea vero, quam conspicua magistri memoriæ dignitate functus fuerat, Augustoduni professoris munia obiisse, et sublimioris doctrinæ partes docuisse. Cum enim ex Constantii Cæsaris literis pateat, Eumenium jussum fuisse oratoriam professionem repetere; facile conjici potest, illum jam ante ea tempora alicubi in juventute docenda versatum fuisse. Taceo, quod idem colligi queat ex initio ejus Panegyrici, quanquam de Cliviensium scholis nihil usquam memoratur. Ceterum, an illa vera statua, et imago Eumenii Rhetoris sit, quam ostentant Clivii, jam non disputo. Negat id Lipsius; negat idem Braunius. Hic vero, loco citato: 'Persuasissimum mihi est,' inquit, 'statuam, quæ Cliviis in aula conspicitur, non magis Eumenium Rhetorem, quam

Nebucadnezarem, Alexandrum Magnum, aut ipsum Herculem referre. Non enim rhetorem, sed militem certissime exhibet.' Reliquit Eumenius aliquot ingenii sui monumenta. Ex Panegyricis Veteribus ei hodie a nonnullis quatuor, ab aliis quinque tribui solent, quos vir celeberr. Jo. Albertus Fabricius in Append. Bibl. Latinæ p. 484. recensuit. Nec male existimavit Tillemontius Hist. Imperat. tom. IV. p. 47. intercidisse Panegyricum, in quo Eumenius, ut ipse sub auspicium præsentis Panegyrici innuit, Maximiani Herculei laudes prius exposuerat. Habuit vero is hanc Orationem, quam nunc damus, coram Constantio Chloro, quem, dicente Panegyrista, stetisse, ex cap. IV. intelligimus. Neque affuere tunc Augusti duo, Diocletianus et Maximianus, Cæsarque Galerius; quorum laudes se in posterum coram expositurum esse promisit. Occasionem huic Orationi habendæ dedit victoria Constantii, quam ille, occiso Allecto, et recepta Britannia, anno Christi CCXCVI. reportarat. Non autem necesse esse puto, ut suspicionem Rhenani, hunc ipsum Panegyricum Mamertino potius, aut Belgæ cuidam, quam Eumenio falso attribuentis, jam refellam.

EUMENII

PRO INSTAURANDIS SCHOLIS ORATIO.

SYNOPSIS PANEGYRICI.

In Exordio dicit quantum sibi metum affert loci insolentia, tantum se dicendi causa recreari.

Distributio: I. Augustoduni scholas esse instaurandas. II. Qua ratione id possit sine sumtu publico fieri, cap. III.

I. Pars. Mentem Imperatorum et Cæsarum esse, ut non templa modo et publica opera, sed multo magis Æduenses scholæ, Bagaudicæ factionis irruptionibus collapsæ, ad Gallicæ nobilitatis educationem instaurentur, cap. IV. Nullis principibus literas tantæ unquam curæ fuisse, cap. V. Intellectum illud, cum harum scholarum moderatore mortuo alterius subrogandi curam susceperunt ipsi per sese, et ad hujus professionis commendationem eum elegerunt, qui officium in palatio gereret amplissimum, cap. VI. Si veteres ei virtuti, cujus studio ducerentur, templa statuebant, Constantium pro suo erga literas amore has scholas erectas velle, cap. VII. Ab earum situ ipso probat instaurandas esse, cum quia in media urbe, tum quia inter Apollinis templum et Minervæ, cap. IX.

II. Pars. Sexcena millia nummum pro magisterii sui salario sibi a Constantio data ad hoc opus se collaturum, cap. XI. Sic enim digniorem se hac principis liberalitate futurum, cum eam ipsam in patriæ usum contulerit: satis sibi esse ad gloriam quod ea summa sibi decreta sit. Ita futurum ut omnes intelligant, se non avaritia ductum ad id officium accessisse, cap. XII. Cuilibet pretio anteponere se literas, quibus Gallicæ nobilitatis institutio sibi a Constantio commendatur, cap. XIII. Literæ Constantii, cap. XIV. Hac Cæsaris humanitate ad instaurandas scholas incitari se, cap. XV. Pecuniam illam scholis propter quas sibi data est libenter dare, et in quibus olim avus ipsius docuerit, velle se imperatorum in restituendis operibus publicis pietatem, quantum fert res sua, imitari. Par esse ut non minus eloquentia, aut potius eloquentiæ sacra loca reflorescant liberalitate principis, quam ceteræ orbis partes, cap. XVII.

In fine præsidem rogat ut ad id operam suam interponat apud imperatores et Cæsares, quo possit et novum hoc eorum in literas beneficium celebrare, et pueris eorundem victorias, quas obiter recenset, descriptas in porticibus ostendere, cap. xx.

CAP. I. 1. CERTUM habeo, V. P.,[a] non quidem te, qui semper in omni genere dicendi maxima facultate viguisti, sed circumstantium plerosque mirari, quod ego, qui ab ineunte adolescentia usque in hunc diem nunquam isto in loco[b] dixerim, et quantulumcumque illud est, quoad labore ac diligentia videar consecutus, exercere privatim, quam in foro jactare maluerim, nunc demum, sero quodam tirocinio, ad insolitum mihi tribunal aspirem: 2. a quo ego me fateor, quanquam mihi sedes ista justitiæ et ad agendum et ad dicendum amplissima[c] videretur, diffisum tamen ingenio meo, antehac abfuisse: et hoc ipso in tempore, quam-

Titulum fere omittunt codd. *Pro restaurandis* Livin. et plurimæ edd. *Pro instaurandis* edd. Rhenan. R. et H. Steph. et Rivin. *Eumenii oratio pro scholis instaurandis* codd. Putean.

CAP. I. 1 Pro *V. P.* quod codd. et edd. antiquiss. exhibent, *Vir Perfectissime* dederunt Grut. et qui secuti sunt, etiam Schwarz. et Jæger. *usque ad hunc diem* Balduin. *dixeram* Guelph. Mox, edd. vett. *quod labore ac diligentia videor;* lectionem nostram e cod. Guelph. reposuit Arntz. *exercerere privatim* Guelph.—2 Cuspin. Livin. Rhenan. Steph. al. vett. *quanquam sedes;* Vet. Livin. Bertin. Guelph. ed. Grut. et recent. *quanquam mihi sedes.* Rivin. 2. *amplissima videatur.* Mox, edd. vett. *abfuisse,* et sic etiam Bertin. *afuisse* Vet. Livin. et edd. recentt. *abstinuisse* conj. Grut. et Acidal. *ingenio me antehac abfuisse* edd. Puteol. Rhenan. H. Steph. Balduin. et Rivin. 1. unde Arntz.

NOTÆ

[a] *V. P.*] Compellat præsidem Galliæ Lugdunensis primæ, sub quo erat Æduensis ditio. Nam ut præfectus urbi vir gloriosissimus dicebatur, præfecti prætorio per Illyricum, viri eminentissimi; viri spectabilis, præfectus Ægypti; viri clarissimi, rectores provinciarum; sic Galliæ præses, vir perfectissimus nominabatur. Videri potest cod. de Perfectissimatus Dignitate, lib. VI. Assentior autem potius Bucherio, præsidem illum fuisse Riccium, aut Riccium Varum, quem vulgo Rictiovarum appellant, quam Alfordo, qui in libro suo de Lucii Helenæ et Constantini Patria et Fide, hunc præfectum fuisse Constantium Chlorum putat. Eo enim tempore, quo dicta est hæc oratio, Constantium non senatorem, aut ut ille ait, urbis præsidem, sed Cæsarem fuisse liquet ex hac oratione.

[b] *Isto in loco*] Id est, in foro, ubi habita est hæc oratio, Augustoduni coram viro Perfectissimo.

[c] *Et ad agendum . . . amplissima*] Sumtum videtur illud ex initio orationis pro Lege Manilia, atque ex ea, quæ Divinatio in Verrem inscribitur.

vis diversissimum a contentione litium genus orationis habiturum, conscientiæ trepidatione revocari.

CAP. II. 1. Ne quid igitur aut opinioni hominum dubium relinquam, aut interpretationi ex hac postulatione, quam, de restituendis patriæ meæ [d] Mænianis,[e] mihi sumendam potius, quam cuiquam delegandam putavi, majus de me aliquid, quam posse me sentio, videar promittere: 2. contestatum esse initio dicendi apud audientes volo, temporarium me dicendi munus,[a] atque id ipsum meis studiis peculiariter commodare, non ad incognitam mihi sectam forensium patronorum,[f] alienæ laudis cupiditate, transire. 3. Neque enim tanta me aut negligentia aut confidentia tenet, ut nesciam, quanta sit inter hanc aciem fori, et nostra illa secreta studiorum [g] exercitia diversitas. 4. Ibi arman-

[a] *Me ad tempus tantum patronum agere.*

conj. *ingenio me meo, &c.* Deinde, *et conscientiæ* Bertin. unde Livin. conj. *ex conscientiæ, &c.*

CAP. II. 1 *Ne quid i. a. opinione* codex Jægeri. *et hac postulatione* conj. Livin. Pro *Mænianis*, Cuspin. *Meniana.* Quidam edd. et in his H. Steph. habent *delegendam;* Vet. Putean. *delegandam.* Mox, *putavi, ne majus* conj. Acidal.—2 Balduin. edidit *me studiis,* cujus editio repetita est in Jurisprudentia Rom. et Att. tom. I. quod semel monuisse suffecerit.—3 Pro *tenet*, Guelph. habet *teneam;* unde Arntz. conj. *teneat.* Pro *aciem fori,* Arntz. pater conj. *artem fori.* Pro *exercitia,* cod. Mœrl. et Gud. 2. habent *exerci-*

NOTÆ

[d] *Patriæ meæ*] Æduensis fuit, *d'Autun.* Augustodunum autem Æduorum metropolis fuit, Orientem versus a Sequanis Arari fluvio, Occidentem versus Ligeri ab Aquitanis separata.

[e] *Mænianis*] Meniana, seu Mœniana, ædificia dicuntur, quæ projectiones quasdam habent, seu tigna quædam ultra molem ædificii prominentia, sic dicta a Mænio censore, qui primus hanc ædificii formam invenit, cum ea conditione Catoni et Flacco Coss. domum suam vendidisset, ut sibi columna restaret, cui tectum postea et tabulata imposuit. Ex illo columna Mænia appellata est, inquit Asconius. Igitur probabile est scholas Augustodunenses, de quibus agit Eumenius, habuisse ejus generis ἐξωστάς. An forte scholæ dictæ sunt Mœnianæ, quod ad Mœnia urbis positæ essent? Certe 'illæ,' ut ex variis ejus orationis locis colligere est, 'erant in ipso transitu advenientium in eam urbem, in præcipuo loco positæ, quasi inter ipsos oculos civitatis, inter Apollinis templum atque capitolium. . . . Inde Athenarum conditrix Minerva: hinc Apollo medius Camœnarum . . . . In ipsa civitatis fronte, in facie vultuque civitatis,' cap. IX.

[f] *Forensium patronorum*] Abhorruit Eumenius a forensi strepitu, et exercitatione.

tur ingenia, hic præliantur.[h] Ibi prolusio,[i] hic pugna committitur. Hic plerumque velut sudibus et saxis, illic semper telis splendentibus dimicatur. Hic sudore et quasi pulvere sordidus, illic insignis ornatu laudatur orator. 5. Ut, si uterque, experiundi causa, officia commutent, alium quidem turbatum sonus[j] et strepitus armorum, alium quædam[k] triumphi scena deterreat.

Cap. iii. 1. Scio hæc, inquam, V. P., neque me sciens fallo; et idcirco tantum abest, ut me, relictis docendi præcipiendique rationibus, aptum atque idoneum putem, ut hoc ipsum,[l] quod vel uno die, atque una de re in foro dicam, veniam magis possim sperare, quam gloriam.[4]

[b] *Ut ob idipsum, quod semel et una de re in foro dicam, optare debeam, ut venia potius, quam ut laus mihi tribuatur.*

tatione.—4 Edd. antiquiores, itemque Patarol. *præliatur:* Baun. et Cellar. secuti Acidalii et Livineii conjecturam, quæ cod. Puteani et Gud. 2. suffragio firmatur, habent *præliantur.* Edd. vett. *Ibi prælusio;* Baun. conj. legendum esse *prolusio*, quod extat in Vet. Putean. Bertin. et Gud. *Hæc plerumque* Balduin. *Hic plerumque* Vet. Puteau. et edd. antiquiss. Pro *sudibus et saxis*, Lipsius conj. *rudibus et hastis.* Mox, *pulvere sordibus* Paul. Steph. et sic citat Markland. ad Stat. Sylv. v. 2. 108. sed ex ingenio *sordidus* emendat. Markland. l. l. citat *laudatur ornatiur*, ex quo tamen ipse *orator* effingit.—5 Pro *turbatum*, quod e codice Jægeri scripsit Arntzenius, R. Steph. habet *turbarum;* edd. al. vett. *tubarum.* Gud. habet etiam *turbatum.* *Alium quædam triumphi, &c.* 'Locus plerisque suspectus. Livineius *quidem* tolli jubet, ex superioribus perperam repetitum: *scena* abest ab editis; in Ms. quod Jac. De la Baune vidit, est *quædam triumphi scena.* Sensus non obscurus: forensem oratorem vilitas triumphi et victoriæ, quæ in scholis est, deterret. Plus lucri et majorem gloriam victor forensis causæ consequitur. Illud, si vera lectio, *scena* vocatur; ut dicuntur *scenici reges.*' Cellar. 'Pro *deterreat*, quod in ceteris legitur, Cuspinianus habet *deterreant.* Ea vero scriptura, quam nos exhibemus, nititur suffragio Vet. Puteani, nec non Mœrliani. Pro *quædam* Gud. habet *quendam.* Schwarzius conjicit *theatri* l. *amphitheatri scena*, ubi sc. gladiatores pugnabant.' *Jæger.*

Cap. iii. 1 *Scio hæc, inquam, hæc* Guelph. *neque si sciens fallo* al. ap. Putean. *docendi relictis* edd. ante Grut. *relictis docendi* Bertin. et Guelph. *ut hoc ipse* vett. edd. *ut hoc ipsum* codd. Mœrl. Guelph. Exc. Schon. Vet. Livin. Ber-

NOTÆ

[g] *Secreta studiorum*] Quæ in scholis fierent.

[h] *Præliantur*] Acidalii et Livineii emendationem sequor, in aliis editionibus est *præliatur.*

[i] *Prolusio* [*prælusio*] Forte, *prolusio.*

[j] *Alium quidem turbatum* [*turbarum*] *sonus*] Fori et scholarum exercitationes comparantur.

[k] *Alium quædam* [*quidem*] In veteri manuscripto, *quædam triumphi scena.*

[l] *Hoc ipsum* [*ipso*] Alii, *hoc ipsum.*

2. Quanquam in hac oratione, V. P., loci tantummodo insolentia, non dicendi novitate perturber: siquidem id postulo, quod non modo contradicendo nemo audeat impedire, sed omnes potius, quibus divina Principum liberalitas, quibus urbis istius restitutio, quibus optimarum artium celebratio grata atque jucunda est, summo gaudio et favore suscipiant, ut Mænianæ illæ scholæ, quondam pulcherrimo opere et studiorum frequentia celebres et illustres,[m] juxta cetera, quæ instaurantur, opera ac templa reparentur.[c] 3. Ita quantum mihi trepidationis affert locus, tantum relevat causa dicendi.[d] 4. Quam quidem ego, V. P., duas in partes[n] arbitror dividendam; ut prius disseram, quam sit ex usu et officio, opus illud ad pristinam magnificentiam reformari: deinde, qua ratione id possit sine sumtu publico, ex largitione quidem Principum maximorum, sed tamen cum aliquo meo erga patriam meam studio et amore, procedere.

Cap. iv. 1. Ante omnia igitur, V. P., divinæ Imperatorum Cæsarumque[o] nostrorum providentiæ, singularique in nos benevolentiæ hujus quoque operis instauratione pa-

[c] *Reficiantur itidem alia opera.*
[d] *Sic quantum timoris affert locus, tantum me recreat orationis argumentum.*

lin. Cuspin. et recentt. Mox, Guelph. *una de re.*—2 Guelph. *sed qui id postulo;* et paulo post, pro *urbis*, idem codex habet *verbis*. Duo voc. *et favore* desunt in Bertin. Cod. Mœrl. pro voce *reparentur*, habet *restaurarentur*; Gud. *restaurentur.*—3 Nonnulli codd. *tantum levat.*—4 Cod. Mœrl. et Guelph. *patriam meam.* Pronomen *meam* deest in edd. ante Arntzen.

Cap. iv. 1 Markland. ad Stat. Sylv. iv. 6. 65. emendat, *instauratio re-*

NOTÆ

[m] *Celebres et illustres*] Augustodunenses scholæ celebres erant vel Tiberii tempore: siquidem Tacitus Hist. iii. 43. dicit 'nobilissimam Galliarum sobolem, liberalibus studiis ibi operatam.' Quod ad Augustodunensem, non vero Augustocliviensem civitatem referri debere, Lipsius in excursu ad hunc locum probat multis validisque rationibus contra Rhenanum.

[n] *Duas in partes*] Distributio, qua bifariam orationem dividit. In priori parte ostendit Mænianas scholas esse instaurandas: in altera vero id suis sumtibus esse faciendum, atque in hoc opere decretam sibi a Constantio pensionem esse impendendam.

[o] *Imperatorum Cæsarumque*] Impe-

rendum est, qui civitatem istam, et olim fraterno populi Romani nomine[p] gloriatam, et tunc demum gravissima clade perculsam, cum, latrocinio Bagaudicæ rebellionis[q] obsessa, auxilium Romani Principis[r] irrogaret,[s] non solum pro admiratione meritorum, sed etiam pro miseratione casuum attollere, ac recreare voluerunt, ipsamque ruinarum ejus magnitudinem immortalibus liberalitatis suæ monumentis dignam judicaverunt, ut tanto esset illustrior gloria restitutorum, quanto ipsa moles restitutionis immanior. 2. Itaque maximas pecunias, et totum, si res poscat, ærarium, non templis modo ac locis publicis reficiundis, sed etiam privatis domibus indulgent: 3. nec pecunias modo,

ferenda est. Mox, *Batavicæ rebellionis* edd. ante Putean. Vide Nott. Varr. Deinde, pro *irrogaret*, quod servant Vet. Livin. Bertin. Guelph. et Caspin. *irrogantem* exhibent edd. vett. *invocaret*, aut *imploraret*, conj. Baun. *casum attollere* ed. H. Steph. *libertatis suæ* Guelph. *dignam vindicaverunt* cod. Mœrl.

NOTÆ

ratores Diocletianus, et Maximianus: Cæsares vero Constantius, et Galerius.

[p] *Fraterno pop. Rom. nomine*] De Æduis sermo est, quos Tullius ad Att. I. 19. 'populi Romani fratres' appellat, et Tacit. Annal. XI. 'Primi Ædui senatorum in urbe jus adepti sunt. Datum id fœderi antiquo, et quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Romano usurpant.' Paneg. VIII. 2. 'Ædui primi omnium inter illas immanes et barbaras Galliæ gentes plurimis senatusconsultis fratres populi Romani appellati sunt.' Posset id sexcentis aliis locis confirmari.

[q] *Bagaudicæ rebellionis*] Non *Batavicæ* ut Rhenano placet, tunc enim Batavos Romanis amicos fuisse notum est, immo varias a Francis injurias, propterea quod Romano imperio fidi essent, accepisse, ne dum intulisse Romanis. Deinde quomodo eo Batavi penetrassent? Bagaudæ autem iidem qui seditiosi et latrones. Bagauda latrocinium, tumultus popularis, seditio. Prosper. 'Eudoxius arte medicus, pravi sed exercitati ingenii, in Bagauda id temporis mota delatus ad Chunnos confugit. Et omnia pene Galliarum servitia in Bagaudam conspiravere.' Salvianus lib. V. 'Quibus enim aliis rebus Bagaudæ facti sunt, nisi iniquitatibus nostris?'

[r] *Romani Principis*] Nempe Claudii Aug. hujus nominis secundi, cujus opem Ædui a Bagaudis obsessi implorarunt. At is Gotthico bello intentus suppetias eis venire cum non potuisset, ipsi post septem mensium obsidionem, urbem suam Bagaudis eorumque duci, cui Tetrico nomen, aperire necesse habent. Ex quo loco colligo Bagaudas non Maximiani primum tempore adversus Romanos conjurasse.

[s] *Irrogaret*] Malim *invocaret*, aut *imploraret*, ut ad libri sui oram notat vir doctissimus Bongarsius.

sed etiam artifices transmarinos,[t] et ex amplissimis provinciarum ordinibus incolas novos,[u] et devotissimarum hyberna legionum, quarum invicta robora, ne in his quidem, quæ nunc cum maxime gerunt,[v] bellis, requirunt, ut commodis nostris[w] studio gratiæ hospitalis operentur,[e] et resides aquas, et novos amnes veluti aridis fessæ urbis visceribus refundant.

CAP. V. 1. Ex quo manifestum est, eos, qui coloniam[a] istam tot tantisque opibus totius imperii erigere atque animare statuerunt, vel præcipue sedem illam liberalium literarum velle reparari, cui peculiarem frequentiam hones-

[e] *Et legiones sibi addictissimas, quæ sunt in hybernis, ne nunc quidem ad se revocant, ad ea bella, quæ nunc gerunt: ut nobis commodent pro eo quo susceptæ a nobis sunt hospitio.*

—2 Guelph. *itaque cum maximas.*—3 Codd. Guelph. et Bertin. *ordinibus provinciarum.* Guelph. *ne in iis.* Præpositio *in* deest in Bertin. Puteanus legit, *quæ nunc maxime gerunt, bellis, &c.* Puteani conjectura confirmatur e cod. Guelph. in quo deest *cum;* et ita edidit Patarol. Pro *gerunt*, Cuspin. et Livin. cum R. Steph. *egent.* Acidalius malit *vigent.* Pro *requirunt*, cod. Mœrl. habet *requiruntur.* Mox, *reduces aquas* conj. Livin. *visceribus refundant* codd. Mœrl. et Gud. Vide Nott. Varr.

CAP. V. 1 Edd. vett. *tot tantisque operibus;* Vet. Putean. Vet. Livin. Guelph. Bertin. Cuspin. *tot t. opibus.* Edd. vett. *et præcipue;* Vet. Livin. Bertin. Guelph. Cuspin. Rhenan. et edd. recentt. *vel præcipue.* Mox, *liberalium artium* cod. Mœrl. sed *liberalium literarum* habet in margine. *velle reparare* tantum P. Steph. et Livin. *velle reparari* Guelph. Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. aliæque edd. Deinde, *cui peculiarem* Guelph. 'τὸ *peculiarem*, quod in textu Livineii et Baunii deest, tuentur codex membranaceus Livineii, ipso teste, itemque apographum Bertiniense, vetus liber Puteani, editio Cuspi-

NOTÆ

[t] *Transmarinos*] Non arcessitos e Græcia, ut Lipsius putat ad locum Taciti supra dictum, sed ex Britannia, ut manifestum est ex Pan. v. cap. 21. 'Devotissima vobis Æduorum civitas (Augustodunum) ex hac Britannica facultate victoriæ plurimos, quibus illæ provinciæ redundabant, accepit artifices, et nunc exstructione veterum domorum, et refectione operum publicorum et templorum instauratione consurgit.'

[u] *Incolas novos*] Idipsum Eumenius Paneg. VIII. 4. ad Constantinum: 'Divus pater tuus civitatem Æduorum voluit jacentem erigere, perditamque recreare non solum pecuniis ad calendaria largiendis et lavacris, sed et metœcis (id est incolis novis) transferendis.'

[v] *Gerunt*] Alii *egent;* alii *vigent.*

[w] *Commodis nostris*] Eumenius Pan. v. 9. 'Arat ergo mihi nunc Chamavus. Et Frisius, et ille vagus, ille prædator exercitio squalidus operatur,' &c. id est, qui ante urbem diripuerant, jam ei instaurandæ manus admovent.

[a] *Coloniam*] Id est, incolas novos, de quibus in superiore capite. Co-

tissimæ juventutis, illustrato studiorum honore, providerint. 2. Cui enim unquam veterum Principum tantæ fuit curæ, ut doctrinæ atque eloquentiæ studia florerent, quantæ his optimis et indulgentissimis dominis [b] generis humani? 3. quos ego, quod ad votum [c] pietatemque pertinet, liberorum nostrorum parentes appellare non dubito: qui nobilissimam istam indolem Galliarum suarum, interitu sui doctoris orbatam, respicere dignati, suo potissimum judicio præceptorem ei moderatoremque tribuerunt, et inter illas imperatorias dispositiones, longe majoribus summis reipublicæ [d] gubernandæ provisionibus [a] occupatas, literarum quoque habuere delectum: 4. neque aliter quam si equestri turmæ, vel cohorti prætoriæ consulendum foret, quem potissimum præficerent, sui arbitrii esse duxerunt; ne ii, quos ad spem omnium tribunalium, aut interdum ad stipendia cognitionum sacrarum, [e] aut fortasse ad ipsa palatii magis-

[a] *Negotiis.*

nismi, B. Rhenani, Stephani, Grut. quibus accedit auctoritas cod. Mœrl. Acidalius legit *peculiare;* et, 'interjectiuncula talis est,' inquit, 'quales in Valerio aliquot notavimus et Tacito. Separetur ergo ab aliis parenthesis nota.' Quod haud facile cuiquam probabitur.' *Jæger.* Vide Nott. Varr.—2 Guelph. *ut doctrina.*—3 Livin. in exemplari suo membranaceo invenit, *quos ego quod ad notum;* cui proxime accedit scriptura Mœrl. et Gud. *quos ego quo ad votum.* Mox, edd. ante P. Steph. *interitus;* al. *interitu.* Pro *sui doctoris,* quod habent codd. Mœrl. et Gud. *summi doctoris* legitur in omnibus edd. ante Arntz. Paulo post, pronomen *ei* ignorat Guelph. '*Longe majoribus,* quas voces Rhenanus, Livineius, Stephanus, Baunius, Patarol. omittunt, præfert Ms. Bertiniens. editio Cuspiniani, cod. Mœrl. Pro *summis,* quod vulgo habetur, Livineius in Bertiniensi apographo et veteri codice suo invenit *summa;* unde pronum ei fuit, conjicere *summæ;* quam vocem, adductus auctoritate Gronovii ad Liv. xxvi. 10, recipiendam duxi.' *Jæger.* Vide Nott. Varr.—4 Vonckius malit, *ne ii, quos ad aciem omnium, &c.* Guelph. *ut fortasse.* Vet. Livin. *ad ipsa stipendii magisteria.*

NOTÆ

lonia vero proprie oppidum est, in quod Romani magistratus ex urbe cives traduxerunt, vel quod absque traductione illa coloniarum jure donatum erat. Coloniarum aliæ Latinæ, aliæ civium Romanorum, aliæ ex utrisque conflatæ.

[b] *Indulgentissimis dominis*] Diocletiano et Maximiano Augg.

[c] *Quod* [*quantum*] *ad votum*] Modus loquendi Eumenio familiaris. Sic infra cap. xi. 'Hoc ego salarium, quantum ad honorem, adoratum accipio.' Et mox cap. xvi. 'Quamobrem ut dixi sexcena illa, quantum ad honorem spectat, accipi oportere censeo.'

[d] *Summis reipublicæ*] Rhenani et Livineii editionem sequor: in aliis est, *longe majoribus summis.*

[e] *Cognitionum sacrarum*] 'Cognitores sacri,' seu 'judices sacrarum cog-

teria[f] provehi oporteret, veluti repentino nubilo in mediis adolescentiæ fluctibus deprehensi, incerta dicendi signa sequerentur.

CAP. VI. 1. In quo ego, V. P. nihil laudi meæ tribuo, sed domini nostri Constantii,[g] vere Principis juventutis,[h] incredibilem erga juventutem Galliarum suarum solicitudinem atque indulgentiam, mirari satis nequeo: 2. qui honorem literarum hac quoque dignatione cumulavit, ut me, filio potius meo ad pristina mea studia aditum molientem, ipsum jusserit disciplinas artis oratoriæ retractare,[i] et hoc ipsi palatio parentis sui munus invexerit, ut mediocrem quidem pro ingenio meo

[i] *Iterum profiteri.*

CAP. VI. 1 *In quo, V. P.* cod. Guelph. Bann. et edd. recentt. *In quo ego, V. P.* cod. Mœrl. et edd. vett. et sic edidit Jæger. *Constantini* Bertin. et Guelph. *principis inventis* edd. vett. *principis juventutis* Vet. Putean. Bertin. Cuspin. aliique codd. et edd. recentt. *indulgentiam imitari* Guelph.—2 Edd. vett. *ut me potius*, omissis *filio* et *meo*: Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Rhenan. H. Steph. et recentt. *ut me, filio potius meo.* Guelph. habet *pristinum*; Vet. Putean. *filio meo pristinum in mea studia.* Voc. *aditum* deest in quibusdam edd. ante Grut. extat in Vet. Livin. et Vat. Pro *invexerat*, quod servant iidem codd. *injunxerat* legitur in edd. vett. *et hoc mihi munus injunxerit* Bann. 'Retinui lectionem a Bannio receptam, licet haud sanam esse facile intelligi possit; nam τὸ *injunxerit* et *ut transtulerit* male cohærent. Tolli fortasse possit quadam tenus difficultas, si legas, *hoc mihi munus injunxerit, et mediocrem, &c.* Verum et sic valde frigent verba, *hoc mihi munus injunxerit*, et prorsus supervacanea sunt. Cuspinianus habet, *et hoc ipsi palatio parentis sui munus injunxerat, ut mediocrem, &c.* Eadem exhibet Rhen. et Stephanus. Livineii textus præfert, *et hoc mihi munus injunxerat.* Editio Paris. an. 1643. *et hoc ipsi palatio par. sui m. invexerat, ut m.* et hanc sequitur Cellarius ac Patarol. Ms. Mœrl. et Gud. *et hoc ipso parentis sui munus invexerit.* Livineius de hoc loco sic censet: 'Consensu qua editi, qua scripti codices, *et hoc ipsi palatio parentis sui munus invexerat* repræsentant. *Invexerat* inquam. Nam *injunxerat*, quod Lugdunensis et Frobeniana pro *invexerat* habent, ineptum ad sententiam. Sed ne sic quidem lectio prorsus constituta. Stabiliam

NOTÆ

nitionum' dicebantur judices aulici, sive in suis tribunalibus, sive in consistorio principis: quales erant præfectus prætorio, ejus vicarius, magister officiorum, quæstor, comes sacrarum largitionum, comes rerum privatarum et una cum principe controversias imperii dirimerent.

[f] *Palatii magisteria*] 'Magistri' scriniorum, libellorum, admissionum, epistolarum, officiorum, et alii omnes, quibus in imperatoris aula munus erat aliquod, 'magistri' vocabantur. Ausonius de Tiberii Victoris Burdegalensis professoris schola: 'Mille foro dedit hæc juvenes: bis mille senatus Adjecit, numero purpureisque togis. Me quoque,' &c.

[g] *Constantii*] Non *Constantini*, ut male aliqui legunt.

[h] *Principis juventutis*] Nullam potestatem hac appellatione indicari

naturaque vocem, cœlestia tamen verba, et divina sensa Principum prolocutam, ab arcanis sacrorum penetralium ad privata Musarum adyta transtulerit; 3. non utique quia mihi, quem (quod sine invidia dixerim) tanta dignatione respicit, quanta pro summis honoribus debet sufficere sapienti, vellet aliquid, imposita ista professione, detrahere; sed ut professioni ipsi, ex eo honore, quem gessi, adderet dignitatem. 4. Cui igitur est dubium, quin divina illa mens Cæsaris, quæ tanto studio præceptorem huic conventui juventutis elegit, etiam locum exercitiis illius dedicatum instaurari, atque exornari velit, cum omnes omnium rerum sectatores atque fautores parum se satisfacere voto, et conscientiæ suæ credant, si non ipsarum, quas appetunt, gloriarum [1] templa constituant?

ego, et immissa vocula *qui*, atque altera *ut* expuncta, locum hunc omnem sic rescribam, *et qui hoc ipsi pal. par. sui mun. invexerat, mediocrem, &c. Parentis sui* expone Maximiani Aug. qui Constantium (nam de eo sermo) Cæsarem crearat. Itaque infra 'Cæsar Herculius' vocatur. *Hoc munus*, i. e. me, oratoriam professum. Planus jam, ni fallor, et perspicuus sensus, quem ultra non prosequor.' Hæc Livineius. *Invexerat*, quod asseritur ab eo, exhibet etiam cod. vetus Puteani.' *Jæger*. 'Quam Cuspin. dedit lectionem; eadem jam fuit Puteolani, idemque præter H. Steph. exhibuit quoque Rivin. Livineium secutus est P. Stephanus; Balduinus vero edidit, *huic in palatio parentis sui munus injunxerit*. Gruteri lectionem revocavi, utpote codd. proximam, *et hoc ipsi palatio parentis sui munus invexerit*. Posterius, pro Gruteri aliorumque *invexerat*, scripsi ex codd. Mœrl. et Guelph.' *Arntz*. Vide Nott. Varr. Mox, edd. ante Grut. *prolocuturam* ... *ad privatarum*. Lectionem nostram servant Vet. Livin. Guelph. et edd. recentt. *aditus transtulerit* Livineius.—3 Nonnulli codd. *sine invidia dixerim*, omisso τῷ *quod*.—4 *Cui igitur dubium* edd. ante Arntz. *Cui igitur est dubium* Vet. Putean. Vet. Livin. Gud. et Mœrl. *Cui igitur dubium est* Bertin. et sic edidit Balduin. *exercitatio illi d. restaurari* Mœrl. *exercitio* Guelph. *et conscientiæ credant* Mœrl.

NOTÆ

nemini opinor non notum, sed dignitatem tantum quandam, qua imperatorum filii, aut eorum qui ad spem educarentur imperii, adolescentia cohonestabatur. A Caio et Lucio Agrippæ filiis, quos Augustus adoptatos consules designarat, nomen illud ad alios translatum est. Sic Tiberius Augusto vivente, sic sexcenti alii Cæsares dicti sunt et principes juventutis. Hoc sensu Constantius Cæsar princeps juventutis dicitur; præterea et quod præcipuam educandæ juventutis curam gereret.

[1] *Gloriarum*] Vox priscis bonæ Latinitatis temporibus aut nunquam aut raro in numero multitudinis usurpata; sed apud posterioris ævi scriptores haud infrequens sic 'glorias,' 'pacibus,' 'spebus,' &c. legas passim in Panegyricis.

CAP. VII. 1. Inde est, quod Atheniensis humanitas aram Misericordiæ[j] constituit; quod Romani ducis[k] animi magnitudo templum Virtutis et Honoris. 2. Quarum enim artium, sive animi affectionum magnis hominibus ingeneratus ardor fuerit, earum etiam consecrata existere ad posteros monumenta voluerunt. 3. Ædem Herculis Musarum[l] in circo Flaminio[m] Fulvius ille Nobilior[n] ex pecunia censo-

CAP. VII. 1 *Inde est Atheniensis* edd. Rhenan. H. Steph. Rivin. *ut A. h. a. M. instituerit* Livin. et P. Steph. *quod A. h. a. M. instituerit* Barth. ad Claudian. p. 422. *quod A. h. a. M. constituit* codd. Gud. et Mœrl. *et Romani* Livin. et P. Steph. *instituit, quod Romani* Vet. Livin. Bertin. Cuspin. *quod* habent etiam alii codd. Acidalius inducit vocem *ducis*. Vet. Livin. *honoris et virtutis*.—2 Vet. Livin. Cuspin. aliquot ap. Grut. et ed. Jæger. *ardor fuit;* Gruterus malit, *ingeneratus ardor, earum, &c.* Alteram lectionem exhibent codd. Guelph. Gud. et edd. fere omnes. Pro *hominibus*, Rivin. 2. habet *nominibus*.—3 *Herculis et Musarum* legi jubet Acidalius, et sic edidit Balduin. *et summa*

NOTÆ

[j] *Aram Misericordiæ*] Celebrata illa apud Claudianum ara, de Bello Gildonico, vs. 404. 'Si flentibus aram Et proprium miseris numen posuistis Athenæ.' Et apud Stat. Theb. XII. 481. 'Urbe fuit media nulli concessa potentum Ara Deum: mitis posuit Clementia sedem, et miseri fecere suam.' Hanc aram, inquit Joan. Bap. Pius Annot. Poster. Sylloge, III. 47. arbitror id asylum fuisse, quod ex Atheniensium consensu posteri Heraclidæ excitarunt, qui adversum habentes, patris culpa, omne mortale genus, ob impotentiam Herculis post ejus obitum dedicaverunt, nepotes videlicet Herculis, Misericordiæ aram, ut eo pacto se defenderent, qui viribus inæquales non poterant se tutari.

[k] *Romani ducis*] Acidalius inducit vocem *ducis*, ut latior sit sententia, et ad omnes Romanos æque pertineat. Quid si tamen retineatur? Alludet ad Marcellum de quo Val. Max. c. 1. et Tullius de Nat. Deor. II. 61. 'Vides Virtutis templum, vides Honoris, a M. Marcello revocatum,' &c.

[l] *Herculis Musarum*] Non *Herculis et Musarum*, ut Acidalio placet. Hanc enim connexionem expunctam esse in emendatis codicibus notavit Lævinus Torrentius in Suetonium. Et vero sublata est apud Macr. Satur. I. 12. 'Nam Fulvius,' inquit, 'Nobilior in fastis, quos in æde Herculis Musarum posuit, Romulum dicit,' &c. Ovid. de Art. III. 169. de hoc templo: 'Herculis ante oculos virgineumque chorum.' Hercules, cui templum illud dicatum fuit, dictus est 'Musagetes,' hoc est, Musarum inductor.

[m] *In circo Flaminio*] Romæ fuerunt tres circi celeberrimi. 1. Circus Maximi, inter Palatium et Aventinum. 2. Circus Flaminius, qui et Apollinaris. 3. Circus Neronis, in Vaticano.

[n] *Fulvius ille Nobilior*] A. U. C. 566. de Ætolis triumphavit, et triennio post ex censoria pecunia ædem Herculi dedicavit, in qua Musarum signa, quæ ex capta Ambracia Romam attulerat, sub tutela Herculis consecravit. Hæc passim habent his-

ria fecit; non id modo secutus, quod ipse literis, et summi poëtæ [o] amicitia duceretur; sed quod in Græcia, cum esset imperator, acceperat, Herculem Musageten [p] esse, id est, comitem, ducemque Musarum: idemque primus novem signa, hoc est, omnium Camœnarum, ex Ambraciensi oppido [q] translata, sub tutela fortissimi numinis consecravit; ut res est, quia mutuis opibus et præmiis juvari, ornarique deberent: et Musarum quies defensione Herculis; et virtus Herculis voce Musarum.

CAP. VIII. 1. Credo igitur, tali Cæsar Herculeus,[r] et avi Herculis, et Herculei patris instinctu, tanto studium literarum favore prosequitur, ut non minus ad providentiam numinis sui existimet pertinere bene dicendi, quam recte

poëtæ amicitia edd. vett. *et summi p. amicitia* Bertin. et sic Guelph. nisi quod *et* deest; *et summa summi p. amicitia* conj. Grut. Mox, *Heraclen Musageten* Vet. Livin. *id est* desunt in edd. ante H. Steph. extant in Guelph. Vet. Livin. Cuspin. et Rhenan. Paulo post, *numinis sui* Vet. Putean. *mutuis operibus* Cuspin. Livin. Steph. al. vett. *mutuis opibus* Vet. Livin. Bertin. Guelph. et edd. post Grut. *deberent: Musarum* edd. ante Arntz. qui ex cod. Guelph. τὸ *et* inseruit. Ultimum *et* deest in Bertin. Livineii.

CAP. VIII. 1 *Cæsar tali* Guelph. *et Herculei* deest in eodem. Habet etiam *studio* pro *studium*. Pronomen *sui* deest in edd. vett. extat in codd. et edd.

NOTÆ

tor. Romanæ scriptores. Quod autem Suetonius in Augusto c. 20. ædem Herculis Musarum a Marcio Philippo extructam esse ait, sicut et quod Ovid. Fast. VI. 797. 'Dicite Pierides quis vos adduxerit isthuc, Cui dedit invictas victa noverca manus. Sic ego: sic Clio: Clari monumenta Philippi Aspicit, unde trahit Martia casta genus.' Intellige de Martio Philippo Augusti vitrico, a quo non conditum quidem, sed instauratum est illud templum.

[o] *Summi poëtæ*] Ennii, quem habuerat expeditionis illius comitem; ut testatur Tullius pro Archia poëta c. 27. 'Jam vero ille, qui cum Ætolis Ennio comite bellavit, Fulvius, non dubitavit Martis manubrias Musis consecrare.' Crediderim autem potius templum illud a Fulvio, non Herculi tantum, sed et Musis dedicatum, partim ut sibi, partim ut amico Ennio, quod Eumenius ait hoc loco, Musarum alumno gratificaretur. Fortasse etiam quia Hercules olim, ut Plutarchus ait in Quæstionibus Romanis, Evandrum literas docuerat.

[p] *Herculem Musageten*] Alteram præterea causam affert, cur ædem illam voluerit Herculi et Musis esse communem.

[q] *Ambraciensi oppido*] Ambracia urbs Epiri non obscura, ad sinum Ambracium ab ea denominatum.

[r] *Cæsar Herculeus*] Id est, Constantius, qui a Maximiano Herculeo Cæsar factus, ejus nomine dictus est quoque Herculeus. Quod confirmat

faciendi disciplinas; 2. et pro divina intelligentia mentis æternæ sentiat, literas omnium fundamenta esse virtutum, utpote continentiæ, modestiæ, vigilantiæ, patientiæ magistras: quæ universa cum in consuetudinem tenera ætate venerunt, ad omnia deinceps officia vitæ, et ipsa, quæ diversissima videntur, militiæ atque castrorum munia convalescunt.[c] 3. Ideoque his, omnis industriæ atque omnis laudis nutricibus, aut, ut verius loquar, matribus, cum præceptorem Cæsar Herculeus declarare dignatus sit, necesse est etiam, sedem propriam[2] cupiat reformari, ut, cum ad antiquam firmitatem cultumque reparata sit, multo hoc justius[3] et verius nuncupetur ædes Herculis atque Musarum.

CAP. IX. 1. Et sane, V. P., interest etiam gloriæ, quam tanti Principes tot victoriis ac triumphis merentur, ut ingenia, quæ canendis eorum virtutibus excoluntur, non intra privatos parietes, sed in publica ostentatione, et in ipso urbis istius ore vegetentur.[d] 2. Quid autem magis in facie, vultuque istius civitatis situm est, quam hæc eadem Mæniana, in ipso transitu advenientium huc invictissimorum

[c] *Reflorescunt.*
[d] *In publica luce, et in medio hujus urbis aspectu exerceantur.*

post Grut. *disciplinam* edd. ante Arntz. qui e Vet. Livin. et Guelph. dedit *disciplinas.*—2 '*Venerunt, ad omnia... et ad ipsa*] Secutus sum h. l. lectionem cod. Mœrl. quam Livineius atque Acidalius conjectura sunt assecuti, et quæ etiam in Vet. Puteani et Gud. reperitur, excepto, quod *ad* ante *ipsa* deest. Baunius, Cellarius, Patarol. τὸ *ad* ante *omnia* et ante *ipsa* non habent. Cuspinianus vero, Livineius, Rhen. Stephanus illud ante *ipsa* positum habent, et ante *omnia* omittunt.' *Jæger.* Vide Nott. Varr. *munimenta convalescunt* edd. vett. *munia convalescunt* Guelph. Exc. Schon. Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Rhenan. Acidal. Grut.—3 'Editi, quos inspexi, omnes habent, *multo hic justius:* et in margine edit. Livineii legitur hæc explicatio: 'Scilicet quam Romæ Fulviana.' Sed Acidalius, testante et probante Baunio, jam substituit τὸ *hoc*, quod in cod. Mœrl. et Gud. quoque invenitur.' *Jæger.* Vide Nott. Varr. Merula ad Ennium Annal. xv. legit, *ædes Herculis Musarum*, expuncto *atque*, probante Rittersh.

CAP. IX. 1 *Et sane, vir præstantissime* Cuspin. Steph. et al. vett. *vir perfectissime* al. ap. Rhenan. *V. P.* Vet. Putean. *tanti principis tot victoriæ ac*

NOTÆ

Tristanus ex nummo vetere in Commentariis Historicis.

[2] *Sedem propriam*] Id est, scholas Mænianas.

[3] *Hoc* [*hic*] *justius*] Lege potius *huc*, ut emendat Acidalius.

Principum constituta? qui, cum se occursu lætæ juventutis affici, non solum liberalitate, quam ipsi tribuunt, sed etiam literis, quibus me ad institutionem ejus cohortantur, ostendant, quanto plus capient voluptatis, cum reparatum videant[a] ipsum conciliabulum juventutis? 3. Adhoc, V. P., opus istud reddit illustrius, et cum ipsorum Cæsarum, tum etiam omnium hominum adspectui promtius, quod præcipuo est loco positum, quasi inter ipsos oculos civitatis, inter Apollinis templum[b] atque Capitolium. 4. Quo magis est etiam sacrosancta sedes, utriusque lateris veneranda confinio, utriusque late numinis instauranda respectu, ne fana, longe omnium in hac urbe pulcherrima, labes media[c] deformet; præsertim cum mihi videatur ipse ille, qui Mæniana hæc primus exstruxit, idcirco ea illic potissimum collocasse, ut veluti cognato vicinorum sibi numinum tenerentur amplexu, cum angustissima tecta, literis dedicata, inde Athenarum conditrix Minerva[d] conspiceret, hinc Apollo, medius Camœnarum.

triumphi merentur Mœrl. et Gud.—2 Pro *ostendant* Balduin. edidit *ostentant.* Mox, *reparatum viderint* conj. Acidal.—3 *Adhoc,....reddidit* cod. Guelph. Acidalius legi jubet, *opus istud cum ipsorum Cæsarum, tum etiam omnium h. a. promtum, reddit,* vel *redditur, illustrius, quod præcipuo est loco positum.* Edd. vett. *illustrius cum, &c.* Vet. Livin. Guelph. et recentt. inserunt *et.* Pro *aspectui,* quod servant Vet. Livin. Bertin. Guelph. Grut. et recentt. *aspectu* præbent Cuspin. Livin. Steph. Rivin. et Cellar. *respectui* Mœrl.—4 Rhenan. legendum putat, *utriusque lateris instauranda;* edd. vett. habent, *utriusque late numeris;* Guelph. Exc. Schonhov. Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. et aliquot codd. ap. Grut. *utriusque numinis instauranda;* et sic edidit Jæger.

NOTÆ

[a] *Reparatum videant*] Pro *viderint:* sic Paneg. II. 13. 'Hi (Imperatores) cum primum redeant ad te (Romam compellat) triumphantes, uno cupiunt invehi curru,' id est, cum primum ad te redierint.

[b] *Inter Apollinis templum*] Æduenses plurimum colebant Apollinem, sed et Augustoduno, itidem ut multis aliis urbibus municipalibus, instar Romæ suum capitolium, sui aquæductus, suus circus erat, cujus extant hodieque vestigia.

[c] *Labes media*] Ædificium deforme.

[d] *Minerva*] Sapientiæ et bonarum artium Dea, ex Jovis, ut fabulantur, cerebro, unde armata prosiliit sine matre, procreata. Hanc inter Neptunumque, de dando Athenis nomine, lite orta, visum est Diis, ut ab hujus nomine appellarentur, qui utilius hominibus donum procudisset. Itaque percusso littore Neptunus equum bello aptum, oleam vero pacis insigne hasta impacta protulit Minerva, cui statim adjudicata causa; et quia

CAP. X. 1. Igitur ibi maxime et oportet, et fas est exercere juventutis ingenia, ubi tam propinqua sunt numina amica doctrinæ, ubi ex proximo juvat mens divina[e] sapientiam, et carminum Deus vocem, et verecundiam virgo perpetua,[f] et providentiam præscius futurorum.[g] 2. Ibi adolescentes optimi discant, nobis quasi solenne carmen præfantibus, maximorum Principum facta celebrare.[a] Quis enim melior usus est eloquentiæ, quam ut, ante aras quodammodo suas, Jovios Herculeosque audiant prædicari Jupiter pater, et Minerva socia, et Juno placata? 3. Satis me verborum fecisse arbitror, V. P., de eo, quod mihi dicendum prius constitueram, quam sit ex usu, atque officio, instaurari opus illud, studiis, quibus optimi Principes maxime favent, dedicatum, in ipsa civitatis fronte positum, celeberrimis templis utrimque conjunctum.

CAP. XI. 1. Nunc, quod in secundum[h] eundemque locum distuli, quemadmodum id sine sumtu publico, et

[a] *Nobis tanquam solenni carmine docentibus, quomodo summorum principum gesta sint celebranda.*

CAP. X. 1 Mœrl. *et prudentiam p. futurorum.*—2 Pro *quam ut*, quod exhibent codd. Gud. et Mœrl. edd. ante Arntz. præbent *quam ubi.* Conjunctio *quam* deest in Vet. Livin. et Bertin. *quodammodo suos* Cuspin.—3 *Satis verborum fecisse* Rivin. et aliæ quædam edd. *Satis me, &c.* Vet. Livin. Vet. Putean. Guelph. Exc. Schon. Bertin. et Cuspin. Pro *fecisse*, codd. Gud. et Mœrl. habent *dixisse.* Edd. ante Arntz. *quod mihi ad dicendum*, qui codicis Guelph. auctoritate illud *ad* delevit. *utrimque convinctum* codd. Gud. et Mœrl.

CAP. XI. 1 *Nunc in secundum* cod. Guelph. cum edd. Rhenan. Livin. Steph. al. vett. *Nunc quod in, &c.* Vet. Put. Exc. Schon. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Grut. et recentt. Post *secundum*, omnes, exceptis Baunio et Cellario, inserunt *eundemque*, idque etiam in cod. Mœrl. legitur, et in Guelph. Solus edidit Balduin. *Nunc in s. locum distuli, ut, quemadmodum, &c.* Arntz. conj. *Nunc, in secundum tandem quod locum distuli.* Vide Nott. Varr.—2 Vet.

NOTÆ

illa Ἀθήνη dicebatur, dictæ sunt Ἀθῆναι.

[e] *Mens divina*] Id est, Jovis mens. Pan. IX. 2. 'Habes profecto aliquod cum ipsa mente divina, Constantine, secretum.'

[f] *Virgo perpetua*] Minerva, quæ Vulcani nuptias constanter repudiasse, et virginitatem perpetuo illibatam servasse fertur. Unde et peculiari epitheto apud poëtas 'innupta' dicitur. Virg. Æn. II. 32. 'Pars stupet innuptæ donum exitiale Minervæ.'

[g] *Præscius futurorum*] Apollo, quia et ipse augur fuit et augurum Deus.

[h] *In secundum*] Transit ad alteram orationis partem, qua ostendit, quo-

cum laude sacræ largitionis fieri possit, ostendam. 2. Salarium[i] me liberalissimi Principes, ex hujus reipublicæ viribus,[j] in sexcenis millibus nummum[k] accipere jusserunt: non quoniam non amplius tribuere commodis meis vellent, in quem multo majora et prius et postea præmia contule-

Livin. et ed. Balduin. *reipublicæ juribus.* ' *In sexcenis millibus nummum*] Sollicitat Casaub. ad Sueton. Othon. c. 4. hunc locum, et pro *sexcenis* et *tercenis* in hac oratione semper *sexagenis* et *tricenis* scribendum esse putat. Sed jure reprehenditur a Theod. Marcilio ad Sueton. Vespas. c. 18. Lipsio de Magnitud. Rom. IV. 10. Gronovio de Sestert. p. 330. Livineio, Bannio, Cellario, Patarolo ad h. l.' *Jæger.* Edd. omnes, omnes item codd. tuentur *sexcenis.* ' Pro *multo*, Cuspinianus habet *multa;* non male. Pro *prius et postea* Rhen. et Stephan. corrupte *prius quod postea;* unde Acidalius voculas *quod postea* alienas judicat. Sed, si pro *quod* legamus *et*, uti est in Ms. Mœrl. Vet. Puteani, edd. Cuspin. Livin. Baun. Cell. Patar. sensus satis constat. Pro *præmia*, Gud. *munera.*' Jæger. Codd. Gud. Mœrl. Bertin. Putean. ha-

NOTÆ

modo sine sumtu publico scholæ refici atque instaurari possint. Sublata autem vocula emendavi locum hunc, multos ea in re secutus interpretes, quibus itidem ut mihi visa est una dictio abundare: sic erat in aliis, *In secundum eundemque locum distuli.*

[i] *Salarium*] Proprie tribunorum militarium et ducum annona, sed et de stipendio ceterorum militum, atque adeo de quavis mercede dictum. Ita vero appellatum, inquit Plin. XXXI. 7. 'quod ita necessarium sit, ut homini sal,' vel quod salaria percipientes inde se alerent.

[j] *Ex hujus reip. viribus*] Non *juribus*, ut aliqui legunt; extat enim Imp. Constantii, qui nepos hujus nostri Constantii fuit, cod. de Præbend. Salar. lib. I. 'Nulli salarium tribuatur ex viribus reip. nisi qui jubentibus nobis specialiter fuerit consecutus.' Et vero mox cap. IV. sub finem literarum Constantii: 'Denique etiam salarium te in sexcentis millibus nummum reip. viribus consequi volumus.'

[k] *Sexcenis millibus nummum*] Sexcena millia nummum, ac sexcenta sestertia, non differunt, sestertius enim, et nummus idem fuit apud Romanos; et ad nostratem monetam si revocetur, 10. denarios conficit. Sestertium vero in neutro, mille sestertiis nummis valebat, ideoque monetæ nostræ 43. libris Francicis, et 15. solidis respondebat. Igitur subductis calculis, sexcenta sestertia 26250. libris Francicis valebunt. Quod salarium ita amplum nonnullis visum est, ut Alciatus in parergis suis *accipere in sexcenis* dicat esse accipere annuum reditum, qui confici posset ex ea summa, si fœnori daretur; et Casaubonus in Suetonii Othone cap. 4. pro *sexcentis* legat *sexagenis*, id est, 2625. libris Francicis. At meminerint illi Eumenium haud vulgarem magistrum fuisse, sed sumtum ut ipse ait ex palatio, ubi magister sacræ memoriæ fuisset: pro quo officio media hujus summæ pars ipsi penderetur. An vero cuiquam verisimile fit, hominem in ea dignitate constitutum, triginta tantum sestertia pro salario accepisse? Quid, quod editiones omnes habent *sexcenis* pro *sexagenis?*

runt; sed ut trecena illa sestertia, quæ sacræ memoriæ magister[l] acceperam, in honore privati hujus magisterii, addita pari sorte, geminarent. 3. Hoc ego salarium, quantum ad honorem pertinet, adoratum[m] accipio, et in accepti ratione præscribo: sed expensum referre patriæ meæ cupio, et ad restitutionem hujus operis, quoad usus poposcerit, destinare. 4. Cujus voluntatis meæ ratio etsi asserenda non est, tamen sub hac tua humanitate, et circumstantium expectatione, qua me audiri sentio, aliquatenus prosequenda est.

CAP. XII. 1. Nam primum omnium, in hoc ego maximos esse fructus præmiorum puto, ut digni, quibus tribuantur, habeamur: siquidem ipse usus pecuniæ, bonis malisve artibus partæ, promiscuus et vilis est; honestis vero rationibus posse acquirere, summum, etiamsi quæstum remiseris, lucrum est. 2. Neque enim Syrus mercator,[n] aut

bent *trecena*, quod primus in textum intulit Jæger. *tercena* edd. vett. Vide Nott. Varr. *addita sorte*, omissa voce *pari*, Guelph.—3 Balduin. conj. *adæratum accipio*, probante Scaligero de Emend. Temp. v. p. 424. *oblatum accipio* Delbenius; *adoratum accipio* habent omnes codd. et edd. Pro *ratione*, Livin. conj. *rationes*. Edd. vett. *perscribo;* Vet. Livin. Bertin. et Gud. *præscribo;* cod. Mœrl. *in accepti nunc prescribo*. Edd. vett. *patriæ cupio*, omisso pronomine *meæ*, quod servant Guelph. Exc. Schonhov. Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. et edd. post Grut. Deinde, cod. Mœrl. *quoad usus reposcerit*.

CAP. XII. 1 *Jam primum* Jæger. Codd. Mœrl. et Gud. *in hoc ego arbitror, maximos esse fructus præmiorum, ut digni, quibus tribuant, habeantur.* Cuspin. *siquidem usus*, omisso pronomine. In cod. Mœrl. verba, *honestis*, et *lucrum est*, omissa sunt: tota periodus ad num. seq. deest in Guelph.—

NOTÆ

[l] *Sacræ memoriæ magister*] Sacræ memoriæ magistri, qui et 'Memoriales' dicebantur, præerant libellis et epistolis, et peragendis, implendis, signandisque rescriptis et responsis sacris, id est principalibus. Patet ex lib. II. cod. Th. de extraord. sive sordidis mun. et in epist. 55. Dioscorus ad Augustinum: 'Zenobius magister memoriæ factus est.' Memini etiam me legere apud Marcellinum lib. XXVII. de quodam Rustico Juliano, qui cum magister memoriæ esset, a Gallis ad imperium poscebatur, decumbente Valentiniano.

[m] *Adoratum*] Non *adæratum*, ut Balduino placet; non *oblatum*, ut vult Delbenius. Malim *adoratum*, id est, ut mox ait, venerabundus accipio. Illud ipsum dicit cap. XVI. sed paulo clarius: 'Sexcena illa, quantum ad honorem spectat, accipi oportere censeo, atque usum delego patriæ, et ipsi potissimum operi, in quo opera nostra celebranda sunt.'

[n] *Syrus mercator*] Syri populi ser-

Deliacus,[o] aut Indicus ad uberrima ista compendia laudis aspirat; sed raræ, atque inter paucissimas opes sunt contentæ meritis conscientiæ. 3. Quippe hoc ipso præmii gloria continetur, ne id cupiditate quærendi affectasse videamur. Quod hoc uno assequi possumus, si pro accepto ducamus oblatum: ut industriæ sit ad sumendi[p] copiam pervenire potuisse; continentiæ, præteriisse.

Cap. xiii. 1. An, si fortissimi viri in sacris certaminibus, summo labore, atque etiam vitæ periculo, solam vocem præconis[q] et coronæ testimonium petunt, ego verba illa divina, cœlestesque literas, quibus mihi tanti Principes instituendam juventutem commendare dignati sunt, non ultra omnium vocum potentiam[r] venerabundus accipiam? non ultra omnes laureas colam? Quas ego, V. P. 2. Tamenetsi hanc quoque mihi veniam tribuas, oportet. Neque enim fas, ipsius epistolæ sacræ commemorationem solam sine obsequio recitationis inducere;[b] ut, ea perlecta, magis

[b] *Neque enim licet sacram epistolam commemorare solum, nisi præterea illam reverenter recitem.*

2 Vet. Livin. *aut Delicitus.* Cuspin. Livin. Steph. et Patarol. *inter paucissimos.*—3 Edd. vett. *ut industriæ adsumendi, &c.* Verbum *sit* inserunt Vet. Putean. Vet. Livin. Guelph. Exc. Schonhov. et edd. post Grut. *ad sumendi* codd. ap. Arntz. et edd. post Bann. et sic conj. Livin. *prævenire potuisse* edd. vett. *pervenire potuisse* codd. et edd. post Grut. *continentia* Guelph.

Cap. xiii. 1 Rhenan. et Rivin. *solam vocem præconis;* Balduin. *s. v. præconii.* Vox *petunt*, et mox *instituendam* desunt in cod. Mœrl. Acidalius pro *potentiam*, conj. *præconium.* '*Quas ego*] In ed. Rhenani *Leges ergo* vulgatum; sed vereor, ne a correctorum manu; nam primum in melioribus libris, Vet. nostro, Bertiniensi, Cuspiniani, invenio constanter *quas ego, V. P. Tametsi, &c.* Deinde, quo correctio pertinet *Tametsi?* Quæ in hac nostra ἀποσιωπήσει non est obscura.' *Livin.* Lectionem hanc trium codd. quos indicat Livineius, tuentur etiam codd. Putean. et Mœrl. Vide Nott. Varr.—2 *Neque enim ipsius . . . inducere fas est* edd. ante Grut. Nostram lect. servant Guelph.

NOTÆ

viles, lucri et quæstus avidi, ac mercaturæ nati. Hi autem ad mare Mediterraneum incolunt. Dictum est supra de Syria, Paneg. ii. 7.

[o] *Deliacus*] Delos insula maris Ægei, prima inter Cycladas, Apollinis et Dianæ natalibus nobilitata, *Sdilles.* De India regione Asiæ notissima dicetur alio loco.

[p] *Ad sumendi*] Alii una voce legunt *assumendi.* Ego vero Livineii emendationem sequor.

[q] *Vocem præconis*] Qua victor proclamaretur.

[r] *Vocum potentiam*] Facile adducar ut eum Acidalio legam, *vocum præconium.*

eluceat, quantum me studium par sit impendere non ipsis modo literis, sed etiam et templis ac sedibus literarum.

Cap. xiv. 1. 'Merentur et Galli nostri, ut eorum liberis, quorum vita in Augustodunensium[s] oppido ingenuis artibus eruditur, et ipsi adolescentes, qui hilari consensu meum Constantii Cæsaris, ex Italia revertentis, suscepere comitatum,[c] ut eorum indoli consulere cupiamus. 2. Proinde quod aliud præmium his, quam illud conferre debemus, quod nec dare potest nec eripere Fortuna? 3. Unde auditorio huic, quod videtur interitu præceptoris orbatum, te potissimum præficere debuimus, cujus eloquentiam, et gravitatem morum ex actus nostri[t] habemus administratione compertam. 4. Salvo igitur privilegio dignitatis tuæ, hor-

[c] *Itineris mei comites esse voluerunt.*

Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. et recentt. *ut perlecta* edd. vett. et Rivin. *ut, ea perlecta* Guelph. Vet. Putean. Bertin. Grut. et recentt. *etiam templis* Livin. et qui secuti sunt, usque ad Arntz. *etiam et templis* Puteol. Rhenan. Balduin. H. Steph. al. vett. et Rivin.

Cap. xiv. 1 Ed. Rhenan. *quorum vitia.* Cuspin. *Augusto Divensium;* Rhenan. *Augusto Cliviensium;* Guelph. Mœrl. Vet. Putean. Pulm. Langii Sched. Cuspin. et edd. recentt. *Augustodunensium.* In verbis sequentibus, cod. Mœrl. interpolatam lect. *meum Const. Cæs. ex Italia revertentis, &c.* exhibet. Vide Nott. Varr.—2 Pronomen *his* deest in quibusdam exempl.—3 Edd. vett. *te vel potissimum.* 'Voculam *vel*, quam a veteri suo exemplari et Bertiniensi abesse testatur Livineius, quamque Mœrl. et Gud. etiam omittit, ut incommodam, delevi. Mox idem Mœrl. pro *ex actus nostri hab. administratione comp.* præfert *et actus nostri habemus administrationem;* verum potior multo hic est lectio recepta, vid. cap. seq. sect. 4. quam, non abnuente quidem Baunio, frustra tamen solicitat Balduinus, et legi jubet, *in actis nostris et administratione;* cui optimo jure contradicit Acidalius et Livineius. *Ex actus nostri adm.* i. e. ex administratione magisterii sacræ memoriæ. Nititur hæc lectio auctoritate Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Putean.' *Jæger.* Vide Nott. Varr.—4 *Salvo igitur præmio d. tuæ* Vet. Livin. '*Repetas*] Pro hac

NOTÆ

[s] *Augustodunensium*] In veteribus exemplaribus erat, inquit Balduinus, *in Augusto oppido;* tum ad marginem libri additum pro glossemate *Flaviensium*, quod subinde receptum est in contextum, et quidem mendose in aliquot editionibus ubi legitur *Cliventium*, quod tamen acerrime retinet Rhenanus. Similiter cum in antiquis libris legeretur *meum comitatum*, posteriores editiones ita habent, *meum Constantii Cæsaris comitatum;* quædam etiam, *meum Constantii Cæsaris ex Italia redeuntis comitatum;* quæ voces quin e margine in contextum translatæ sint, minime dubium.

[t] *Actus nostri*] Id est, ex administratione magisterii sacræ memoriæ. Quid si cum Balduino legam, *in actis nostris, et administratione?*

tamur, ut professionem oratoriam repetas,[u] atque in supradicta civitate, quam non ignoras nos ad pristinam gloriam reformare, ad vitæ melioris studium adolescentium excolas mentes: nec putes hoc munere ante partis aliquid tuis honoribus derogari, cum honesta professio ornet potius omnem, quam destruat, dignitatem. 5. Denique etiam salarium te in sexcenis millibus nummum ex reipublicæ viribus consequi volumus; ut intelligas, meritis tuis etiam nostram consuluisse clementiam. Vale, Eumeni, carissime nobis.'

CAP. XV. 1. Ita non videtur tibi, V. P., hac tantorum Principum exhortatione, non solum meus ex otio jacens ad pristinas artes animus attolli, verum etiam ipsi quodammodo veterum scholarum parietes et tecta consurgere? 2. Quod enim tantum carmen Amphioni,[a] quæ tanta plectro, fidibusque dulcedo, quam secuta quondam saxa per-

voce, quæ legitur in Vet. Livineii, Bertiniensi, Putean. Mœrl. et edd. Cusp. ac Pat. exhibet Livineius in textu *recipias;* Rhenanus et Stephanus *receptes.*' Jæger. *repetas* etiam Guelph. et Exc. Schon. *neque putes hoc, &c.* Guelph. *partis aliquod, &c.* Puteol. Rhenan. Balduin. H. Steph. et Rivin. ' Loco τοῦ *nomen*, quod in ed. Bannii inveni, nescio unde contextui illatam, Cuspinianus, Livineius, Stephanus, ed. Parisiens. an. 1643. Cellarius, Pat. habent *omnem;* Mœrl. *hominem*, quæ facile inter se permutantur.' *Jæger.* In Guelph. est *hoium;* unde Arntz. conj. *hominum.*—5 Guelph. cum edd. Puteol. Rhenan. Balduin. H. Steph. et Rivin. *te sexcentis*, omissa præpositione. Vet. Livin. *ex r. juribus*, improbante Gronovio. Mox, edd. vett. *nostram constituere clementiam;* Delbenius conj. *præmium*, vel *pretium*, supplendum post *meritis tuis;* unde Balduinus edidit, *etiam pretium nostram constituere, &c.* Livin. et Acidal. conj. *constare clementiam;* Vet. Putean. Gud. et Mœrl. habent *consuluisse*, quod primus restituit Jæger. *Eumeni clarissime* edd. vett.

CAP. XV. 1 Pronomen *tibi* omisit Balduin. Mox, idem edidit *meus etiam otio;* edd. ante Grut. *meus et otio;* Paul. Steph. *meus et otio;* Vet. Livin. Vet. Putean. Bertin. Guelph. Exc. Schon. Cuspin. et edd. recentt. *meus ex otio.* Pronomen *meus* deest in codd. Mœrl. et Gud. *verum et veterum ipsi quodammodo scholarum* edd. ante Grut. et sic etiam Rhenan. Alteram lect. servant Vet. Putean. Vet. Livin. et Bertin.—2 *Amphionis* edidit Balduin. Mox,

NOTÆ

[u] *Repetas*] Malim *receptes:* neque enim crediderim Eumenium ante acceptam hanc a Cæsare epistolam, professionem oratoriam exercuisse.

[a] *Amphioni*] Amphion, Jovis et Antiopes filius, citharæ, quam a Mercurio acceperat, pulsandæ adeo peritus, ut Thebarum muros hac arte dicatur condidisse. Horat. Art. Poët. vs. 394. ' Dictus et Amphion, Thebanæ conditor urbis, Saxa movere sono testudinis, et prece blanda Ducere quo vellet.' Propert. III. 1. 43. ' Saxa Cithæronis Thebas agitata per artem Sponte sua in muri membra coisse ferunt.'

bibentur, ut ducentibus subvecta modulis, et ad intervalla carminum resistentia, sponte murum, velut arte, construerent, quanta in his Imperatorum et Cæsarum literis inest; qui domini, animorum impetus, effectusque rerum ciendo, suis atque etiam permovendo consiliis, per quod jubere possunt, suadere dignantur: 3. et, cum vel tacitas eorum, ac vultu tenus significatas voluntates summi patris sequatur auctoritas, cujus nutum promissionemque firmantis totius mundi tremor sentit; ipsi tamen ultro imperandi potestatem cohortandi humanitate conciliant. 4. Quin etiam laudibus incitant, gravitatem morum, dicendi facultatem sibi probatam et cognitam prædicantes; Palatini honoris privilegium oratoriæ professioni salvum et incolume servantes. 5. Quibus ego divinæ benignitatis illecebris, etiamsi omni sensu ante caruissem, ad quamvis profecto intelligentiam moverer, et adducerer: siquidem tantos Principes unum hominem tanta laude decorare, non est oratorem admonere, sed facere.

CAP. XVI. 1. Quid igitur mihi cum numerata pecunia? immo quid cum ullis opibus aut Midæ regis,[b] aut Crœsi,[c]

Rhenan. et Rivin. *construerentur;* unde Balduin. *in murum velut arte construerentur;* codd. Gud. et Mœrl. *constituerent;* Vet. Putean. alii codd. et edd. *construerent.* ‘ Insignis h. l. varietas scripturæ est in cod. Mœrl. cujus in nullo alio apparet vestigium. Legitur ita, *quanta in his impp. et Cæss. lit. inest; qui domini animorum impetus effectusque rerum ciendo suis: atque etiam promovendo consiliis per quod jubere possunt, suadere dignantur.* Ex quibus verbis, si lectio vulgata videretur mutanda, transposito τῷ *suis*, et post *atque etiam* collocato, et ejecto τῷ *per* ante *quod jubere*, vel in *id* mutato, sensum non ineptum posses elicere. Gud. præfert, *inest: qui deinde imp.*’ Jæger. Vide Nott. Varr. Edd. vett. *jubere possint;* Vet. Putean. Vet. Livin. aliique codd. *jubere possunt.*—3 Pro *firmantis*, Livin. conj. *flammantis*, improbante Grutero. —4 Guelph. *genuitatem morum ... prædicantis.*—5 ‘ Mira hic lectionum varietas: *onerer adducerer*, nulla sententia, Puteol. Rhenan. et H. Steph. Ex arbitrio Balduin. *intelligentiam oneris adducerer;* paulo melius Livin. et P. Steph. *intelligentiam adducerer;* Rivin. *intelligentiam onere adducerer;* Grut. *intelligentiam moveret ac duceret;* Baun. *movere ac ducere;* Cellar. Patarol. et Jæger. *moverer ac ducerer*, quod etiam in Exc. Schon. est notatum. Pleræque hæ lectiones videntur ex interpretum arbitrio confictæ. Secundum codd. Mœrl. et Guelph. locum expressi.’ *Arntz.* Pro *unum hominem*, Acidal. conj. *minimum hominem.*

NOTÆ

[b] *Midæ regis*] Midas Gordii bubulci filius fuit, idemque Phrygiæ rex locupletissimus, qui cum a Baccho, quem pro hospitio acceperat,

aut ipsius, qui auro creditur fluxisse, Pactoli,[d] cum divina hæc testimonia omnibus divitiis, atque ipsis eorum præmiis anteponam? 2. Nisi forte Pythiados illius, excellentem Socratis[e] sapientiam vaticinatæ, aut magnificentius carmen videtur aut verius, quam quod Jovii Herculeique pronuntiant, quorum ne nutus quidem possunt, non modo dicta, revocari. 3. Quamobrem, ut dixi, V. P., sexcena illa, quantum ad honorem spectat, accipi oportet, ea autem

CAP. XVI. 1 Cod. Mœrl. *quid cum illis.* Pro *creditur*, quod exhibent codd. Gud. Putean. Mœrl. *dicitur* extat in edd. vett. Post *divina* pronomen *hæc* deest in quibusdam exempl. Mox, pro *eorum*, Guelph. habet *rerum;* unde Arntz. emend. *regum.*—2 Vonckius Obss. Misc. cap. 34. legit, *Mihi forte Pyth. il. exc. Socr. s. v. haut magn. c. videtur, haut verius;* vel, *Nihil forte Pyth. illius exc. S. sap. vat. aut m. c. videtur, aut verius;* atque hanc quidem emend. priori prætulerit. Mœrl. et Gud. *sapientiam vaticinantis.* Pro *Jovi Herculique*, quod exhibent edd. vett. *Jovii Herculiique* conj. Acidal. et sic legitur in cod. Guelph. Exc. Schonhov. edd. Grut. Rivin. 1. et recentt.—3 Guelph. et edd. antiquiores, *sexcenta illa.* Vet. Putean. Mœrl. et Gud. *accipi oportet:*

NOTÆ

beneficii loco obtinuisset, ut quicquid attingeret, porro in aurum verteretur; cum et ipsi, quos attingebat, cibi in aurum mutarentur, paulo quidem serius suæ illum pœnitere cœpit imprudentiæ. Quare jussus ab eodem Baccho in Pactolo fluvio se abluere pristino statui restitutus est. Ceterum ex eo tempore Pactolus auro fluere cœpit. De hac fabula Ovid. Met. II. 86.

[c] *Crœsi*] Crœsus rex Lydorum fuit, omnium quos memoria celebrat ditissimus. Is Phrygiis, Mysiensibus, Thracibus, Caribus, sexcentisque aliis populis profligatis, felici sua fortuna inprimisque immodicis opibus plus æquo inflatus, Cyro Persarum regi bellum infert, a quo Sardis victus captusque, atque igni damnatus: cum Solonis identidem nomen appellaret, sciscitanti Cyro, quid is tandem hominis esset, Atheniensem fuisse sapientem respondit, qui se olim admonuisset ‘mortalem ante obitum neminem dici beatum oportere:’ quæ vox quam esset vera, nunc se demum intelligere. Quo audito Cyrus non solum homini pepercit, sed deinceps in pretio habuit. Ovid. de Ponto IV. 3. 37. ‘Divitis audita est cui non opulentia Crœsi?’ Et cum immensas opes significare volumus, statim Crœsi divitias dicimus. De eo vide apud Herod. I. 26.

[d] *Pactoli*] Pactolus fluvius Lydiæ notissimus, ex Tmolo monte per Sardianum agrum in Hermum fluvium influens, alio nomine Chrysorrhoës dicitur. De arenis ejus aureis passim apud poëtas.

[e] *Socratis*] Philosophus fuit Atheniensis natus Olymp. LXXVIII. Primus omnium philosophiam naturalem in moralem transtulit Olymp. LXXXVI. Quo tempore divinum Platonem auditorem habuit, tumque Apollinis oraculo omnium sapientissimus est judicatus. Accusatus tamen quod et de Diis male sentiret, et juventutem corrumperet, damnatus morte, cicutam bibere jussus est Olymp. XCV.

delego patriæ, et ipsi potissimum operi, in quo studia nostra celebranda sunt. 4. Videor enim mihi (id quod sacris literis continetur, ut salvo honoris[f] mei privilegio doceam) hoc manifestius atque illustrius retenturus, ut me dignum talibus æternorum Principum judiciis probem amore reipublicæ. 5. Equidem ipsos patriæ Deos testor, tanto me civitatis istius amore flagrare, ut, quocumque oculos circumtuli, ad restitutionem operum singulorum ita gaudio ferar, ut spiritum identidem meum pro illorum salute devoveam, quorum jussu, opibusque reparantur. 6. Sed tamen hoc, quod mihi ornandæ professionis meæ causa tributum est, huic me præcipue sentio debere monumento.

CAP. XVII. 1. Etenim si bello parta Marti[g] dicantur, si mari quæsita Neptuno,[h] si messes Cereri,[i] si Mercurio[j]

ea autem deligo patriæ, et ipsi, &c. quam lectionem primus restituit Arntz. cum antea legeretur, *oportere censeo, atque usum deligo, &c.* Vet. Livin. *accipi oportere autem, aut quæ usum;* Ritters. conj. *atqui usum;* Grut. *accipio aperte, re autem atque usu delego patriæ,* ut subintelligatur 'sexcena sestertia;' vel, *accipi oportet: re autem atque usu deligo patriæ.*—4 Edd. vett. *ita salvo honoris;* Livin. conj. *ut salvo honoris;* quam conjecturam recepere Baun. Cellar. Jæger. *id est, salvo honoris* Grut. Mox, *si me dignum* conj. Livin. *si et me dignum* Grut. *si me* recepit Jæger. *ut me* servant omnes aliæ edd. et cod. Guelph.—5 Rhenan. Steph. Rivin. Livin. al. vett. *operibusque reparantur;* Vet. Putean. Vet. Livin. Guelph. Exc. Schon. Bertin. Cuspin. Acidal. Grut. et recentt. *opibusque reparantur.*—6 Guelph. et edd. omnes usque ad Grut. *debere monumenta;* et sic etiam Rivin. *debere monumento* Vet. Putean. Grut. et recentt. *d. monimento* Acidal.

NOTÆ

[f] *Ut salvo honoris*] Mihi temperare non potui, quin juxta Livineii, Acidalii, et Gruteri suspicionem, textum hunc haud corruptum duabus mutatis voculis ederem: pro *ita salvo,* restitui *ut salvo:* et mox, pro *ut me,* lego *si me,* ut post Livineium emendat Gruterus.

[g] *Marti*] Junonem ferunt olim indignatam, quod Jupiter absque fœminæ commercio Palladem procreasset, vicissim sine viro, floris unius contactu, quem in Oleniis campis in hunc usum ei Flora monstrarat, concepisse, et Martem peperisse, qui Deus belli dictus est.

[h] *Neptuno*] Neptunus Saturni et Opis filius fuit, Jovis et Plutonis frater. Huic in totius orbis divisione maris imperium obtigit. Uxorem habuit Amphitriten Nerei filiam.

[i] *Cereri*] Ceres Saturni et Opis filia, frugum inventrix fuit. Ex ea Jupiter Proserpinam suscepit, quam a Plutone raptam, tædis in Ætna monte accensis, toto orbe quæsivit.

[j] *Mercurio*] Mercurius Jovis et Maiæ filius, ita dictus a mercibus, eo quod mercatoribus præsidere diceretur. Præter hunc tres alii fuere

lucra libantur, si item rerum omnium [k] ad cultum referuntur auctorum; [a] ubi fas est docendi præmia consecrare, nisi in sede dicendi? 2. Præsertim cum mihi, ultra communem cum ceteris studiorum religionem, etiam proprius [b] quidam sit erga Mæniana illa, ex majorum meorum recordatione, delectus. 3. Quamvis enim, ante ingressum pueritiæ meæ, intermissa fuerit eorum exercendi studii frequentatio, [c] tamen illic avum quondam meum [l] docuisse audio, hominem Athenis ortum, Romæ diu celebrem, mox in ista urbe perspectum et probatum [m] hominum amore, doctrinæ atque hujus ipsius operis veneratione detentum. 4. Cujus ego

[a] *Si rependantur ad eos colendos a quibus eas acceperis.*
[b] *Peculiaris amor.*
[c] *Etsi enim priusquam pueritiæ tempus attigissem jam desieram studiorum professionem exercere.*

CAP. XVII. 1 Balduin. edidit, *si item res omnes, &c.* Livin. conj. *si item r. omnium fructus ad, &c.* Ritters. *si item r. o. primitiæ ad, &c.* Grut. *si primitiæ rerum omnium, &c.* cod. Mœrl. *si item ad cultum omnium rerum referuntur, &c.* Arntz. *si item munera rerum omnium, &c.* Mox, codd. Guelph. et Mœrl. *nisi ipsi scholæ dicendi;* Acidal. conj. *docendi.* Vox *sede* glossema videtur Arntzenio.—2 Edd. vett. *quidem sit erga;* Vet. Putean. Bertin. et Mœrl. *quidam sit erga*, quod receperunt Patarol. et Jæger. Pro *delectus*, quod ex cod. Guelph. revocavit Arntz. *dilectus* legitur in prioribus edd.—3 Pro *intermissa*, quod ex codd. Mœrl. et Guelph. revocavit Jæger. *prætermissa* exhibent edd. vett. *exercendis studiis* conj. Livin. et Acidal. *meum quondam* Vet. Livin. Grut. Baun. al. *quondam meum* cod. Mœrl. Guelph. et edd. ante Grut. [4] Mox, Acidal. conjicit, *perspectu probitate hominum, amore doctrinæ, &c.* Rh. et Steph. præfert, *perspectum probato hominum amore.* Vet. Put. et Gud. *perspectum, probatumque.* Ita etiam Mœrl. qui hic periodum finit, et verba sequentia, *hominum amore doctr.* usque ad *veneratione detentum*, æque ac Gud.

NOTÆ

Mercurii: 1. Cœli et Diei filius; 2. Liberi et Proserpinæ; 3. Jovis et Cyllenes. Sed quæ ad singulos pertinent, solent ad unum Maiæ filium referri.

[k] *Si item rerum omnium*] Sensus quidem clarior sit, si cum Balduino legatur, *si item res omnes, &c.* vel si inferatur aliqua vocula, *si primitiæ rerum omnium;* vel si, *fructus rerum omnium;* sed tamen quia deest veterum codicum auctoritas, nihil muto.

[l] *Avum q. meum*] An Glaucum? ut mox indicare videtur 'non civitate Atticum, sed eloquio,' id est, non modo civitate Atticum, sed eloquio. Hunc enim loquendi modum inferiore ævo frequentem esse ostendam cap. XIX. not. [u]. Sensus etiam esse posset, non tam civitate Atticum, quam eloquio. Si neutro illo sensu id accipiendum est, Glaucum illum alium ab ejus avo fuisse oportet, quem civitate Atticum fuisse dixit.

[m] *Perspectum et probatum* [*perspecto et probato*] Alii *perspectum probatumque:* utrumvis elige.

locum, in quo, ut referunt; major octogenario docuit, si ab isto venerabili sene (Te, Glauce, appello, præsentem quem videmus, non civitate Atticum, sed eloquio) recoli, ornarique perfecero; ipsum mihi videbor ad vitam tali professionis suæ successione revocasse. 5. Quod quidem ego meum erga honorem domus ac familiæ meæ studium non confiterer, V. P., nisi ipsis Imperatoribus Cæsaribusque nostris gratum esse confiderem, ut publicam eorum in restituendo orbe pietatem, pro suo quisque captu,[d] in renovandis suorum vestigiis æmuletur.

CAP. XVIII. 1. Quis enim nunc sit animo tam humili, tam abjecto, tam ab omni appetitione laudis alieno, ut non et quantulamcumque memoriam suorum excitare, et sibi aliquid secundæ opinionis[e] cupiat acquirere? cum videat omnia, quæ priorum[n] labe conciderant, hac felicitate sæculi resurgentia; tot urbes, diu sylvis obsitas atque habitatas feris, instaurari mœnibus, incolis frequentari; 2. quod in Ægæo mari[o] semel contigit, ut, quæ operta fluctibus

[d] *Pro suo modulo.* [e] *Bonæ existimationis.*

omittit.' *Jæger.* Pro *hominum* Livin. conj. *omnium.*—4 Edd. vett. *in quo referunt;* Vet. Putean. Guelph. Exc. Schon. Bertin. Cuspin. et P. Steph. *in quo ut referunt.* Pro *Glauce* Guelph. habet *Dante.* Idem codex pro *Atticum* exhibet *accitum.* Mox, *tali* abest in Bertin.—5 Edd. vett. *meum ego erga.* Vet. Putean. Mœrl. et Pat. *ego meum erga.* Mox, *nisi si ipsis* edd. vett. *si* delent Cuspin. Rhenan. H. Steph. et recentt. *nisi* abest in Guelph. Paulo post, *in revocandis* Vet. Livin.

CAP. XVIII. 1 Edd. vett. *sic animo;* Vet. Putean. et edd. recentt. *sit animo.* Edd. vett. *ut si et;* Vet. Cuspin. Rhenan. Livin. et recentt. *ut non et;* Guelph. *ut non quantulacumque,* omissa conjunctione *et.* Mox, pro *priorum,* quod exhibet Guelph. edd. vett. habent *oriorum.* '*Priorum* edidi ex veteri cod. nostro, Bertiniens. Cuspinian. In editione Rhenani erat *oriorum,* unde *bellorum* aut *superiorum* legendum Rhenanus conjecerat. Utrumque, si Diis placet, Balduinus in contextum recepit. Vide, quæ ex quantula causa et origine labes.' *Livin.*—2 '*Quæ operta*] Pro *opertis,* quod adhuc in omnibus edd. repertum, Livineius suspicabatur legendum esse *operta.* Cod. Puteani habet *opera,* Mœrl. et Gud. expresse *operta,* quod adeo in contextum recipere

NOTÆ

[n] *Priorum*] Prope abfuit ut, Balduinum secutus, *bellorum* adderem in contextum, aut *temporum;* hiare enim sententia videtur, sed deest boni codicis auctoritas.

[o] *In Ægæo mari*] Ægæum mare pars maris Mediterranei, Græciam ab Asia disterminans, ita ab Ægæo scopulo inter Tenedum et Chium teste Plinio dictum est. Hodie *l'Archipel:*

vagabatur, repente insula Delos existeret, ejus nunc simile, tot orientibus undique civitatibus, tot insulis ad humanos cultus quasi renascentibus, evenire. 3. Nisi forte non gravior Britanniam ruina depresserat, quam si superfuso tegeretur Oceano; quæ, profundissimo pœnarum[p] gurgite liberata, ad conspectum Romanæ lucis emersit: aut hæc ipsa, quæ modo desinit esse barbaria, non magis feritate Francorum velut hausta desiderat,[q] quam si eam circumfusa flumina, et mare alluens operuisset. 4. Nam quid ego alarum, et cohortium castra percenseam, toto Rheno, et Istro, et Euphrate limite restituta? Qua veris autumnive clementia tot manu positæ arbores convalescunt, quo calore solis tot depressæ imbribus segetes resurgunt, quot ubique muri, vix repertis veterum fundamentorum vestigiis, excitantur? 5. Adeo, ut res est, aurea illa sæcula,[r] quæ non diu quondam Saturno rege viguerunt, nunc æternis auspiciis Jovis et Herculis renascuntur.

CAP. XIX. 1. Sed enim, V.P., inter omnia, quæ virtute Principum ac felicitate recreantur, sint licet fortasse alia magnitudine atque utilitate potiora, nihil est tamen admi-

non dubitavi.' *Jæger.* Vide Nott. Varr. Pro *undique civitatibus*, Guelph. habet, *non civitatibus;* unde Arntz. conj. *nunc civitatibus*, ob priora 'nunc simile.'—3 '*Si perfuso tegerent*] In locum hujus vitiosæ scripturæ ex Bertiniensi *superfuso*, et ex veteri cod. Livineii *tegeretur*, reposuerunt Parisienses, Cellarius, et Patarol. suffragante etiam cod. Putean. et Mœrl.' *Jæger.* Pighius, pro *pænarum*, conj. *Pictonum;* Balduin. legit *Pictorum;* al. *prædonum.* 'Præter Cuspin. etiam Vet. Livineii, Bertiniens. Putean. Mœrl. habent *pænarum;* idem vocabulum Schonhovius quoque ad oram edit. Froben. ascripsit.' *Jæger.* Vide Nott. Varr. Pro *feritate*, quod servant Exc. Schonhov. Vet. Putean. al. *veritate* legitur in edd. quibusdam vett. Mox, pro *desiderat*, Livin. Baun. et Cortius conj. *desederat;* Arntzen. senior, *desideret.* Mœrl. habet *deciderat;* Guelph. *desideat.*—4 Edd. ante Arntzen. habent *toto Rheni, et Istri, et Euphratis:* Arntzenius vero e cod. Guelph. lectionem nostram restituit. *Qua v. autumnique* Guelph. Pro *convalescunt*, Balduin. legit *coalescunt.*—5 Vet. Livin. *non æternis.*

NOTÆ

in eo insulæ plurimæ, quæ Cyclades, et Sporades appellantur.

[p] *Pœnarum*] Alii *prædonum;* quod mihi quidem non improbatur, bella enim ejusmodi latrocinia plerumque vocat. Male vero Balduinus legit *Pictorum*, neque melius qui *Pænorum* malunt.

[q] *Desiderat*] Forte, *desederat.*

[r] *Aurea illa sæcula*] Ovid. Met. I. 89. 'Aurea prima sata est ætas,' &c.

rabilius hac liberalitate, quam fovendis honorandisve literarum studiis impartiunt. 2. Quippe, ut initio dixi, nulli unquam antehac Principes pari cura belli munia, et hujusmodi pacis ornamenta coluerunt. 3. Diversissimus enim ad utramque sectam[s] deflexus, et dispar natura mentium, et discrepans in electione judicium, ipsorum denique utrisque artibus præsidentium numinum dissoni sonitus, habitusque dissimiles. 4. Quo magis horum nova et incredibilis est virtus et humanitas, qui, inter tanta opera bellorum, ad hæc quoque literarum exercitia respiciunt, atque illum temporum[t] statum, quo, ut legimus, Romana res plurimum terra et mari valuit, ita demum integrari putant, si non potentia,[u] sed etiam eloquentia Romana revirescat.

CAP. XX. 1. Detur ergo, V. P., illa mihi ab optimis virtutum omnium dominis tributa largitio huic operi, doctrinæ atque eloquentiæ dedicata,[a] ut, quemadmodum cetera

CAP. XIX. 1 Balduin. et plurimæ edd. *honorandisque;* Guelph. cum edd. Puteol. et Rhenan. *honorandisve,* quod revocavit Arntzen.—2 Mœrl. et Gud. *Principes curas belli, muniaque, et hujusmodi, &c.* Edd. vett. *belli munera;* Vet. Cuspin. et Rhenan. *munia.*—3 Edd. ante Arntzen. *deflexus est, dispar;* Guelph. *deflexus, et dispar;* unde Arntzen. conj. *deflexus est, et dispar.* Edd. vett. *præsidentium nominum.* 'Nihil verius est scriptura Viennensis editionis, *præsidentium numinum,* quamvis non item comprobent membranæ.' *Grut.* 'Præter Viennensem Cuspin. ed. quam merito sequuntur Parisienses, et Cellar. et Patarol. omnes in corrupta lectione *nominum* conspirare deprehendi.' *Jæger.* *numinum* confirmat Guelph. et ex ingenio jam restituit Stewech. ad Arnob. adv. Gent. III. p. 91. Vide Nott. Varr.—4 Puteol. Rhenan. H. Steph. Balduin. et Rivin. *quæ, inter.* Livin. et P. Steph. *ut non potentia;* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. Guelph. *si non potentia;* Mœrl. *si non solum potentia.* Mox, *eloquentia Roma* edd. vett. *revirebat* Guelph.

CAP. XX. 1 Voc. *ergo* neglexit Balduin. pro quo Guelph. habet *igitur.* 'In ed. Cusp. Rhen. Steph. et Mœrl. ac Gud. vitiose legitur *dedicata;* in ed. Livineii, reliquisque recte *dedicato,* uti Acidalius legendum esse monuit.'

NOTÆ

[s] *Ad utramque sectam*] Quo enim plus ad pacis, hoc est, ad literarum artes, te conferes, eo te avertes magis a bellicis.

[t] *Illum temporum*] Tangit beata Pompeii tempora, cum Romana respublica terra marique victorias reportabat.

[u] *Non potentia*] Id est, 'non potentia tantum, sed etiam eloquentia Romana:' ita Plinius Paneg. cap. VII. 'Nec judicium hominum, sed Deorum etiam in consilium assumsit.' Et Juliani Paneg. cap. X. 'Non privatas ædes, sed publica tecta;' pro, non privatas modo ædes. Sed et infra cap. XIX. 'nec viros quidem, sed muliercalas,' id est, non viros modo.

[a] *Dedicata* [*dedicato*] Non *dedicata,* ut vult Balduinus, id est, pecunia

vitæ nostræ commoda apud auxiliatores eorum Deos colimus, ita singularem eorundem erga literas dignationem in antiqua literarum sede celebremus. 2. Videat præterea in illis porticibus juventus, et quotidie spectet omnes terras, et cuncta maria, et quicquid invictissimi Principes urbium, gentium, nationum aut pietate restituunt, aut virtute conficiunt, aut terrore devinciunt. 3. Siquidem illic, ut ipse vidisti, credo, instruendæ pueritiæ causa, quo manifestius oculis [b] discerentur, quæ difficilius percipiuntur auditu, omnium cum nominibus suis locorum situs, spatia, intervalla descripta sunt, quicquid ubique fluminum oritur et conditur, quacumque se litorum sinus flectunt, qua vel ambitu cingit orbem, vel impetu irrumpit Oceanus.

Jæger.—2 'Rhen. Livin. *nationum aut virtute devinc. aut terrore*, omissis vocibus *pietate restituunt*. Cuspinian. Paris. Cellar. Patar. *nationum aut pietate restituunt aut virtute devincunt aut terrore.* Voces *pietate restituunt* leguntur etiam in cod. Bertiniensi et a Schonhovio oræ ed. Rhen. ascriptæ sunt. Cod. Puteani, *aut pietate restituunt aut virtute concipiunt aut terrore devinciunt;* Mœrl. *aut piet. rest. aut virtute conficiunt aut terrore devinciunt.* Sic et Gud. excepto quod *devincunt* præfert. Hanc lectionem Mœrl. omnium optimam esse, nemini, opinor, obscurum erit. Quid aptius, quam et voci *terrore* verbum suum adjungi, sicut *pietate* et *virtute* addita sibi habent? τὸ *conficiunt*, i. e. debellant, firmatur scriptura Puteani cod. vitiosa *concipiunt;* et *devinciunt* ejusd. cod. script. *devinicunt.* Rhen. et Stephanus quidem, uti etiam Vet. Livineii, Bertiniens. et Cuspin. habent *devincunt;* sed hoc vocabulum non satis differt significatu a voce *conficiunt.* 'Devincire' est h. l. aliquem eo redigere, ut nocere non possit vel non audeat; idque *terrori* apprime convenit. Sic Cic. in Pison. c. 13. de Cn. Pompeio: 'Qui omnes omnium gentium partes tribus triumphis devinxerat.'' *Jæger.*—3 Mœrl. *instituendæ pueritiæ.* 'Alterum tuetur Ovid. Heroid. XVI. 364. Trist. II. 318.' *Arntzen.* Mox, Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. in textu, *quove ambitu;* Vet. Livin. et Bertin. quos sequuntur Parisienses, Cellar. Patarol. *quo vel;* cod. Put. et Mœrl. cum Gud. *qua vel.* Voc. *impetu*, quod servant codd. Put. Guelph. Mœrl. et Bertin. deest in edd. Rhenan. Cuspin. Steph. et Livin.

NOTÆ

mihi ab imperatoribus concessa, impendatur huic operi instaurando, id est, resarciendis scholis, quæ doctrinæ et eloquentiæ dedicatæ sunt.

[b] *Manifestius oculis*] Nam ut ait Horat. de Arte Poët. vs. 180. 'Segnius irritant animos demissa per aures, Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus.' Nota autem geographicas tabulas non Eumenii primum tempore prostitisse. Jam enim Alexandri ætate ejusmodi tabulas extitisse refert Ælian. Var. III. 28. Et Varro lib. de Re Rust. 'Offendi,' inquit, 'Fundanium socerum meum et C. Agrium equitem Romanum Socraticum, et P. Agrasium publicanum, spectantes in pariete pictam Italiam.' Apud Propert. IV. 3. 37. 'Cogor et e tabula pictos ediscere

CAP. XXI. 1. Ibi fortissimorum Imperatorum pulcherrimæ res gestæ per diversa regionum argumenta recoluntur,[c] dum calentibus, semperque venientibus victoriarum nuntiis revisuntur gemina Persidos flumina,[d] et Libyæ[e] arva sitientia, et connexa Rheni cornua,[f] et Nili[g] ora multifida; 2. dumque sibi ad hæc singula intuentium animus affingit aut sub tua, Diocletiane Auguste, clementia[h] Ægyptum, furore posito, quiescentem; aut te, Maximiane invicte, perculsa Maurorum[i] agmina fulminantem; aut sub dextera tua, domine Constanti, Bataviam,[j] Britanniamque[k] squali-

CAP. XXI. 1 *Ubi* Vet. Putean. *recolantur* Vet. Livin. Cusp. Rhenan. *recoluntur* Vet. Putean. et Guelph. *revisuntur perfida flumina* edd. quædam vett. *revisuntur gemina Persidos flumina* codd. Guelph. Vet. Putean. Bertin. Vet. Livin. Cuspin. Mœrl. Paris. Cellar. Patarol. *revisuntur Persidos flumina*, omisso voc. *gemina*, Rivin. et Steph. '*Connexa Rheni cornua*] *Connexa* est in ed. Rhen. Livin. Steph. Paris. Cellar. Pat. Sed, qua ratione cornua Rheni sint connexa, difficile est explicatu. Potior itaque est scriptura cod. Bertin. et Cusp. quam Schonhovius quoque in marg. ed. Rhen. notavit, et quam exhibet cod. Puteani et Mœrl. *convexa*, h. e. sinuata in arcum.' *Jæger*.—2 Acidalius conj. *animus effingit;* quam conjecturam in contextum admisit Rivin. *animus afficit* exhibent Guelph. et Mœrl. Mox, iidem codd. *orbem, Egypto in*

NOTÆ

mundos.' L. Annæus Florus initio historiæ suæ: 'Faciam,' inquit, 'quod solent, qui terrarum situs pingunt; in brevi quasi tabella historiæ imaginem amplectar.'

[c] *Recoluntur*] Ad geographiam discendam mirum quantum prosit historia.

[d] *Gemina Persidos flumina*] Tigris et Euphrates, de quibus supra, Paneg. III. 6. 7.

[e] *Libyæ*] Quinquegentanas nationes intelligit, ita dictas a quinque civitatibus Cyrenis, Ptolemaide, Arsinoë, quæ et Teuchira, Darnis, et Berenice: singulæ enim in Libya.

[f] *Connexa Rheni cornua*] Virg. Æn. IX. 'Rhenusque bicornis.' Claud. de Laud. Stilic. I. 220. 'Rhenumque minacem Cornibus infractis adeo mitescere cogis.' Et in Cons. Honorii: 'Tempus erit cum te trans Rheni cornua victor;' quia enim Rhenus in duas partes se findit, quæ cornuum veluti speciem referunt, dicitur 'bicornis.'

[g] *Nili*] De Nilo celebri Ægypti fluvio dictum est in Plinii Paneg. cap. XXX.

[h] *Clementia*] Ne tam quidem: nam interfecto Alexandriæ Achilleo, Diocletianus acerbe victoria usus, totam Ægyptum gravibus proscriptionibus cædibusque fœdavit. Vid. Eutrop. Euseb. in Chron. et Zonar.

[i] *Maurorum*] De Mauris a Maximiano victis supra diximus in Maximiani Vita.

[j] *Bataviam*] Unde Constantius Francos expulerat.

[k] *Britanniamque*] Quam idem Constantius decimo tandem anno recuperaverat.

dum caput sylvis et fluctibus exserentem; aut te, Maximiane Cæsar, Persicos arcus,[1] pharetrasque calcantem. 3. Nunc enim, nunc demum juvat orbem spectare depictum, cum in illo nihil videmus alienum. 4. Habes, V. P., studii ac voti mei professionem. Abs te peto, ut eam literis tuis apud sacras aures prosequi non graveris. Siquidem maximus, ac pæne solus fructus est recta cupientium, ut voluntas eorum ad divinam tantorum Principum scientiam perferatur.

furore posito. Pro *exserentem*, Cuspin. Rhenan. et Steph. habent *exercentem*. —3 Vox *demum* deest in cod. Mœrl. *cum illo*, omissa præpositione *in*, Guelph. *videamus* Mœrl.—4 Vox *studii* abest a Guelph. qui codex mox habet, *recta capientium, ut eorum voluntas, &c.* Huic Orationi subjicitur in Guelph. *Finis Quint.*

NOTÆ

[1] *Persicos arcus*] Intelligit Diocletiani de Narseo victoriam.

PANEGYRICUS V.

VITA
FL. VAL. CONSTANTII CHLORI.



A. U. C. MIII. Christi CCL. Decii Aug. II.

FLAVIUS VALERIUS CONSTANTIUS, quem Aur. Victor Julium etiam appellat, cognomento Chlorus, a voce Græca χλωρὸς, *flavus*, seu quod vultu flavo esset, seu quod hujus coloris vestem puer gerere soleret, a Flavio Vespasiano Augusto genus duxit; a quo Flaviæ gentis nomen et insignia consecutus dicitur apud Trebellium Pollionem, si tamen ei fides haberi potest, qui Constantino ejus nepoti, cujus tempore historiam scripsit, ea in re fortasse adulari voluit. Ortus est patre Flavio Eutropio, nobili inter Dardanos genere, matre vero Claudia, Claudii Augusti, vel potius Crispi ejus fratris filia. Natus est in Illyrico, ut tradit Aur. Victor, III. Kal. Mart. ut videre est ex Kalendario Constantini; hoc anno Christi CCL. ut ex ejus obitus tempore apparet.

A. U. C. MXXV. Christi CCLXXII. Aureliani Aug. III. Constantii Ætat. XXII.

Constantius 'in primo ætatis flore,' inquit Eumenius Panegyr. VII. cap. 4. Constantinum genuit, quod ad annum hunc Christi CCLXXII. referendum esse liquet ex Constantini obitu. Helenam Constantini matrem fuisse tradunt Historiæ Ecclesiasticæ scriptores omnes et Justinian. II. Nov. Constit. aliique. Eandem autem veram Constantii conjugem fuisse, contra Zosimum, Ethnicosque scriptores Græcos, pro suo erga Romanos, inprimisque Christianos Imperatores odio utriusque pudori obtrectantes, probat locus Paneg. VI. c. 3. ubi ejus auctor, quisquis est, instituta Constantium inter et Constantinum comparatione: 'Neque enim,' inquit, 'forma tantum in te patris, Constantine, sed etiam continentia, fortitudo, justitia, prudentia sese votis gentium præsentant. Quo enim, magis continentiam patris æquare potuisti, quam quod te ab ipso fine pueritiæ illico matrimonii legibus tradidisti, ut primo ingressu adolescentiæ formares animum maritalem, nihil de concessis ætati voluptatibus in hoc sacrum pectus admitteres: novum jam tum miraculum, juvenis uxorius?' Quæ autem ratio illa fuisset laudandi Constantini, si, cum is ex Helena non legitimo matrimonio genitum se a Constantio probe nosset, continentiam patris æquare diceretur? Idipsum confirmant Victor et Eutropius, dum aiunt Constantium, ut cum Cæsaris nomine Theodoram, Maximiani privignam, in conjugem acciperet, priorem conjugem (nempe Helenam) repudiare coactum. Atqui repudiari non dicitur nisi quæ uxor est.

Utrum vero illa natione Bithyna fuerit, ut post Nicephorum probat Lipsius, an Drepani, aut Tarsi, aut Edessæ, aut Naissi nata; an Treverensis, ut ex Constantio Porphyrogenito, vetere manuscripto Marquardi Freheri studio e Palatina Bibliotheca eruto, ex Berengosio de Invent. Cruc. III. 2. aliisque probant Christ. Browerus et Jacob. Masenius in Annalibus Treverensibus, et Tristanus in Comment. Historicis; an demum Britanna fuerit, ut fuse

ad annum CCCVI. probat Baronius, difficile sit statuere. Certe hanc postremam opinionem Michaël Alfordus nostræ Societatis, in eo libro, quem de Lucii, Helenæ, et Constantini Patria et Fide scripsit, scriptorum tum Italorum, tum Hispanorum et Belgarum, tum Germanorum, seu veterum, seu recentiorum, omnino septuaginta auctoritate confirmat. Quæ si valuerit opinio, cui profecto favere videntur Panegyrici, ubi tam crebra tamque honorifica Britanniarum mentio est, contra vero tanta Græcæ levitatis exprobratio, dicendum Helenam Cœlli Britanniarum regis filiam anno Christi CCXLVII. natam fuisse: ejus nuptias in Britanniis anno Christi CCLXXI. celebratas, cum ad pacandam hanc provinciam ab Aureliano missus est Constantius: vixisse in summa integritatis, pietatis, et modestiæ, atque omni Christianæ virtutis laude: Nicænæ synodi tempore, hoc est an. Christi CCCXXV. in Palæstinam profectam, ac reperta sequenti anno Hierosolymis Christi cruce, post relicta ibi pietatis suæ monumenta multa, Romam rediisse, tandemque anno Christi CCCXXVII. inter filii ac nepotum complexus, XV. Kal. Sept. octogenariam obiisse Eam a filio in Basilica SS. Martyrum Marcellini et Petri via Lavicana magnifice sepultam refert Euseb. de Vita Const. III. 46. 47. 60. Ejus virtutes ab Historiæ Ecclesiasticæ scriptoribus plurimum commendantur.

A. U. C. MXXXVII. Christi CCLXXXIV. Carini Aug. I. Const. Ætat. XXXIV.

Constantius prætor primum, exin tribunus, postea præses Dalmatiarum fuit, inquit Valesii Anonymus. Quo tempore duo priora munera gesserit incertum est. Postremo certe tanta cum laude sub Carino functus est, ut imperator, quantumvis natura ferox, de eo sibi subrogando cogitaret: quod nemo, inquit Vopiscus in Carino, tunc vir melior ipsi videretur.

A. U. C. MXLIV. Christi CCXCI. Dioclet. Imp. VIII. Maxim. Imp. VII. Constant. Ætat. XLI.

Neque minore in pretio apud Diocletianum et Maximia-

num fuit Constantii virtus. Hi enim postquam inter se Mediolani deliberassent, quemnam in toto imperio gerendorum bellorum undequaque imminentium socium asciscerent, Constantium, ad id omnium maxime visum idoneum, Cæsarem faciunt Kal. Martiis, Paneg. v. 4. Quem ut Maximianus arctiori sibi vinculo conjunctum haberet, Theodoram privignam suam conjugem accipere coëgit, repudiata priori uxore Helena. Suscepit autem ex Theodora, si Eusebio fides est, Constantium, qui Galli Cæsaris, et Juliani Apostatæ pater fuit; Dalmatium, Dalmatii Junioris Cæsaris patrem; Hannibalianum; quibus addunt aliqui alium Constantium: filias vero Constantiam, quæ postea Licinio Augusto nupsit; Eutropiam, Nepotiani conjugem; et, ut putant aliqui, Anastasiam. Itaque Constantius jam Cæsar a socero suo Maximiano in Britannias adversus Carausium missus, 'tanta celeritate in Gallias primum pervenit, ut omnes adventus sui nuntios præverterit,' Paneg. v. 6. Eodem anno, ut indicare videntur Panegyrici, Gesoriacum, (Bononiam hodie dicimus,) urbem terra marique a Carausii militibus validissime defensam, obsidet. Ac ne obsessis auxilio venire posset Carausianorum classis, collocata non longe a Bononiensi portu, hujus aditum congestis arborum molibus, et ingenti saxorum strue occludit; donec illi, auxilii spe amissa, Constantio se dedunt: 'ac potuisset illo virtutis et felicitatis impetu totum peragi continuo bellum, nisi ædificandis navibus dari tempus rei necessitudo suasisset,' Paneg. v. 7. Igitur conversis armis in eos 'quos adiri continens terra permittebat,' Francos e Frisia et Batavia, quas depopulabantur, expulit; atque inde captivos multos ad Lingonum, Rhemorum, Tricassinorum, et Ambianorum agros excolendos transmisit, cap. VIII. et IX.

A. U. C. MXLV. Christi CCXCII. Dioclet. Imp. IX. Maxim. Imp. VIII. Const. Ætat. XLII.

Post has in Gallia et Batavia relatas victorias Constantius tribunitia ab imperatoribus potestate donatus, Britannicam expeditionem inchoaturus mari se committit, cum

certa, ut ei omnibusque videbatur, spe victoriæ. Sed 'maris inclementia' tum forte coorta Constantini 'victoriam fatali quadam necessitate distulit,' et Romanos, 'in re maritima novos,' in continentem Galliam re infecta redire compulit. Quare pacem cum Carausio iniri necesse fuit, ipsique remitti insulæ imperium. Vid. Eutrop. et Victor.

A. U.C. MXLVI. Christi CCXCIII. Dioclet. Imp. X. Maxim. Imp. IX. Const. Ætat. XLIII.

Constantius expectabat donec melior oppugnandi Carausii sese offerret occasio: cum ecce nuntiatur Carausium septimo ineunte tyrannidis suæ anno Allecti familiaris sui dolo interemtum, ut is sese in ejus locum, uti fecit, intruderet. Tum primum Constantio nova spes affulsit recuperandæ Britanniæ. Itaque 'Asclepiodotum, (inquit A. Victor) qui prætorianis præfectus erat, cum parte classis et legionum adversus novum tyrannum præmittit,' cum reliquis copiis ipse subsecuturus. Asclepiodotus, beneficio spissioris nebulæ inimica classe, quæ apud Vectam insulam in speculis et insidiis collocata erat, caute evitata, feliciter in Britanniam appellit. 'Simul universis navibus ignes injicit, ut nullo fugæ suæ præsidio reservato, in sola victoria spem ponerent,' Paneg. v. 15. Allectus, audito nuntio adventus Constantii, ab eo littore (fortasse Rutupino) abscedens, classem portumque deseruit, sed mari Constantium fugiens, terra in Asclepiodotum incidit, a quo victus interfectusque est, et cultu illo, quem vivus assumserat, sponte deposito, inter cæsorum hostium acervos, vix unius velaminis repertus indicio. Barbari complures, inprimisque Franci, ex prælio Londinum sese recipiunt; fugissentque direpta urbe copiosissima, nisi a Constantii militibus oppressi cecidissent. Constantio in littus egredienti Britanni cum plausu et acclamatione sese cum conjugibus et liberis offerunt, ac libertatis suæ vindici gratulantur. Hac victoria non recuperatæ modo post decem annos Britanniæ, sed Galliæ, Hispaniæ, Italiæ, atque Africæ a piratarum incursionibus liberatæ. Missi inde artifices ad Galliarum

urbes; inprimis ad Æduensem urbem, Bagaudarum grassationibus afflictam, reficiendam. Constantius Francicus et Germanicus appellatur, ut observat Onuphrius Panvinius Fast. lib. II. Dictum etiam esse Herculium a Maximiani soceri sui nomine, notat Tristanus ex veteri nummo.

A. U. C. MXLVII. Christi CCXCIV. Dioclet. Imp. XI. Maxim. X. Const. Ætat. XLIV.

Hoc anno Constantius fit consul, Galerio Maximiano Armentario collega.

A. U. C. MXLIX. Christi CCXCVI. Dioclet. Imp. XIII. Maxim. XII. Const. Ætat. XLVI.

Britannico bello confecto, ac Britanniis Allecti nece, Galliisque in diuturna pace, ut quidem videbatur, constitutis; Franci, nondum tot acceptis cladibus fracti, iterum Rheno, qui tum glacie constrictus erat, trajecto, Bataviam insulam occupant. Itaque hos Constantius hoc anno secundum consul repente adortus ad deditionem compulit. Interim Alamani in Ræetiam, Helvetiam, Rauracos, Noricum, Vindelicos, Sequanos, cum regibus suis Ascarico et Regaiso, incursionem facientes, ad Lingonas usque penetrant. Actum erat de tota Gallia, nisi Constantius hoc nuntio excitatus cum parte exercitus accurrisset. At is die una, inquit Eutropius, adversam et secundam fortunam expertus est. Nam cum repente barbaris ingruentibus, intra civitatem Vindonensem aut Lingonensem recipere se vellet, sedulo clausis ne hostes irrumperent urbis portis, demissis funibus in murum efferri necesse habuit. Constantius rei discrimine, ac vulnere accepto nihil deterritus, post quinque horas redintegrata pugna, Alamanorum post victoriam suam nihil tale metuentium 60. fere millia cecidit. Tum castella, quæ ad præsidia disposita erant Rheni, Istri, et Euphratis, restituit, aliis etiam adjectis. Spiram condit, cui urbi nomen ab imperatoria cohorte datum. Tandem Claudiam Constantii matrem magnificentissimis exequiis sepelit.

A. U. C. MLIII. Christi CCC. Dioclet. Imp. XVII. Maxim. Imp. XVI. Const. Ætat. L.

Constantius consulatum tertium gerit, Galerio Maximiano collega.

A. U. C. MLV. Christi CCCII. Dioclet. Imp. XIX. Maxim. Imp. XVIII. Const. Ætat. LII.

Fit consul quartum, eodem Galerio Maximiano collega.

A. U. C. MLVII. Christi CCCIV. Dioclet. Imp. XXI. Maxim. Imp. XX. Const. Ætat. LIV.

Diocletiano et Maximiano sese ultro imperii administratione abdicantibus, 'Constantius' eodem die, nempe Kal. Aprilis, 'cum Galerio' ex Cæsare 'Augustus creatus est, divisusque inter eos Romanus orbis, ut Galliam, Italiam, Africam Constantius; Illyricum, Asiam, et Orientem Galerius obtineret, sumtis duobus Cæsaribus. Constantius tamen contentus dignitate Augusti, Italiæ atque Africæ administrandæ solicitudinem recusavit. Vir egregius et præstantissimæ civilitatis,' &c. Ita Eutrop. Eodem tempore tradit Victoris Epitome, 'Constantinum quoque Cæsarem effectum esse.' Haud dubie a Constantio patre: cujus in locum videtur Severus esse intrusus.

A. U. C. MLVIII. Christi CCCV. Const. Imp. II. Ætat. LV.

Constantius V. consul adversus Caledonios Pictosque parat exercitum.

A. U. C. MLIX. Christi CCCVI. Const. Imp. III. Ætat. LVI.

Constantio vela in Britanniam faciente, repente Constantinus, qui obses a Galerio in Italia detinebatur, ad patrem accurrit. Picti, Caledoniique vincuntur. At non multo post Eboraci in febrim incidit Constantius. 'Cui quidem et ob ceterorum filiorum ineptam indolem mœsto,' Zonaras ait, 'angelum astitisse, qui juberet ut Constantino relinqueret imperium.' Quod si verum esset, quomodo res tam

singularis esset ab Eusebio prætermissa? Ut ut est, Constantius, liberis coram astantibus, Constantinum, qui reliquos ætate et virtutibus anteibat, hæredem imperii nominat, ac moritur, VIII. Kal. Aug. atque ibi tumulatur. Euseb. I. 15. Hanc Constantini electionem universi exercitus suffragio comprobatam ait Eumenius. Christianum fuisse Constantium non uno in loco indicat Eusebius. Christianis certe admodum favisse nemo nescit. Anno ætatis 56. obiisse tradit Nicephorus: ex quibus Eusebius 16. imperii annos computat, videlicet ab eo tempore, quo Cæsaris nomen obtinuit. Cum autem Victor Schotti nostri 13. annos ejus principatus numerat, intelligit tempus quo Cæsar fuit.

Natione tantum, non specie corporis, non ingenio, non moribus barbarus fuit, quem sua modestia, prudentia, frugalitas, temperantia, castitas, et fortitudo evexerunt ad imperium. Quæ in eo virtutes hoc admirabiliores extiterunt, quod periculum esset ne pessimis imperatoribus, quibus gratiosum esse ejus fortunæ intererat, sua exprobrare vitia videtur. Opum contemtor, ac tanta in summo honorum fastigio moderatione, ut cum in partitione imperii Gallia, Africa, Italia ipsi obtigisset, sponte alteri, ut quidem ait Eutropius, Africa et Italia cesserit. Postremum eo etiam magnus, quod Constantinum Magnum orbi dederit.

EUMENII

PANEGYRICUS

CONSTANTIO CÆSARI

RECEPTA BRITANNIA DICTUS.

SYNOPSIS PANEGYRICI.

In Exordio dicit metum sibi dicenti afferre tum diuturnum silentium, tum auctam inprimis ab eo tempore imperatorum et Cæsarum gloriam, se tamen licet Constantii conspectu commoveatur, recreari non parum quod quæ olim coram illo dixerit prætermittere sibi hac oratione fas futurum sit, cap. I. Igitur incepturum ab Constantii adoptione, cap. II. obiter Imperatorum et Cæsarum victorias perstringit, cap. III. Hæret in laudando Constantio de pacatis, cap. IV. inprimis de Bononia capta, cap. V. De Chamavis, Frisiis, Batavis, aliisque populis domitis, cap. VIII. et ad incultas Galliarum partes incolendas abductis. De recuperata post decimum tandem annum Britannia, cap. IX. Quam necessaria fuerit expeditio illa, tum quia nulla toto terrarum orbe præter hanc regio pacanda supererat, cap. X. propter suam amplitudinem et situm seditioni fovendæ aptissimum, cap. XI. tum propter tyranni eas occupantis immensum robur, cap. XII. Quam fortiter a Constantio suscepta fuerit, cap. XIII. Quam feliciter confecta. In transitu positæ in insidiis inimicæ classis insidias vitat. Simul in insulam appulit, ejus milites suis navibus, ut necesse sit vincere, ignes injiciunt. Allectus fugit, cap. XV. abjectis, ne agnosceretur, regiis ornamentis: at Constantium fugiens, in ipsius milites incidit, a quibus occiditur, cap. XVI. In hac clade barbari innumeri concidunt, Romani vero omnino pauci, cap. XVII. Quam utilis reip. fuerit hæc victoria, per quam non recuperatæ modo Britanniæ, sed et ceteris imp. Romani oris securitas reddita, cap. XVIII. Quam gloriosa Constantio, cujus triumphalis post hanc victoriam in Britannias ingressus describitur.

In fine, ad Imperatores orationem convertit, quibus nihil optandum dicit, nisi ut perpetuo tale sit imperium quale sua virtute effecerunt, cap. XIX.

CAP. I. 1. Si mihi, Cæsar invicte, post diutinum silentium sola esset vincenda trepidatio, qua rudimenta quædam vocis meæ rursus experior; haud immerito me ultra, quam ætas, et quantulacumque studii mei ferret opinio, perturbari confiterer;[a] præsertim cum apud majestatem tuam divina virtutum vestrarum miracula prædicarem. 2. Quo in genere orationis quanta esset cura, quantus labor,[b] quam solicita veneratio, sensi etiam, cum in quotidiana illa instituendæ juventutis exercitatione versarer. 3. Quamvis enim prima tunc in renascentem rempublicam patris, ac patrui tui merita, licet dicendo[a] æquare non possem, possem tamen vel censere numerando. 4. Sed cum me meo

[a] *Si mihi duntaxat superandus esset metus, quicum rudem quandam coram te orationem iterum aggredior; merito faterer me commoveri plusquam patiatur ætas, et quantulacumque est peritiæ meæ existimatio.*

[b] *Ad quod genus orationis quanta opus esset exercitatione.*

Panegyricus Constantio dictus vet. cod. Livin. *Constantio Cæsari* alii codd. *Maximiano Aug.* Rhenan. H. Steph. Rivin. *Constantino Cæsari Augusto* P. Steph. Vide Nott. Varr.

CAP. I. 1 *Cæsar invicte* Guelph. Mœrl. et Bertin. *invicte* deest in edd. Livin. et Cuspin. *post diuturnum s.* edd. ante Arntzen. qui e cod. Guelph. *diutinum* scripsit. *ultra ætas* edd. ante Rhenan. *ultra quam ætas* Vet. Bertin. Guelph. et Exc. Schonhovii. Pro *perturbari,* Rhenan. et Steph. *perturbat;* Rhenan. *perturbatum.* Vide Nott. Varr. 'Cusp. Livin. *virtutum miracula vestrarum.* Iidem, ut et Gud. et Mœrl. *prædicarem;* cod. Livineii *prædicarim;* vere, ut ipse judicat. Secuti sunt judicium Livineii Parisiens. cum Cellario et Pat.' *Jæger.*—2 Edd. ante Grut. *cum quotidiana;* Vet. Put. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Guelph. *cum in quotidiana;* et sic etiam conj. Acidalius.—3 Edd. vett. *licet æquare;* codd. Guelph. Schwarzian. Vet. Putean. Bertin. Cuspin. inserunt *dicendo,* quod recepit Grut. Livineius pro posteriori voce *possem,* conj. *poteram.* Codex Schwarz. *vel censere* pro vulg. *recensere.* Nos-

NOTÆ

[a] *Licet dicendo*] Locum hunc haud dubie corruptum ita emendavit Livineius, *merita dicendo æquare non possem, poteram tamen, &c.* pro qua conjectura facit Bertiniensis codex. Sensus erit: Olim quidem, vel cum in quotidiana instituendæ juventutis exercitatione, pro imposito mihi a te munere versarer, sentiebam quam difficile esset hoc orationis genus. At quamvis tunc non possem dicendo æquare patris ac patrui tui, id est, Maximiani et Diocletiani, in reflorescentem rempublicam merita; poteram utcumque ea recensere numerando. Nunc cum me ex veteri illo eloquentiæ curriculo demoverit, aut palatii officium, aut rusticationis studium, post datam mihi cessandi facultatem, et interim rerum a vobis gestarum seges creverit, hæreo prorsus et stupeo, et præter tarditatem ingenii, quam ex otio contraxi, tanta rerum multitudine deterreor.

illo veteri curriculo, aut, inter adyta palatii vestri, alia quædam sermonis arcani ratio demoverit, aut, post indultam a pietate vestra quietem, studium ruris abduxerit; et vos interim nullum ulciscendæ augendæque reipublicæ vacuum tempus amiseritis, cum tot postea virtute vestra partæ victoriæ, tot excisæ undique barbaræ nationes, tot translati sint rura in Romana cultores,[b] prolati limites, tot provinciæ restitutæ; 5. hæreo prorsus, et stupeo, et præter illam ex otio meo tarditatem tanta rerum mole deterreor, ut hoc uno [c] nitar hortatu,[e] quod ex quantacumque desidia, quamvis maxime orationi imparem, parem facis,[d] Cæsar,

[e] *Nisi hoc uno incitamento accenderer.*

tram lectionem revocavit Arntzen.—4 'Notabilis h. l. est scripturæ varietas. Cuspin. habet, *sed cum in eo curriculo illo vet. aut inter, &c.* ita etiam Rhen. et, qui eum sequitur, Steph. At Vet. Livin. *sed cum et in meo curr. illo vet.* Mœrl. et Gud. *sed cum me in eo illo vet. curr.* In schedis Langianis Livineius invenit, *sed cum ex veteri illo curr. me aut inter, &c.* In Put. est, *sed cum me meo illo vet. curr.* Rhenanus legendum conjecit, *sed cum me esse curriculo;* quo quid sibi velit, difficile est intellectu. Livineius emendat, *sed cum et me ex illo vet. curr.* Sequitur enim, inquit, alterum *et, et vos interim nullum.* Sed hæc emendatio minus necessaria videtur. Optima sine dubio est lectio sched. Lang. et cod. Put. et hæc forte verior. In Mœrl. post vocem *demoverit*, desunt verba, *aut post indultam a piet. vestra quiet. stud. ruris abduxerit;* illique *demoverit* protinus adjungitur *et vos nullum ulciscendæ, &c.*' Jæger. Vide Nott. Varr. 'Codex noster, item uterque Gudianus liber in margine, et ed. Cusp. pro *alta*, quod habent sch. Lang. exhibent *alia;* mox pro *ulciscendæ* Gudian. 2. *vindicandæ.* Sed nihil est mutandum.' *Schwarz.* *alia* omissum est in edd. Rhenan. H. Steph. et Rivin. *alios* codex Arntzenii senioris. *post indulgentam* edd. vett. *post indulgentiam* Exc. Schonhovii; *post indultam* Vet. Putean. In Guelph. legitur, *et vos ullum ulciscendæ.* Idem codex, pro *tot postea*, habet *ut postea.* '*Undique*] Potius *ubique*, nisi forte *funditus.*' Acidal. *sunt Roma cultores* edd. vett. *sint* Vet. Putean. *in Roma* Vet. Livin. *in Romam* Bertin. *tot prolati* conj. Acidal. *et prolati* Arntzen.—5 Vet. Livin. *detereor;* ceteri codd. et edd. antiq. *deterreor.* 'Cod. noster Ms. et uterque Gud. item Vet. Livineii et Bertiniens. pro particula *nisi*, habent *ut.* Nos suspensas habemus rationes, utram amplectamur particulam.' *Schwarz.* Codex Schwarzian. et Gud. 1. 2. *quamvis maxime.* Edd. vett. *imparem facis*, vel *imparem facit;* Acidal. conj. *imparem, parem facit Cæsar;* Livin. *imparem, parem facis*, quam conjecturam receperunt Baun. Patarol. Cellar. Jæger. et

NOTÆ

[b] *Translati sint rura in Romana* [*Romam*] *cultores*] Gruterus ex Bertiniensi codice legit *Romam;* Pithœus *rura in Romana;* Livineius *in Romana*, id est, in Romanas provincias.

[c] *Hoc uno*] Id est, nisi hac una ratione commoverer ad dicendum. Gruterus delendum censet *hortatu.*

[d] *Parem facis*] Hanc vocem *parem*, quæ nescio quomodo ejecta, obscuri-

auditor; præsertim cum, favente numine tuo, ipse ille jam pridem mihi, qui me in lucem primus eduxit, divinarum patris tui aurium aditus evenerit.[d] 6. Quo facilius, majestatis tuæ recordatione confisus, pos[illegible]a, quæ tunc dicta sunt, præterire, atque hunc sermonem ab his, quæ secuta sunt, inchoare.

CAP. II. 1. Quanquam multa mihi ex illis quoque, hoc in tempore, necessario transeunda sunt, ac potissimum ea, quibus officio delati mihi a divinitate vestra honoris interfui;[e] captus scilicet rex ferocissimæ nationis[e] inter ipsas, quas moliebatur, insidias, et, a ponte Rheni usque ad Danubii transitum Guntiensem,[f] deusta atque exhausta penitus Alamania: nam et majora sunt, quam ut enarrari inter alia possint, et, ne meis quoque stipendiis[g] videar gloriari,

[d] *Inprimis cum olim opera majestatis tuæ dicenti mihi patuerint divinæ illæ aures parentis tui.*

[e] *Pro ratione officii, quod mihi a majestate vestra concessum est.*

recentt. *qui in lucem me* schedæ Langii; *qui in lucem*, omissa vocula *me*, Rhenan. Steph. Baun. *qui me in lucem* Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Putean. Pro *divinarum*, quod firmant codd. *divitiarum* legitur in edd. ante Livin.—6 Acidalius conj. *possum illa*. Mox, Guelph. *atque h. s. ab iis.*

CAP. II. 1 *Multa tamen mihi* Vet. Putean. *hoc* deest in Guelph. '*Captus scilicet rex*] In altero Gudiano libro annotatur loco particulæ vox *Sam*, tanquam nomen proprium regis Alamaniæ tunc capti: in Ms. nostro codice hæc vox ambigue scripta est, ut vel *Sam* vel *Scim* legi possit. Quæ scriptura si vera esset, nobis hic proderetur nomen regis Alamaniæ, quod huc usque latuit; at vereor, ne ista scriptura ex compendio scribendi pro particula *scilicet* sit nata.' *Schwarz.* Paulo post, *a potestate Rheni* edd. vett. ante Rhenan. *transitum Contiensem* Vet. Putean. Bertin. Schwarzian. *t. Continensem* in aliis, sic edd. Puteol. Rhenan. H. Steph. Livin. *t. continentem* Exc. Schonhov. et P. Steph. *t. Guntiensem* primus admisit Bannius, eumque secuti sunt Cellar. Jæger. et recentt. Pro *deusta*, quod servant codd. Schwarzian. Guelph. et Vet. Putean. *devastata* legitur in edd. ante Arntzen. *quam ut enu-*

NOTÆ

tatem sententiæ afferebat, restitui post Livineium et Acidalium.

[e] *Rex ferocissimæ nationis*] Utrum hæc ad Germanicam Maximiani victoriam spectant, cum is Chaibonas et Erulos ad mare Codanum degentes profligavit; an ad Constantium, cum 60. Alamanorum millia ad Lingonas cecidit?

[f] *Transitum Guntiensem*] Alii *Continensem* scribunt. Guntia oppidum est Rætiæ, *Guntzberg*, ubi junctus ponte Danubius, quem pontem ad sua tempora durasse testatur Beatus Rhenanus in eo libro, quem ante centum annos de Rebus Germanicis scripsit.

[g] *Ne meis quoque stipendiis*] Eume-

sufficit conscientiæ meæ, illa vidisse. 2. Det igitur[h] mihi, Cæsar invicte, hodiernæ gratulationis exordium divinus ille vestræ majestatis ortus,[i] ipso, quo illuxit, auspicio veris illustrior,[f] cui dies serenus, atque, ut celebrantes sensimus, ultra rationem temporis sol æstivus incaluit,[g] augustiore fulgens luminis claritate, quam cum originem mundi nascentis animavit. 3. Siquidem tunc, inter illa rerum tenera primordia, moderatus dicitur, ne noceret ardentior; nunc certasse creditur, ne majestate vestra videretur obscurior.

CAP. III. 1. O felix beatumque ver novo partu, jam non amœnitate florum, nec viriditate segetum, nec gemmis vitium, nec ipsis tantum Favoniis, et luce serenata lætum[h] atque venerabile, quantum ortu Cæsarum maximorum! O tempus, quo merito quondam omnia nata esse credantur,[j] cum eodem nunc confirmata esse videamus! O Kalendæ Martiæ, sicuti olim annorum volventium,[k] ita nunc æterno-

[f] *Clarior ipso initio veris quo contigit.*
[g] *Cujus in gratiam sudum cælum et quemadmodum (in hoc die celebri persensimus) solis æstus ferventior fuit, quam ratio temporis ferat.*
[h] *Et amœniore lumine gratum.*

merari cod. Schwarzian.—2 *De te igitur* edd. vett. *Det igitur* Guelph. ut conj. Acidal. et Freinshem. ad Curt. x. 9. 3. et probat Wopkens. ad Pacat. III. 1. Hanc lectionem primus recepit Bannius. Guelph. pro *mihi*, exhibet *me*. Idem codex mox, *divinus ille serenus majestatis vestræ*.—3 Edd. ante Grut. *certasse dicitur;* Guelph. Bertin. Cuspin. *certasse creditur*.

CAP. III. 1 Guelph. *ne gemmis v. n. i. tantum factionis*. Idem codex, *et luce ferata*, corrupte ex scripturæ compendio; edd. ante H. Steph. *et luce serena;* Vet. Cuspin. Rhenan. et edd. recentt. *et luce serenata*. Bertin. *con-*

NOTÆ

nium in bello meruisse putat ex hoc loco Livineius, sed stipendii vox metaphorice hic sumitur ut Pan. pro Restaur. Sch. IV. 5. 'quos ad cognitionum sacrarum stipendia, (id est munia,) provexi.'

[h] *Det igitur*] Ita emendare visum est cum Acidalio, pro *de te igitur*, ut et in aliis editionibus: corrupte ut mihi quidem videtur.

[i] *Vestræ majestatis ortus*] Nam Kal. Martiis, ut est infra cap. III. Constantius dictus est Cæsar, nempe a Maximiano Herculeo an. Chr. CCXCI. Obiter vero advertendum majestatis nomen, quo nunc reges compellamus, Constantii temporibus usurpari cœptum: neque ante hæc tempora facile apud scriptores reperiatur.

[j] *Nata esse credantur*] Tale illud Virg. Georg. II. 336. 'Non alios prima crescentis origine mundi Illuxisse dies, aliumque habuisse tenorem. Crediderim: ver illud erat; ver magnus agebat Orbis, et hybernis parcebant flatibus Euri,' &c.

rum auspices Imperatorum! 2. Quanta enim, invictissimi Principes, et vobis et reipublicæ sæcula propagatis,[l] orbis vestri participando tutelam? cujus licet esset, omni hoste perdomito, certa securitas, nimios tamen in diversa discursus vel revisenda poscebat. 3. Partho quippe ultra Tigrim[m] redacto, Dacia restituta, porrectis usque ad Danubii caput[n] Germaniæ Rætiæque limitibus,[o] destinata Bataviæ[p] Britanniæque[q] vindicta, gubernacula majora quærebat aucta, atque augenda respublica, et, qui Romanæ potentiæ terminos virtute protulerant, imperium filio[r] pietate debebant.

firmata videamus.—2 Vet. Bertin. Cuspin. *reip. sæcula propagati;* edd. ante Baun. *reip. propagatio;* Putean. Mœrl. Guelph. *reip. sæcula propagatis.* Edd. vett. *licet omni;* Bertin. Cuspin. *licet esset, omni;* Guelph. *licet esset, cum hoste, &c.*—3 Rhenan. H. Steph. et Rivin. *usque D. caput,* omisso *ad.* Puteol. Rhenan. et Rivin. *augenda republica;* Exc. Schonhov. et Livin. *augenda respublica,* ut conj. Acidal.

NOTÆ

[k] *Annorum volventium*] Παθητικῶς quasi volubilium, ut Virgil. Æn. I. 238. 'Certe hinc Romanos olim volventibus annis,' &c. Martis vero mensem initium anno dedisse tradit Ovid. Fast. I. 28. 'Tempora digereret cum conditor urbis, in anno Constituit menses quinque bis esse suo. . . Martis erat primus mensis, Venerisque secundus: Hæc generis princeps; ipsius ille pater,' &c.

[l] *Sæcula propagatis*] Ita restituere visum est juxta Bertiniensem codicem, cum in aliis editionibus sit, *reipublicæ propagatio orbis vestri;* male, meo quidem judicio, et corrupte.

[m] *Ultra Tigrim*] Tigris fluvius Asiæ, Mesopotamiam ab Assyria et Susiana dividens, in Armenia Majore oritur.

[n] *Danubii caput*] De Danubio supra, Plinii Paneg. cap. XII. not. [w].

[o] *Germaniæ Rætiæque limitibus*] Strabo Germaniam antiquam Rheno, Danubio, ac Vistula amnibus, sinuque Germaniæ, qui vulgo nunc dicitur accolis *de Oost see,* et mari Germanico, quod est inter Cimbricam peninsulam ac Rheni ostia, definit. Tacitus vero, Galliæ Belgicæ quondam procurator, in libro suo de Germaniæ Situ, &c. eam a Galliis Rætiisque et Pannoniis, Rheno et Danubio: a Sarmatis Dacisque, montibus: demum Septemtrionem versus, Suevico mari disclusam scribit.

[p] *Bataviæ*] Ubi Carausii fœderatos Francos Constantius fuderat. Batavia autem ea tantum Hollandiæ pars dicebatur quæ hodie inter veterem Rhenum et Vahalim fluvios, atque oceanum continetur. Nunc nomen illud pro tota Hollandia sumitur.

[q] *Britanniæque*] Quas tyrannus Carausius invaserat. Britanniæ Anglicum et Scoticum regnum, cum Hibernia et insulis circumjacentibus continebant.

[r] *Filio*] Ita dicitur Constantius quod Theodoram Maximiani filiam duxisset.

CAP. IV. 1. Et sane, præter usum curamque reipublicæ, etiam illa Jovis et Herculis cognata majestas in Jovio Herculeoque Principibus, totius mundi, cœlestiumque rerum similitudinem requirebat. 2. Quippe isto numinis vestri numero[a] summa omnia nituntur, et gaudent; elementa quatuor, et totidem anni vices, et orbis quadrifariam[b] duplici discretus oceano, et emenso quater cœlo[c] lustra redeuntia, et quadrigæ solis,[d] et duobus cœli luminibus adjuncti Vesper et Lucifer.[e] 3. Sed neque sol ipse, neque cuncta sidera humanas res tam perpetuo lumine intuentur, quam vos tuemini, qui, sine ullo fere discrimine dierum ac noctium, illustratis orbem, salutique gentium, non his modo, quibus immortales vultus vestri vigent, sed multo magis illis divinarum mentium vestrarum oculis pro-

CAP. IV. 1 Pro *majestas*, Patarol. habet *potestas*. Edd. ante Grut. *majestas Jovio*, omissa præpositione *in*; Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. et edd. recentt. *majestas in Jovio*.—2 Edd. ante Grut. *anni tempora;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Guelph. Exc. Schonhov. et edd. recentt. *anni vices*. Pro *et emenso*, quod servant codd. Schwarzian. et Gud. 1. 2. cum edd. Rhenan. Steph. et Cuspin. *et remenso* legitur in Bertin. et plerisque edd. ante Arntzen. Mox, *Vespere* Rhenan. *Vespera* edd. vett. *Vesper* Vet. Putean. Exc. Schonhov. aliique codd.—3 *Sed neque aurora humanas res tam perpetuo sidere intuentur* Guelph. Mox, *non iis modo* in eodem codice. Pro *qui-*

NOTÆ

a *Numinis vestri numero*] Nempe Diocletiano et Maximiano Augg. Constantio et Galerio Cæsaribus: ex quo patet hunc Panegyricum nihil ad Constantinum pertinere, cui tamen in nonnullis editionibus inscriptus est.

b *Orbis quadrifariam*] Id est, in Orientalem, Occidentalem, Septemtrionalem, et Meridionalem partem; nam cum America nonnisi ante 150. annos ab Americo Vespucio reperta sit, id de divisione nostra in Europam, Asiam, Africam, et Americam intelligendum non est. Quod vero Eumenius addit de duplici oceano, utrum de oceano Orientali et Occidentali, an de oceano et mari Mediterraneo accipiendum est?

c *Emenso quater cœlo*] Quadriennio exacto redibant lustra, quare lustra quinto quoque anno celebrabantur.

d *Quadrigæ solis*] Equorum solis nomina vide apud Ovidium Met. II. 154. 'Interea volucres Pyrois, Eous, et Æthon, Solis equi, quartusque Phlegon, hinnitibus auras Flammiferis implent.'

e *Vesper et Lucifer*] An Vesper et Lucifer duæ sunt stellæ? minime vero. Sed una eademque stella est, inquit Tullius de Nat. Deor. II. 54. 'quæ Φωσφόρος Græce, *Lucifer* Latine dicitur, cum antegreditur solem; cum subsequitur autem, *Hesperus*.' Id autem a Pythagora primum animadversum est.

videtis, nec solum qua dies oritur,[f] et præterit, et conditur, sed etiam ex illa Septemtrionali plaga, salutari beatis luce provincias; adeo, Cæsar,[g] vestra in orbem terrarum distributa beneficia prope plura sunt, quam Deorum. 4. Quibus ego si omnibus immorari velim, neque hic dies mihi totus, neque proximus, neque porro ceteri sat erunt: et habenda est ratio temporis, Cæsare stante, dum loquimur.

CAP. V. 1. Adoratæ sint igitur mihi[a] Sarmaticæ expeditiones,[h] quibus illa gens prope omnis extincta est, et pæne cum solo nomine relicta, quo serviat. 2. Dent veniam tropæa Niliaca,[i] sub quibus Æthiops, et Indus[j] intremuit. Contenta sit voce gloriæ suæ etiam proxima illa ruina

[a] *Ergo satis mihi sit venerando prætermittere.*

bus, ed. Rivin. 1. habet *duobus*. Pro *præterit*, quod primus admisit Jæger. *præteritur* extat in omnibus ante editis. Pro *ex illa*, Livin. conj. *ex ipsa*. Cuspin. Exc. Schouhov. P. Steph. Grut. Rivin. 2. Patarol. *Cæsares*. Guelph. *vestra in orbe*. Vet. Livin. *beneficia distributa*.—4 Jæger. malit, *sed habenda*. Bertin. *ratio est*. Mox, *Cæsares tanta* Cuspin. Livin. Rhenan. Steph. *Cæsare stante* Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Guelph. et edd. post Grut. 'Egregie.' *Livin.*

CAP. V. 1 *Adoratæ sunt* Guelph. et edd. ante Livin.—2 *Dent v. trophæi* Guelph. Idem codex, *gloriæ etiam*, omisso *suæ*. Edd. vett. *et proxima;*

NOTÆ

[f] *Qua dies oritur*] Alludit, inquit Livineius, et tanquam digitum intendit in victorias principum in quatuor orbis terrarum partibus. Galerius Cæsar in oriente Narseum; Diocletianus Achilleum in Ægypto vicerat; Maximianus Herculius Mauros in Africa oppugnabat; Cæsar Constantius Bataviam et Britanniam a Francorum incursionibus liberaverat. De quibus victoriis vide Diocletiani et Maximiani vitam.

[g] *Adeo, Cæsar*[*Cæsares*] Lege *Cæsar*, nam hæc oratio habita est absente Galerio Cæsare, absentibus item Augustis, coram uno Cæsare Constantio, ut initio a nobis observatum est.

[h] *Sarmaticæ expeditiones*] Sarmatia triplex fuit. Asiatica, quæ inter oceanum Septemtrionalem et mare Caspium: Europæa, quæ a palude Mæotide, ac ponto Euxino ad oceanum usque pertinebat: Germano-Sarmatia, quæ a Borysthene fluvio, ad Vistulam usque pertingebat. De Diocletiani adversus Sarmatas expeditione, supra in ejus Vita dictum est.

[i] *Tropæa Niliaca*] Victus nempe Achilleus, et capta ad Nilum Alexandria. De Nilo autem Africæ fluvio maximo omitto plura dicere. De ejus ortu item, et de ejus incremento et inundatione, vide Plinium, Strabonem, &c.

[j] *Æthiops, et Indus*] Haud dubium enim, quin Achilleus auxiliares ex Æthiopia et India copias evocarit. De Æthiopia Paneg. III. 17. fin.

Carporum.[k] Reservetur nuntiis[l] jam jamque venientibus et Mauris immissa vastatio. 3. Aliis hæc, permittente majestate vestra, celebranda temporibus. Dii immortales! vota suscipio, ut ipsis,[m] qui gessere, præsentibus. 4. Illa vero, Cæsar invicte, quæ ductu, atque auspicio[n] numinis tui gesta sunt, quorum etiam spectaculo fruimur, sub hac occasione dignationis tuæ, sine dilatione dicenda sunt; eo magis, quod, quamvis in communibus reipublicæ bonis necesse est, quæ propria[o] nobis sunt, maxime gratulari.

CAP. VI. 1. Statim itaque Gallias tuas, Cæsar, veniendo fecisti.[p] Siquidem illa celeritas, qua omnes motus,

Vet. Putean. Bertin. *etiam proxima;* Acidalius conj. *suæ proxima illa ruina corporum: reservetur, &c.* Guelph. habet etiam *corporum.* Edd. ante Arntz. *venientibus Mauris;* Guelph. *v. et Mauris.*—3 Edd. omnes, *celebrabo;* Guelph. *celebrando;* unde Jæger. conj. *celebranda.* Acidalius conj. *temporibus, et (Dii immortales! vota suscipio) ipsis, qui, &c.* Edd. ante Grut. *et ipsis.*—4 Guelph. *quæ dictu.* Paulo post, pro *quod quamvis,* Arntzen. pater conj. *quo quamvis.* Mox, edd. vett. *quæ priora;* Vet. Putean. Guelph. Schwarzian. *quæ propria;* Livin. conj. *quæ propriora;* ita malit Baun. et edidit Patarol. *maxime sunt gratulari* Guelph. unde Arntzen. suspicabatur, *maxime scilicet gratulari.*

CAP. VI. 1. '*Veniendo vicisti*] Sic Cusp. Steph. Livin. et cum Gud. Mœrl. Verum recte Livineius ex apographo Bertiniensi tuetur *fecisti;* quod ad *tuas* referendum. Non enim vincendæ, inquit, erant Galliæ, sed asserendæ

NOTÆ

k *Ruina Carporum*] Id testatur Idatius. Carpi autem populi erant Sarmatiæ Europææ non procul a Vistula.

l *Reservetur nuntiis*] Tum Maximianus pugnabat in Mauritania contra Quinquegentanas gentes, expectabanturque de Maurorum clade nuntii.

m *Ut ipsis*] Id est, aliis id quidem celebrabo temporibus, ut id fiat iis, a quibus hæc gesta sunt, præsentibus. Melius tamen alii, *et ipsis,* id est, aliis celebrabo temporibus, *et quidem ipsis, &c.* Quare observa, Diocletiano, Maximiano Augg. et Galerio Cæsare absentibus, hanc orationem dictam esse.

n *Ductu, atque auspicio*] Non ipse Constantius Allectum vicit in Britannia, delevitque. Id per Asclepiodotum ejus prætorio præfectum præstitum est: præcipuam tamen hujus facti gloriam Eumenius ei tribuit in alio Panegyrico, quia id totum ejus ductu et auspicio confectum fuerat.

o *Quæ propria* [*quæ priora*] Malim *quæ propiora,* ut suspicatur Livineius. Sensus est: Oportet quidem ut de communibus reip. bonis gaudeamus, verumtamen par est ut primum ea, quæ nos propius contingunt, id est, ut nos Galli Batavicam et Britannicam victoriam celebremus, qua Galliæ a barbarorum inprimisque a Francorum incursionibus liberatæ sunt.

p *Tuas, C. v. fecisti*] Propulsis inde barbaris ibi grassantibus.

atque adventus tui nuntios prævertisti, cepit oppressam Gesoriacensibus muris[q] pertinacem tunc errore misero manum piraticæ factionis, atque illis, olim mari fretis, alluentem portas ademit Oceanum. 2. In quo divina providentia tua, et par consilio effectus apparuit, qui omnem sinum illum portus, quem statis vicibus æstus alternat, defixis in aditu trabibus, ingestisque saxis, invium navibus reddidisti, atque ipsam loci naturam admirabili ratione superasti; cum mare frustra reciprocum prohibitis fuga quasi illudere videretur, tanquam nullo usu juvaret inclusos, quasi redire[r] desisset.[b] 3. Quænam unquam mirabimur valla

[b] *Quasi omnino inutile civibus inclusis, aut quasi refluere cessasset.*

atque ab advena hoste purgandæ.' *Jæger.* 'Pro *ortus*, Mœrl. et alter Gudianus liber, itemque cod. Put. habet *motus;* pro *prævert.* Mœrl. *prævenisti.* Sed vulgata his melior et exquisitior.' *Idem.* '*Gesorigiamcensibus muris*] Fœda labes et sine libris insanabilis. Præit ad verum, quod Langianæ schedæ exhibent, *Gessorigiacensibus muris.* Emenda indubitate *Gesoriacensibus muris.* Clarum infra hoc ipso Panegyrico. Mox *Romanum* æquo longius est et primores literæ ab extremo præcedentis verbi adhæserunt. *Manum* rescripseram de ingenio, quod in Langianis schedis post reperi. *Piraticam factionem* appellat Carausii partes, qui imperium in Britannis invaserat.' *Livin.* 'Cod. Gud. alter, pro *Gesorigiamcensibus*, ut habet Cusp. Rh. Steph. Liv. exhibet *Gergoviamcensibus;* et mox pro *errore misero Romanum*, ut illi, bene *errore misero manum.* Mœrl. *Germaniam censibus muris tunc pertinacem errore misero Romanum.* Lectionem optime constituit Livin. et sic etiam ad oram ed. Froben. ascripsit Schonhov.' *Jæger.* Guelph. habet *Gergoviam ausibus;* Puteolan. *Gesoriam censibus;* reliqui *Gesorigiam censibus*, donec *Gesoriacensibus* receperit Grut. Vide Nott. Varr. Mox, Loensis legit, *illis mari fretis alluenti portus ademit;* Brouwer Annal. Trever. III. p. 199. *illis mari fretis alluente portus ademit;* Acidalius, *illis olim mare fretis alluens portus ademit;* Bertius de Agger. cap. 12. *illis olim fretum alluens portas ademit.* Guelph. *portas adeunt;* Vet. Putean. *portis adeunt oceanum.* Ante Grut. omissum fuit *oceanum*, neglectum quoque in Rivin. 1. *ademit oceanum* Vet. Bertin. Exc. Lang. et Cuspin.—2 Bertin. *illum sinum portus;* Guelph. *sinum illum portis, quem statutis.* Mox, *loci* deleri vult Cortius. Paulo post, Livineius conj. *jamque nullo, &c.* Acidal. *tamque nullo u. j. inclusos, quam si redire, &c.* 'Conjecturam Livineii in textum recepit Cellarius: τὸ *tanquam* et in ceteris edd. omnibus, et in codd. Gud. et Mœrl. legitur. Sed *jamque*, et *tamque* aptius esse patet.' *Jæger.* Schedæ Langii *ad quos*, pro *quasi.* Edd. antiq. *desiisset.*—3 *Quænam*

NOTÆ

[q] *Gesoriacensibus muris*] Gesoriacum idem quod nunc Bononia. Galliæ portus juxta Britanniam, quo Carausius ex piratis suis bene multos immiserat, qui ceteros in toto hoc tractu grassantes tutarentur. Vide locum hunc Eumenii integrum et præterea Paneg. VII. 5.

[r] *Quasi redire*] Fortasse *ad quos redire desiisset*, ut Livineius ad oram editionis suæ observat ex Langii conjectura.

castrorum post hoc novum in mari vallum? 4. Quid erit mirum, si qua murorum aut arieti non cesserit firmitas, aut machinas despexerit altitudo?[c] cum Oceanus ille, tanto libratus[s] impetu, tanta mole consurgens, sive ulterioribus,[t] ut ferunt, terris repulsus, sive anhelitu, quo respirat, evectus, seu quacumque alia ratione motus, nequaquam tua, Cæsar,[u] claustra perfregerit, neque omnino convellerit tot dierum ac noctium receptu, recursuque,[v] cum tot interim, qua terras circumfluit, littora solveret, ripasque defringeret; uno illo, ut res est, loco aut potentia vestræ majestatis inferior, aut pro debito vobis honore clementior.

CAP. VII. 1. Xerxes,[a] ut audio, Persarum rex poten-

[c] *Si muri aliqui vel propter firmitatem arieti restiterint, vel propter altitudinem machinas superarint.*

usquam conj. Livin.—4 Edd. vett. *si quæ murorum;* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. Guelph. ed. H. Steph. et recentt. *si qua murorum.* 'Pro *liberatus,* quod est in Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Paris. priore et Mœrl. nullo sensu, Livineius suspicatur legendum esse *libratus.* Quæ lectio, et cod. Put. et Gud. confirmata, et in margine ed. Rhen. apposita, receptaque a Baunio, Cellario, Patarolo, nobis quoque est servanda.' *Jæger.* 'In Guelph. est, *sive uberioribus;* male.' *Arntzen.* Mœrl. et Gud. *quem respirat.* Edd. vett. *nunquam tua;* Vet. Putean. Gud. Mœrl. Guelph. *nequaquam tua.* Cuspin. *receptu, occursuque;* Baun. malit *excursuque.* Mox, Livin. conj. *diffringeret;* Acidalius *refringeret.*

NOTÆ

[s] *Libratus*] In aliis legitur *liberatus,* quod non ita placuit.

[t] *Sive ulterioribus*] Maris æstus causæ a philosophis variæ afferuntur. Hic duas tangit: sive, inquit a ventis repellatur, iisque cessantibus refluat; sive, ut Pythagoræi, Platonici, et Stoici putabant, mare ingens esset animal, quod cum se contrahit ut spiritum hauriat animamque ducat, tum est recessus: cum vero dilatat se et eandem animam veluti a pulmonibus respirat, tum vero est accessus. Plura eam in rem videri possunt, apud Aristot. Meteor. lib. II. Plin. II. 97. Melam, III. 1.

[u] *Nequaquam* [*nunquam*] *tua, Cæsar*] Melius mea quidem sententia, *nequaquam tua Cæsar,* ut restituunt aliqui ex veteri codice. Nam reipsa moles illa dissiluit post confectam expeditionem: quod mox addit.

[v] *Recursuque*] Melius fortasse *excursuque,* id est, abitu, redituque.

[a] *Xerxes*] Ita referunt Herodotus, Diodorus Siculus, Justinus, et Plutarchus in Themist. Is Dario Hystaspis filio natus paterni regni atque odii in Græcos hæres, juncto navibus Hellesponto, et Atho monte perfosso, cum septingentis mille peditibus, equitibus quadringentis Græciam contendit. Verum a Leonida Spartanorum rege inter Thermopylarum angustias funditur, iterumque Themistoclis Atheniensium ducis dolo ac virtute ad Salamina victus fugatusque, piscatoria scapha in Asiam re-

tissimus, pedicas jecit aureas in profundum, Neptunum se dictitans alligare, quia fluctibus ferociret.[d] Stulta ille jactantia, et sacrilega vanitate. 2. At enim tua, Cæsar, divina providentia et efficaci est usa consilio, nec insultavit elemento, ut non provocaret odium, sed mereretur obsequium. 3. Quid enim [b] aliud interpretemur, cum statim atque obsidionem necessitas, et clementiæ vestræ fides solverat, eadem claustra, qui primus incubuit, æstus irruperit,[c] totaque illa, quoad usus fuit, invicta fluctibus acies arborum, veluti signo dato, et peracta statione, dilapsa sit? ut nemo dubitaret, portum illum, qui piratæ, ne suis opem ferret, occlusus fuisset, vobis ad victoriam [d] sponte patuisse. Potuisset enim,[e] Cæsar invicte, illo virtutis, ac felicitatis tuæ impetu totum peragi continuo bellum, nisi ædificandis navibus [f] dari tempus rei necessitudo suasisset. 4. Quo tamen omni [g] tempore nunquam ab eorum hostium eversione cessatum est, quos adiri continens terra [h] permisit.

[d] *Quia vehementiores fluctus evomeret.*

CAP. VII. 1 Livin. Rhenan. et Steph. *qui fluctibus;* Put. *qui a fluctibus;* Bertin. *quia fluctibus;* Guelph. et Puteol. *quia fl. ferociter.* Guelph. *Stulta illa.*—2 Cuspin. et Mœrl. *d. providentia et efficacia est usa, &c.* Acidal. conj. *efficaci*, quod jam dederunt Livin. et Paul. Steph. Reliqui ante Grut. *efficacia;* alterum habet Guelph. in quo tamen est *usus.*—3 Edd. vett. *qui primus insiluit;* codd. Guelph. et Mœrl. *qui pr. incubuit.* Pro *irruperit*, Acidal. malit *ruperit.* Guelph. et Puteol. *ne s. o. ferrent.* Livin. conj. *Potuissent enim vero.* Mox, pro *dari*, Cuspin. *dare;* et pro *suasisset*, Guelph. *successisset.*—4 Voc. *tempore* deest in plurimis edd. extat tamen in Vet. Puteau. Gud. et Mœrl. *quos adire* Cuspin. Rhenan. H. Steph. et Rivin. l. *quos adiri* Guelph.

NOTÆ

versus est.

[b] *Quid enim*] Etenim propter quam aliam causam nisi quod mare tibi obsequeretur, dicamus contigisse, ut simul atque soluta obsidio est, moles illa quæ nullis ante fluctibus subrui potuerat, postquam tibi esse necessaria desiit, dilapsa sit derepente veluti signo dato et statione peracta?

[c] *Irruperit*] Melius *ruperit*, ut Acidalio placet.

[d] *Ad victoriam*] Supple *alibi quærendam*, nempe in Britannia, aut Batavia.

[e] *Potuisset enim*] Aut delendum illud *enim*, aut addito verbo legendum, *Potuisset enimvero, &c.*

[f] *Nisi ædificandis navibus*] Huic loco lucem affert locus alter, Paneg. VIII. 5. 'Dum ædificandis classibus Britanniæ recuperatio comparatur,' &c.

[g] *Quo tamen omni*] Supple *tempore;* itaque est in veteri codice.

CAP. VIII. 1. Quanquam illa regio divinis expeditionibus tuis, Cæsar, vindicata atque purgata,[i] quam obliquis meatibus Scaldis[j] interfluit, quamque divortio sui[k] Rhenus amplectitur, pæne, ut cum verbi periculo loquar, terra non est. 2. Ita penitus aquis imbuta permaduit, ut non solum, qua manifeste palustris est, cedat ad nisum,[a] et hauriat pressa vestigium, sed etiam, ubi paulo videtur firmior, pedum pulsu tentata quatiatur, et sentire se procul mota pondus testetur. 3. Ita, ut res est, aquis subjacentibus innatat, et suspensa late vacillat, ut merito quis dixerit, exercendum fuisse tali solo militem ad navale certamen.[l] 4. Sed neque illæ fraudes locorum, nec, quæ plura inerant, perfugia sylvarum barbaros tegere potuerunt, quo minus ditioni tuæ divinitatis omnes sese dedere cogerentur, et cum

[a] *Cedat nitenti pedi.*

CAP. VIII. 1 Edd. quædam vett. *vendicata. Vahalis interfuit* Hadr. Junius, Valesius, Acidal. Clericus, Cellar. Grut. Jæger. *calidis interfuit* Vet. Livin. *caldis interfuit* Bertin. *callidis interfuit* Cuspin. Rhenan. Livin. Steph. *Scaldis interfuit* schedæ Langii, codd. Put. et Mœrl. *quamquam divortio* edd. vett. *quamque divortio* Vet. Putean. Acidal. Guelph. et edd. recentt.—2 Guelph. *et non solum.* Pro *qua*, Livin. edidit *quæ;* Steph. *quam;* sed Guelph. Mœrl. Cuspin. et Acidal. *qua*, quod recepit Grut. Pro *palustris*, Rhenan. et H. Steph. habent *plaustris.* 'Pro *nixum*, quod est in Livin. Rhen. Steph. Patar. Cell. exhibet Vet. Liv. Bertin. Put. Mœrl. *nisum:* ast prius hoc loco melius convenit, si non plane pro nihilo habendum videatur discrimen, quo *nisus* ad animum, *nixus* ad corpus refertur, quod tamen, ut pleraque hujus generis, non esse perpetuum satis constat.' *Jæger. tibi paulo* Guelph. Idem codex, *quatitur . . . pondus mota.*—3 Edd. ante Arntzen. *res est, subjacentibus*, omisso *aquis*, quod tamen servant Vet. Putean. Guelph. et Mœrl. Pro *dixerit*, quod exhibent iidem codd. *duxerit* legitur in edd. vett. *exercendum esse* Mœrl. et Guelph. *tale* edd. quædam vett. *tali* Vet. Putean. aliique codd.—4 *Tamen neque* Exc. Schonhov. Pro *inerant*, Gud. 1. *inhæreant;* Mœrl. et Guelph. *inierant.* Pro *plura*, Jæger. malit *plurima.* Pro *sese dedere*, Mœrl. *secedere.*

NOTÆ

[h] *Continens terra*] Constantius arma in Francos Frisiam et Bataviam depopulantes convertit.

[i] *Vindicata atque purgata*] Paneg. VI. 4. ad Constantinum: 'Multa ille Constantius Francorum millia, qui Bataviam aliasque cis Rhenum terras invaserant, interfecit, depulit, abduxit.' Pan. IX. 25. 'Ille Constantius purgavit Bataviam advena hoste depulso,' &c.

[j] *Scaldis*] Fluvius Belgii notissimus in Veromanduis oriens, ac inter Artesiam et Hannoniam, per Flandriam et Brabantiam in Oceanum infra Antverpiam decurrens.

[k] *Divortio sui*] Si verba hæc stricte accipiantur, intelligenda sunt de Batavia insula: *l'Isle de Beture.*

[l] *Ad navale certamen*] Contra Carausium Britannias occupantem.

conjugiis, ac liberis, ceteroque examine necessitudinum,[b] [m] ac rerum suarum, ad loca olim deserta transirent, ut, quæ fortasse ipsi quondam deprædando vastaverant, culta redderent serviendo.

CAP. IX. 1. Quis hoc unquam futurum, etiamsi coram voluisset affari, Deus ante vos Principes[c] persuadere potuisset,[n] quod nunc vidimus, et videmus, totis porticibus civitatum sedere captiva agmina barbarorum, viros attonita feritate trepidantes, respicientes anus ignaviam filiorum, nuptas maritorum, copulatas vinculis,[d] pueros ac puellas familiari murmure blandientes, atque hos omnes provincialibus vestris ad obsequium distributos, donec ad destinatos sibi cultus solitudinum ducerentur? 2. Insultare[o] hercule communi Galliarum nomine libet, et, quod pace vestra loquar, ipsis triumphum assignare[p] provinciis. 3. Arat

[b] *Cum conjugibus et liberis, ceteraque turba affinium.*
[c] *Antequam principatum teneretis.* [d] *Vinctas iisdem catenis.*

Gud. Mœrl. Livin. Rhen. Steph. *et cum conjugibus;* Vet. Livin. *et cum conjugiis*, quod primus restituit Grut. *ceteroque agmine* Gud. *deprecando vastaverant* Guelph.

CAP. IX. 1 Edd. vett. *etsi coram voluistis;* Vet. Putean. *etiam si coram voluisset affari*, ut conj. Rhenan. *voluisset affari* etiam sched. Langii et Cuspin. *etiam si coram voluisset quis affari Deus* conj. Schonhov. *etiamsi coram voluistis et affari* Livin. et Paul. Steph. *quod nunc vidi* Puteol. Rhenan. H. Steph. Rivin. *quod n. vidimus* Vet. Putean. Guelph. et Exc. Schonhov. *quod tunc ibidem vidimus, totis, &c.* conj. Acidal. *et videmus* desunt in Mœrl. *ut videmus* Guelph. *totis p. civitatem insidere* Gud. 2. *agmina Francorum* Brouwer Annal. Trever. III. p. 199. *veritate trepidantes* ed. Rivin. *feritate*, vel *severitate* Exc. Schonhov. *annuam ignaviam* edd. vett. *anus ignaviam* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. *vinculis copulata* Vet. Putean. *pueros atque puellas* Guelph. *ad destinatos cultus*, omisso *sibi*, in eodem codice.—2 Cuspin. et Mœrl. *libet, quod;* Guelph. *libet, et quod*, ut conj. Livin. Bongars. et Acidal. *assignate* Mœrl. *assignatis* Brouwer Annal. Trever. III. p. 198. *triumphum* deest in Gud. 2.—3 *Arat nunc ergo*

NOTÆ

[m] *Examine necessitudinum*] Ita Plinius Paneg. cap. XXVI. 'examina infantium' pro turba infantium: ubi plura ex Horatio sumta exempla attuli.

[n] *Persuadere potuisset*] Alludit ad illud Virgil. Æneid. IX. 6. 'Turne, quod optanti divum promittere nemo Auderet, volvenda dies en attulit ultro.'

[o] *Insultare*] Absolute sumitur ut Æn. X. 20. 'Cernis ut insultent Rutuli,' &c.

[p] *Ipsis triumphum assignare*] Ita restitui post Acidalium, Livineium, et Gruterum, id est, eis gloriam triumphi attribuere; nam sub duce Constantio barbaros e suis finibus pepu-

ergo nunc mihi[q] Chamavus,[r] et Frisius,[s] et ille vagus, ille prædator exercitio squalidus operatur,[t] et frequentat nundinas meas pecore venali, et cultor barbarus laxat annonam.[u] 4. Quin etiam, si ad delectum vocetur,[v] accurrit, et obsequiis teritur,[e] et tergo coërcetur, et servire se militiæ nomine gratulatur. 5. Quid faciam, Cæsar? Ignosce, si moror, ignosce, si propero: multa enim illius temporis, quo transitus in Britanniam parabatur, admirabilia virtutum

[e] *Et subigitur ad obtemperandum.*

Guelph. *Caunus* edd. omnes ante Grut. *Chaucus* Brouwer ibid. *Chamus* Vet. Livin. *Camaus* Guelph. et Cuspin. *Chamaus* Bertin. *Chamavus* schedæ Langii. *Phrisus* Guelph. *Frisus* edd. vett. *Frisius* Vet. Putean. Pro *vagus*, Guelph. habet *vagius;* unde Arntzen. conj. *et Ambivarius.* Vet. cod. Puteani habet, *exercitia squalidi ruris operatur;* alter ejusdem codex, *exercitio squali rudis operatur;* unde ille conj. *exercitio squalidi ruris operatur.* 'Lectionem, quam Puteanus in suo codice invenit, habet quoque Mœrl. In Gud. altero est fœda lacuna, omissis verbis *exercit. squal.* et sequentibus usque ad *venali*, quod statim τῷ *prædator* adjicitur.' *Jæger.* *core venali* edd. vett. pro quo, Rhenan. et H. Steph. conj. *corpore venali;* Acidal. *merce venali;* vel, *et f. novales meas, cultorque soli barbarus laxat annonam;* Meursius, *Cerere venali;* Vet. Putean. Bertin. Cuspin. et Langii schedæ, *pecore venali*, ut conj. Rivin. et recepit Paul. Steph. *corpore* citat Brouwer Annal. Trever. III. p. 199.—4 Edd. Puteol. Rhenan. H. et P. Steph. Rivin. et Patarol. *ad delectum;* Guelph. *delectum*, omissa præpositione *ad.* Idem codex et ed. Puteol. *et o. territur.* Puteol. *militiæ gratuletur;* al. vett. et Rivin. 1. *militiæ gratulatur;* Bertin. Cuspin. Guelph. et Exc. Schonhov. *militiæ nomine gratulatur.*—5 *Cæsar*

NOTÆ

lerant. Fortasse etiam est eis attribuere fructum victoriæ, quia eis ceteræ gentes in servitia tradebantur. De captivis ad deserta Galliarum excolenda missis vide Maximiani vitam.

[q] *Arat ergo nunc mihi*] Tale est illud in Probo Vopisci cap. xv. 'Omnes jam barbari vobis arant; vobis jam serunt, et contra interiores gentes militant,' &c.

[r] *Chamavus*] Qui intra Visurgim et Amisiam fluvios incolebant, ubi nunc Monasteriensis et Paderbornensis diœceses.

[s] *Frisius*] Frisii ad oceanum inter ostia Rheni et Visurgis incolentes: alii majores, alii minores appellantur.

[t] *Exercitio squalidus operatur*] Id est, arandæ telluri operam dat, totusque in opere squalet. Legendum forte, ut suspicatur Puteanus, *exercitio squalidi ruris operatur.*

[u] *Laxat annonam*] Id est, annonæ pretium minuit. Apud Livium 'Annona haud multo laxaverat,' id est, haud multo viliori pretio emebatur, uti fit cum est laxior, seu amplior annona.

[v] *Si ad delectum* [*dilectum*] *vocetur*] *Si ad delectum*, perinde est enim, ut ex sexcentis Panegyricorum istorum locis constat: sensusque est, Si convocetur ad nomen militiæ dandum.

tuarum facta prætereo,[w] dum festino cupidus ad singularem illam victoriam, qua universa respublica tandem est vindicata. 6. Cujus magnitudo, Cæsar invicte, hactenus replicabitur,[f] si prius dicam, quam necessarium illud, et difficile bellum fuerit, quo magis confectum sit.[x]

CAP. X. 1. Minus indignum fuerat sub Principe Gallieno,[a] quamvis triste, harum provinciarum a Romana luce discidium. 2. Tunc enim, sive incuria rerum, sive quadam inclinatione fatorum, omnibus fere membris erat truncata respublica. Tunc se Medus, et Parthus[b] extulerat, et Palmyrenus[c] æquaverat; tota Ægyptus,[d] et Syriæ[e] defe-

[f] *Eatenus commemorabitur.*

Auguste Guelph. et edd. ante Grut. *Auguste* abest in Bertin.—6 Guelph. *hactenus replicabitur.* Codd. Put. Gud. 2. Mœrl. *si prius dicam;* Bondam. Specim. Anim. cap. 1. mavult, *at prius dicam;* edd. omnes ante Arntzen. *ut prius dicam.* Mox, idem Bondam. *quod a te confectum sit.* Vide Nott. Varr.

CAP. X. 1 Edd. ante Arntzen. *a Romano duce;* Guelph. *a R. luce.* Edd. ante Jæger. *dissidium;* Vet. Putean. *discidium.*—2 *Tunc se nimium* edd. ante Arntzen. qui e codd. Guelph. et Putean. restituit, *Tunc se Medus.* Acidalius conj. *Tunc se nimirum.* Guelph. *et P. æquarat.* Edd. vett. *Ægyptus, Syriæ;*

NOTÆ

[w] *Prætereo*] Quid in Batavia, quid apud Frisios gesseris.

[x] *Quo magis confectum sit*] Forte, inquit Acidalius, legendum, *quam quomodo confectum sit*, aut, *dein quomodo, &c.* malim ego, *quam a quo confectum sit.*

[a] *Sub Principe Gallieno*] Hoc Imperatore nullus unquam fuit et inertior et luxuriosus magis et in provinciarum suarum direptione inepte tranquillior. Is fama tyrannorum, qui variis locis triginta exorti erant, excitatus tandem, Aureolumque tyrannum bello persequens, ejusdem dolo ad Mediolanum cæsus est an. Chr. CCLXVIII. Imperavit cum Valeriano patre annos septem, solus annos octo. Trebellius Pollio, et Zosimus.

[b] *Parthus*] Tangit hic indignum Persarum regis facinus, qui Valerianum imperatorem Romanum bello captum vilis mancipii more tum habebat, eumque haud multo post cute nudatum sale condiri jussit. Parthos et Persas promiscue apud scriptores appellari, jam supra observatum est. De Parthis vide Plinii Paneg. cap. XIV. not. [b].

[c] *Palmyrenus*] Odenatus Palmyrenorum rex Persas post captum Valerianum Romanis finibus ingruentes fortiter compressit, ac defensa Syria, Mesopotamia recepta, regium sibi nomen assumsit: quo quidem consobrini sui insidiis interfecto, ejus uxor Zenobia, virilis animi fœmina, suscepit imperium, seque contra Romanos strenue defendit. Palmyreni autem in Arabiæ desertæ et Syriæ confinio habitabant.

[d] *Tota Ægyptus*] Cum Gallieno esset nuntiatum totam Ægyptum de-

cerant; amissa Rætia,[f] Noricum,[g] Pannoniæque[h] vastatæ. 3. Italia ipsa, gentium domina, plurimarum urbium suarum excidia mœrebat. Non erat tantum doloris in singulis, cum pæne omnibus careret.[a] 4. Nunc vero toto orbe terrarum, non modo, qua Romanus fuerat, virtute vestra recepto, sed etiam, qua hostilis, edomito, cum toties proculcata esset Alamania, toties obtrita Sarmatia, Juthungi,[i]

[a] *Non tantum doloris afferebat provinciarum amissio singularum, cum pæne universæ perderentur.*

Livin. ex ingenio, *Ægyptus, Syriæque;* Vet. Putean. et Guelph. *Ægyptus, et Syriæ,* quod recepit Arntzen.—3 Livin. conj. *non erat tanti dolere in singulis.* 'Legerem, *non erat tantum doloris singulis, quantum pæne omnibus crearetur.*' Schwarz. '*Careretur,* cujus formæ exemplum desidero, in Vet. Livineii et Bertin. legitur, receptumque est a Parisiensibus et Cellario. Cusp. Rhen. Liv. Steph. Pat. habent *careret.* Non videtur adeo obscura sententia verborum lectionis nostræ: *non erat tantopere dolendum de jactura singularum provinciarum et excidiis urbium, cum omnibus fere membris truncata res publica jaceret.* Sic non opus operosa Livineii emendatione, nec conjectura Schwarzii.' *Jæger.* —4 *Romanus limes fuerat* Rivin. 1. et omnes edd. ante Grut. *Romanis fuerat* Guelph. *Romanus fuerat* Vet. Bertin. *Romanus miles fuerat* conj. Arntzen. pater. *obstricta Sarmatia* Cuspin. Guelph. et edd. omnes ante Grut. *obtrita S.* Langii schedæ. Pro *Juthungi,* quod primus restituit Cellar. *Vitungi* legitur

NOTÆ

scivisse. 'Quid,' inquit, 'sine lino Ægyptio esse non possumus?' Hac insigni tranquilli imperatoris vecordia usus Æmilianus totam Ægyptum occupavit, sed haud multo post a Theodoto Gallieni exercitus duce in bello captus, in carcere strangulatus est. De Ægypto, Plinii Paneg. cap. XXX. not. [b].

[e] *Et Syriæ*] Idem Æmilianus, Parthis e Syria pulsis, militaribus suffragiis ibi quoque dictus est imperator. De Syria, Paneg. IV. 12.

[f] *Rætia*] Duplex: prima est paulo trans Danubium a Meridie, trans Rhenum et lacum Brigantinum Occidentem versus extenditur: Alpes complectitur quas Grisonum vocant: altera ad Œnum usque fluvium porrigitur, qui Rætiæ Noricique terminus est. Paneg. II. 9.

[g] *Noricum*] Norici initium est ab Œno fluvio, qui Rætiam secundam a Norico disterminat. Hujus pars, quæ Danubio imminet et veterem prospicit Germaniam, Noricum ripense dicitur.

[h] *Pannoniæque*] Ingenuus, qui Pannonias tunc regebat, a Mæsiacis Pannonicisque legionibus imperator est dictus. Mox Mæsii, eo ejecto, Regillianum, tum in Illyrico ducatum gerentem, imperatorem proclamant; nec multo post Aureolum, Illyricianos exercitus regentem; ac demum Macrianum utrumque, Quietum, et Celsum. De his vide Trebellium. De Pannonia, Plin. Paneg. cap. VIII. not. [n].

[i] *Juthungi* [*Vitungi*] Qui in ea Germaniæ parte, quæ Italiæ vicina est, habitabant, ubi nunc Tirolensis comitatus.

Quadi,[j] Carpi[k] toties profligati, summittente se Gotho pace poscenda, supplicante per munera rege Persarum,[l] urebat animum (quod nunc denique confitemur) una illa tanti imperii contumelia, eoque nobis intolerabilior videbatur, quod gloriæ sola restabat.

CAP. XI. 1. Et sane non, sicut Britanniæ nomen[m] unum, ita mediocris jactura erat reipublicæ terra, tanto frugum ubere, tanto læta munere pastionum, tot metallorum fluens rivis, tot vectigalibus quæstuosa, tot accincta portubus, tanto immensa circuitu. 2. Quam Cæsar, ille auctor vestri nominis,[n] cum Romanorum primus intrasset, alium se orbem terrarum scripsit reperisse, tantæ magnitudinis arbitratus, ut non circumfusa Oceano, sed complexa ipsum Oceanum videretur. 3. Sed enim illa ætate nec Britannia ullis erat ad navale bellum armata navigiis, et Romana res inde jam a Punicis Asiaticisque bellis,[o] etiam recenti ex-

in edd. vett. *Viturgi* in Vet. Livin. *pacem poscendo* Cuspin. *urgebat animum* in eodem cod. *urebat animo* Guelph. cum edd. Puteol. Rhenan. H. Steph. et Rivin. 1. *urebat animum* Livin. et edd. recentt.

CAP. XI. 1 *Brit. nomen tuum* Cuspin. *mediocris jacturæ* edd. ante Arntzen. *mediocris jactura* Vet. Putean. Gud. 2. *mediocri jacturæ* conj. Livin. *mediocris erat jactura* Guelph. *numero pascuorum* edd. vett. *numero pastionum* Bertin. cum edd. Paris. Patarol. et Cellar. *munere pastionum* Guelph. quod primus recepit Arntzen.—2 *Quam Cæsar Julius auctor* Exc. Schonhov. Q. *Cæsar ille, auctor* Jæger.—3 *Sed quum illa* Guelph. *et postea Mithridatico* edd. vett.

NOTÆ

[j] *Quadi*] Ultra Herciniam sylvam, ubi nunc maxima pars Moraviæ.

[k] *Carpi*] De Carpis, vide cap. v. not. [k].

[l] *Rege Persarum*] Narseo.

[m] *Sicut Britanniæ nomen*] Sub uno Britanniæ nomine Anglia, Irlandia, Scotia continentur. Atque hæc regio nec Cæsaris temporibus, ut ipse scribit de Bello Gall. lib. IV. necdum Constantii ætate admodum nota.

[n] *Auctor vestri nominis*] Julius, qui imperatorum primus Cæsar cognominatus est; seu quod cæso matris utero natus esset; seu ab elephanto in pugna occiso, qui lingua Maurorum *Cæsar* appellatur; seu quod oculis cæsiis fuerit; seu demum a Cæsarie, cum qua natus creditur. Ut ut est, fuit hoc Juliæ familiæ primum, ac deinceps omnium imperatorum cognomen.

[o] *Punicis Asiaticisque bellis*] Punica bella tria fuerunt: Primum an. U. C. CCCCXC. cœptum, 24. post anno desiit; Hierone, Hannibale, et Hasdrubale pro Pœnis; C. Duilio, Atilio Regulo, L. Corn. Scipione, et Metello pro Romanis pugnantibus. Secundum an. U. C. DXXXVI. cœptum, Hannibale pro Pœnis, P. Corn. Scipione pro Romanis pugnante, 16. annorum spatio confectum est. Tertium an. U. C. DCV. cœptum est, in

ercitata Piratico,[p] et propiore Mithridatico,[q] non magis terrestri quam navali usu vigebat. 4. Ad hoc[r] natio etiam tunc rudis, et solis Britanni Pictis[s] modo et Hibernis[t] assueti hostibus, adhuc seminudi, facile Romanis armis signisque cesserunt: prope ut hoc uno Cæsar gloriari in illa expeditione debuerit, quod navigasset Oceanum.

CAP. XII. 1. Isto vero nefario latrocinio abducta primum a fugiente pirata[a] classe,[b] quæ olim Gallias tuebatur, ædificatisque præterea plurimis in nostrum modum navibus, occupata legione Romana, interclusis aliquot peregrinorum militum cuneis, contractis ad delectum mercatoribus Gallicanis, solicitatis per spolia ipsarum provinciarum, non mediocribus copiis barbarorum, atque his omnibus ad munia nautica flagitii illius auctoris magisterio eruditis,

[b] *Cum fugiens pirata classem primum abduxisset.*

et propiore M. Gud. 2. Vet. Putean. Cuspin. Vet. Bertin. et Vienn. unde Livin. conj. *et priore M.*—4 *Ad hoc etiam natio* Bertin. Mox, Acidalius legit, *Pictis modo et Hibernis assueta hostibus, ad hoc seminudi, et soli Britanni facile, &c.* edd. vett. *et soli;* Schwarz. e cod. Guelph. *et solis,* quod recepit Jæger. *assueta . . . seminudis* edd. vett. *assueti* Guelph. *seminudi* Vet. Putean. et Guelph.

CAP. XII.' 1 Gud. *a f. piratica classe.* Edd. vett. *ædificatis præterea;* τὸ *que* inserunt codd. Bertin. Gud. 1. 2. et Mœrl. *aliquot* deest in Guelph. *ad delictum* cod. Schwarzian. *atque iis omnibus* edd. vett. *atque his omnibus* Vet. Livin. et Guelph. *auctorum magisterio* edd. quædam vett. *auctoris m.* Bertin. Cuspin.

NOTÆ

quo Cornelius Scipio Æmilianus, Q. Metellus, atque inprimis Q. Fabius enituerunt. Tertio post anno desitum est. De his, item et de Asiaticis bellis, vide Florum, &c.

[p] *Piratico*] A Pompeio gesto anno U. C. DCLXXXV. Vide Florum.

[q] *Mithridatico*] Quod jam a Lucullo et Metello cœptum idem Pompeius anno sequenti feliciter confecit. Florus.

[r] *Ad hoc*] Duarum vocularum transpositio obscuritatem huic sententiæ induxit, ita vero hanc restituit Acidalius; 'Ad hoc natio etiam tunc rudis, Pictis modo et Hibernis assueta hostibus, ad hoc seminudi, et soli Britanni facile Romanis armis signisque cesserunt.'

[s] *Pictis*] Picti populi sunt Scotiæ, cis Tavum fluvium.

[t] *Hibernis*] Populi insulam oceani Britannici incolentes non minorem Anglia.

[a] *Pirata*] Carausio, qui ad profligandos oceani Britannici piratas cum classe a Romanis imperatoribus missus, ipse piraticam exercebat. Hunc ipsum mox 'archipiratam' vocat.

exercitibus autem nostris, licet invictis virtute, tamen in re maritima novis, malam coaluisse ex indignissimo latrocinio belli molem audiebamus, licet de exitu fideremus. 2. Nam et accesserat diuturna sceleris impunitas, quæ desperatorum hominum inflarat audaciam, ut illam inclementiam maris, quæ victoriam nostram fatali quadam necessitate distulerat,[b] pro sui terrore jactarent, nec consilio intermissum esse bellum, sed desperatione omissum crederent; adeo, ut jam, communis pœnæ[c] timore deposito, archipiratam satelles[d] occideret, et illud auctoramentum[e] tanti discriminis[f] putaret, imperium.

Cap. xiii. 1. Hoc igitur bellum tam necessarium, tam difficile aditu, tam inveteratum, tam instructum, ita, Cæsar, aggressus es, ut, statim atque illo infestum majestatis tuæ fulmen intenderas, confectum omnibus videretur. 2. Nam primo omnium, (in quo præcipue consulendum fuit) ne

Gud. 1. 2. quod restituit Gruter. *ex. autem vestris* Vet. Bertin. Gud. Olim interpungebatur, *invictis, virtute tamen;* Acidalius punctum posuit post *virtute.* Voc. *novis* deest in cod. Schwarzian. qui etiam pro *malam,* habet *novam;* Acidalius malit *magnam.* Vet. Bertin. *audebamus;* Cuspin. et Gud. 1. *videbamus,* probante Livin.—2 *Et nam* Guelph. *diuturni* Guelph. *victoriam vestram* Vet. Bertin. Gud. 1. 2. et Mœrl. *bellum esse* edd. vett. *esse bellum* Vet. Bertin. et Guelph. quod primus recepit Grut. ceterique præter Rivin. *cois pœne* Vet. Cuspin. *ois pœne* Bertin. unde Modius, *omni pœne;* Guelph. *communi pœnæ terrore.* Livin. aliique, *tanti criminis.*

Cap. xiii. 1 Edd. vett. *tam d. auditu;* Vet. Cuspin. Rhenan. *tam d. aditu.*

NOTÆ

[b] *Distulerat*] Constantius Britannicum bellum incœpturus oceanum cum classe ingressus erat an. ccxcii. at illam repentina maris tempestate sic dissipatam fuisse, ut fœdus cum Carausio iniri necesse fuerit. In Constantii Vita diximus.

[c] *Communis pœnæ*] Quam ipse Allectus et Carausius pro communi rebellionis scelere meruerant. Alii legunt *omnis* ex Bertiniensi codice.

[d] *Satelles*] Allectus, qui Carausium sexennio post usurpatam tyrannidem dolo circumvenit: 'Qui cum ejus permissu summæ rei præesset, flagitiorum, et ob ea mortis formidine per scelus imperium extorserat.' Vide Victor.

[e] *Auctoramentum*] Id est, mercedem. Cic. Off. i. 150. 'Est enim in mercenariis ipsa merces auctoramentum servitutis.' Et Velleius lib. ii. 'Jugulati civis publice auctoramentum constituere,' id est, præmium cædis.

[f] *Tanti discriminis*] Cui se committit, dum Carausium interficit. Libenter Livineio assentior, qui *criminis* legit.

quid barbaræ nationes, converso illuc numine tuo, novare tentarent, invocata patris[g] tui majestate provisum est. 3. Tu enim ipse, tu Domine Maximiane, Imperator æterne, novo itineris compendio adventum divinitatis tuæ accelerare dignatus,[h] repente Rheno institisti, omnemque illum limitem non equestribus, neque pedestribus copiis, sed præsentiæ tuæ terrore tutatus es. Quantoslibet valebat exercitus Maximianus in ripa. 4. Tu vero, invicte Cæsar, instructis armatisque diversis classibus, ita hostem incertum, consiliique inopem reddidisti, ut tunc denique senserit, quod non munitus esset Oceano, sed inclusus.

CAP. XIV. 1. Hoc loco venit in mentem mihi, quam delicata illorum Principum fuerit in administranda republica, et adipiscenda laude felicitas, quibus Romæ degentibus triumphi, et cognomina devictarum a ducibus suis gentium proveniebant. 2. Itaque Fronto,[i] Romanæ eloquentiæ non

—2 Guelph. *limine tuo.* Edd. vett. *invocata potestatis tuæ;* Vet. Putean. Guelph. et edd. post Grut. *i. patris tui.*—3 H. Steph. Rivin. 1. 2. *noxo itineris;* al. *noxio*, vel *noxii;* Meursius conj. *mox itineris;* Rhenan. *noto itineris;* Vet. Putean. Cuspin. et edd. recentt. *novo itineris.* Mox, *potentiæ tuæ* Livin. et Paul. Steph. *præsentiæ tuæ* Vet. Cuspin. Rhenan. et edd. recentt.—4 Guelph. *itaque in hostem.*

CAP. XIV. 1 'Rh. Steph. Livin. *in administr. rep. cum laude.* Cusp. Gud. 2. et Mœrl. *in administr. rep. et adipiscenda rei publ. laude;* quæ lectio a Schonhovio etiam notata fuit. Cod. Livin. et Bertin. omisso illo *reipublicæ*, importune intruso, receptam nobis lectionem exhibent. Mox loco τοῦ *proveniebant*, Mœrl.

NOTÆ

[g] *Patris*] Maximiani, cujus filiam privignam duxerat.

[h] *Accelerare dignatus*] Faciunt hæc verba ut suspicer tum, cum Constantius expeditionem hanc suscepit, nimirum an. Chr. CCXCV. jam Maximianum Africam versus copias eduxisse, ut Quinquegentanis bellum inferret: simul vero de Constantii in Britanniam transitu ad eum allatum est, rediisse illico, ut interea Rhenum contra Francos tutaretur.

[i] *Fronto*] Cornelius Fronto princeps oratorum sui sæculi, ut est in Dionis Epitome, Antonini Philosophi magister fuit, ut tradit Julius Capitolinus, confirmatque vetus inscriptio. Præclarissima hujus in Pelopem actio intercidit, cum ceteris ejusdem, quæ laudantur a Charisio, Fulgentio, Sidonio. Gellius XIX. 8. 10. et 13. Et Macrob. Saturn. V. 1. 'Quatuor sunt,' inquit Eusebius, 'genera dicendi: copiosum, in quo Cicero dominatur; breve, in quo Sallustius regnat; siccum, quod Frontoni ascribitur; pingue et floridum, in quo Plinius Secundus quondam, et nunc nullo veterum minor noster Symmachus luxuriatur.' Sidonius tanti eum æstimatum fuisse dicit, ut quemadmodum poëtæ alii Virgiliani, alii O-

secundum, sed alterum decus, cum belli in Britannia confecti[j] laudem Antonino Principi daret, quamvis ille in ipso urbis Palatio residens gerendi ejus mandasset auspicium, veluti longæ navis[k] gubernaculis præsidentem[c] totius velificationis et cursus gloriam meruisse testatus est. 3. At enim tu, Cæsar invicte, omnis istius et navigationis, et belli, non modo pro imperii jure præceptor, sed rebus ipsis, et exemplo constantiæ tuæ hortator, atque impulsor fuisti. 4. Prior siquidem a Gesoriacensi littore quamvis fervidum invectus Oceanum,[d] etiam illi exercitui tuo, quem Sequana in fluctus invexerat,[l] irrevocabilem injecisti mentis ardorem; adeo, ut, cunctantibus adhuc ducibus, cœlo et mari turbidis, ultro signum navigationis exposceret; quædam minacia signa, quæ videbantur, contemneret; die pluvio vela faceret; ventum, quia directus non erat, captaret obliquum. 5. Quis enim se, quamlibet iniquo mari, non auderet credere, te navigante? Omnium, ut dicitur,

[c] *Quasi præfuisset gubernandis longis navibus.*
[d] *E Gesoriacensi ripa procellosum ingressus oceanum.*

perveniebant: male :' *Jæger.*—2 *Antonio* quædam edd. ante Livin. Pro *totius* edd. Rhenan. H. Steph. et Rivin. habent *toties.* Guelph. *gloriam meruisti.*—4 *Prior siquidem* Guelph. Exc. Schonhov. et edd. post Grut. *Prior* deest in edd. ante Grut. *Siquidem magis Gesoriacensi* edd. quædam vett. Vide Nott. Varr. *Quem Sequanam* edd. ante Grut. *Quem in Sequanam* Vet. Put. Cuspin. Steph. *Sequanæ fluctus* Langii schedæ; *quem Sequana curvus* Livin. *quem Sequanam nisi* Bertin. *quem Sequana in fluctus* Grut. *quem Sequana fluvius* Acidal. *quem Sequanam fluctus* Patarol. *in Sequanam vis* Mœrl. *in Sequanam vi* Gud. Pro *mentis,* quod servant Vet. Putean. Bertin. Langii schedæ, Mœrl. Guelph. *in iis* exhibent edd. ante Grut. et sic conj. Acidal. Mox, *minacia videbantur*

NOTÆ

vidiani, sic ætatis suæ oratores benemulti Frontoniani dici vellent. Sidon. I. 1.

[j] *Belli in Britannia confecti*] Hujus Britannici belli curam Calpurnio Agricolæ traditam fuisse refert Julius Capitolinus in vita Antonini Philosophi, quem ita totum fuisse in philosophiæ studio addit, ut nulli ferme bello interfuerit: quapropter Armenici et Parthici nomen ægre quidem accepit propter Armenos et Parthos ab ejus legatis subactos.

[k] *Longæ navis*] Sic longis navibus Cæsarem, ut in Britanniam transfretaret, usum esse legimus in ejus Commentariis de Bello Gallico.

[l] *In fluctus invexerat*] Id est, in oceanum. Hic relicta Puteani editione, ubi legitur, *quem Sequanam fluctus invexerat,* Gruteri emendationem secutus sum.

accepto nuntio navigationis tuæ, una vox et hortatio fuit: 'Quid dubitamus? quid moramur? Ipse jam solvit, jam provehitur, jam fortasse pervenit. Experiamur omnia, per quoscumque fluctus eamus. Quid est, quod timere possimus? Cæsarem sequimur.'[m]

CAP. XV. 1. Nec fefellit opinio vestræ felicitatis. Siquidem, ut ex ipsorum relatione comperimus, ad tempus ipsum tantæ se dorso maris nebulæ miscuerunt, ut inimica classis, apud Vectam insulam[n] in speculis, atque insidiis collocata, ignorantibus omnino hostibus præteriretur, ne vel moraretur impetum, quamvis non posset obsistere. 2. Jam vero quod idem ille vestro auspicio invictus exercitus, statim atque Britanniæ littus invaserat, universis navibus suis injecit ignes, quinam alii, nisi divinitatis vestræ, monitus impulerunt? 3. aut quæ alia ratio persuasit, nullum præsidium fugæ reservare, nec vereri dubia bellorum, nec Martem, ut dicitur, putare communem, nisi quod vestri contemplatione constabat, de victoria non posse dubitari? 4. Non illi tunc vires, non humana robora, sed vestra numina cogitaverunt.[e] Proposito qualicumque prælio

[e] *Non tam illi tum fidebant suis viribus, aut Romano exercitu, quam divina majestate vestra.*

signa contemnere Guelph.—5 *Quis enim quanti iniquo* Guelph. *concepto nuntio* Guelph. *Expiamur* idem codex. *quod t. possumus* Mœrl. et Gud. 1.

CAP. XV. 1 Guelph. *tanto se dorso.* Pro *Vectam*, Guelph. *Victam*, improbante Arntz. Cf. Cellar. Geogr. Antiq. II. 4. *et insidiis* edd. vett. *atque insidiis* Vet. Bertin. et Guelph. quod primus recepit Grut. eumque reliqui præter Rivin. secuti. Rhenan. Livin. Steph. *ipse tum;* Vet. Bertin. Exc. Lang. Cuspin. Mœrl. Guelph. et edd. post Grut. *impetum;* Acidalius conj. *ipsa tum.*—2 Edd. ante Jæger. *exercitus statim, atque.*—3 Vet. Livin. *vestra contemplatione.*—4 *Non illic* edd. Cuspin. Rhenan. Livin. Steph. Cellar. Patarol. *Non illi* codd. Livin. Putean. Mœrl. Guelph. *tunc* omisit Rivin. *non Romana robora* edd. vett. *humana* Vet. Livin. Mœrl. et Guelph. quod resti-

NOTÆ

[m] *Cæsarem sequimur*] Et fortunam ejus. Sic olim Jul. Cæs. Brundusium, dum ferveret mare, in scapha trajiciens, gubernatorem intuitus, et correpta ejus dextera, 'Quid times?' inquit: 'Cæsarem vehis et fortunam ejus simul navigantem.' Plutarchus in Jul. Cæsare.

[n] *Vectam insulam*] Insula Britanniam inter et Galliam sita. Hodie, *Isle of Wight;* quam a Vespasiano in Romanorum potestatem redactam tradit Suetonius. Hanc victoriam celebrant Valer. Flaccus, Argon. I. et Silius Ital. lib. III.

certam sibi spondere fortunam, non tam est fiducia militum, quam felicitas imperatorum. 5. Ipse ille autem signifer[o] nefariæ factionis, cur ab eó littore, quod tenebat, abscessit? cur classem, portumque deseruit? nisi quod te, Cæsar invicte, cujus imminentia vela conspexerat, timuit jam jamque venturum. 6. Utcumque cum ducibus tuis maluit experiri, quam præsens majestatis tuæ fulmen excipere. Demens, qui nesciebat, quacumque fugeret, ubique vim vestræ divinitatis esse, ubi vultus vestri, ubi signa colerentur.

Cap. xvi. 1. Te tamen ille fugiens incidit in tuorum manus; a te victus, a tuis exercitibus oppressus est. 2. Denique adeo trepidus, et te post terga respiciens,[p] et in modum amentis attonitus properavit ad mortem, ut nec explicarit aciem, nec omnes copias, quas trahebat, instruxerit, sed cum veteribus illis conjurationis auctoribus, et mercenariis cuneis barbarorum, tanti apparatus oblitus, irruerit. 3. Adeo, Cæsar, hoc etiam reipublicæ tribuit vestra felicitas, ut nemo fere Romanus occiderit, imperio vincente Romano. Omnes enim illos, ut audio, campos atque colles non nisi teterrimorum hostium corpora fusa texerunt. 4. Illa barbara, aut imitatione barbariæ olim cultu vestis, et prolixo crine rutilantia,[f] tunc vero pulvere et

[f] *Illi barbari vel qui barbarorum more quondam vestiti, longiorem comam, eamque rutilam aluerant.*

tuit Jæger.—6 Guelph. Cuspin. Mœrl. et edd. vett. *fugerat;* Vet. Bertin. et Gruteri codd. *fugeret;* Acidal. conj. *quocumque fugeret.* Edd. vett. *ubique numina;* Vet. Bertin. Cuspin. Mœrl. et edd. recentt. *ubique vim.* Mœrl. *nisi vultus.*

Cap. xvi. 1 Guelph. *illa fugiens.*—2 Rivin. et edd. vett. ante Grut. *illius conjurationis;* Vet. Bertin. Cuspin. Guelph. edd. Grut. et recentt. *illis conjurationis.* Rhenan. H. Steph. et Rivin. *irrerit;* Vet. Putean. Exc. Schonhov. et edd. post Livin. *irruerit.*—3 Bertin. *etiam hoc.*—4 *Ita illa barbara* Bertin. *Illa, inquam, barbara* conj. Livin. vel, *texerunt, et illa barbara.* Rhenan. Livin. et Steph. *tunc v. vulnere;* Vet. Putean. Bertin. Cuspin. Mœrl. Guelph. et edd.

NOTÆ

[o] *Signifer*] Allectus Constantium fugiens, in Asclepiodotum ejus prætorio præfectum incidit, qui eo præmissus a Constantio cum parte exercitus Allectum interfecit.

[p] *Te post terga respiciens*] Hunc locum pæne exscripsit Pacatus in Theod. cap. xxxviii. 'Ibat interim

cruore fœdata, et in diversos situs tracta,[q] sicuti dolorem vulnerum fuerant secuta, jacuerunt; atque inter hos ipse vexillarius latrocinii, cultu illo,[r] quem vivus violaverat, sponte deposito, et vix unius velaminis repertus indicio. 5. Adeo verum sibi dixerat morte vicina,[g] ut interfectum se nollet agnosci.

Cap. xvii. 1. Enimvero, Cæsar invicte, tanto Deorum immortalium tibi est addicta consensu omnium quidem, quos adortus fueris, hostium, sed præcipue internecio Francorum, ut illi quoque milites vestri, qui per errorem nebulosi, ut paulo ante dixi, maris abjuncti,[h] ad oppidum Londiniense[s] pervenerant, quicquid ex mercenaria illa multitudine barbarorum prælio superfuerat, cum, direpta civitate, fugam capessere cogitarent, passim tota urbe confecerint; et non solam provincialibus vestris in cæde hostium dederint salutem, sed etiam in spectaculo voluptatem.[t]

[g] *Ita præsenserat sibi mortem imminere.*
[h] *Qui aberrantes propter nebulas e mari erumpentes.*

recentt. *tunc v. pulvere.* Cuspin. Rhenan. Livin. Steph. *situs structa;* Mœrl. et Gud. 2. *situs strata;* Vet. Bertin. *situs tracta.* Mox, *ut vix* Guelph. Pro *velaminis*, quod abest in Bertin. Livin. conj. *vel alterius.*

Cap. xvii. 1 Gud. Cuspin. Steph. Rivin. *tanta;* al. *tanto.* Vet. Livin. *tibi est addita.* Edd. vett. *consensu victoria omnium;* sed illud *victoria* deest in Vet. Putean. Gud. Mœrl. et ed. Jæger. Mox, Rittershus. legit et distinguit, *omnium, quos quidem adortus fueris, hostium.* Edd. vett. *interjectio Francorum;* al. *interfectio;* Vet. Putean. Bertin. Exc. Lang. Cuspin. Guelph. et edd. post Grut. *internectio.* Mox, *et illi* Cuspin. Rhenan. Steph. *ut illi* Vet. Bertin. Exc. Lang. *objuncti* Guelph. *Londiniense* edd. *Londunense* Vet. Livin. *Londonense* Bertin. *Londoniense* Mœrl. et Gud. *Londinense* Patarol. *passi tota urbe* Guelph. *confecerunt . . . dederunt* Rhenan. Livin. Steph. *confecerint . . . dederint* Exc. Lang. Putean. Cuspin. Mœrl. *et non solum* Bertin. probante

NOTÆ

Maximus, ac te post terga respectans in modum amentis avolabat.'

[q] *In diversos situs tracta*] Alii humi resupini, alii cubito incumbentes reperti sunt, aliis arma e manibus excidebant, &c. 'Illi mutilis excisisque membris,' ut habet Pacatus in Theod. Paneg. 'reliqua sui parte fugiebant, hi dolorem vulnerum sequebantur, isti mortes receptas in sylvas et flumina deferebant.'

[r] *Cultu illo*] Regio.

[s] *Londiniense*] Londinum urbs est amplissima, totius Angliæ caput, ad Tamesim fluvium, emporium celeberrimum.

[t] *In spectaculo voluptatem*] Seu quod gratum esset barbaros illos intueri, quos vicissent, seu quod in theatrum producerentur ad edenda spectacula.

2. O victoria multijuga, et innumerabilium triumphorum, qua Britanniæ restitutæ, qua Francorum vires penitus excisæ, qua multis præterea gentibus, in conjuratione illius sceleris deprehensis, imposita est necessitas obsequendi, denique ad perpetuam quietem maria purgata sunt! 3. Gloriare tu vero, Cæsar invicte, alium te orbem terrarum reperisse, qui, Romanæ potentiæ gloriam restituendo navalem, addidisti imperio terris omnibus majus elementum. 4. Confecisti, inquam, bellum, Cæsar invicte, quod cunctis impendere provinciis videbatur, tamque late vagari et flagrare poterat, quam late omnis Oceanus, et Mediterranei sinus alluunt.

Cap. xviii. 1. Neque enim, si nutu vestri lues illa solis Britanniæ visceribus intabuit,[a] idcirco nescimus, quanto se alias furore jactasset, si fiduciam pervagandi,[b] qua patebat, habuisset. 2. Nullo siquidem[a] certo fine montium, aut fluminum terminabatur, quem dispositæ limitis custodiæ tuerentur; sed ubique, vanis licet motibus apud virtutem felicitatemque vestram, magnis tamen terroribus imminebat, qua jacent maria, qua venti ferunt. 3. Recursabat quippe in animos illa sub Divo Probo[b] et paucorum

[a] *Intra Britanniæ oras se continuit.* [b] *Si ausa esset pervagari.*

Acidal.—2 Edd. vett. *gentes Francorum;* codd. Put. Gud. Mœrl. *Francorum vires;* Jæger. *vires Francorum.*—3 *Gloriare vero tu* Cuspin. et Mœrl. *G. vere tu* conj. Livin. *peperisse et* Livin. et Steph. *reperisse, qui* codd. Livin. Bertin. Cuspin. Exc. Lang. Putean. *qui* habent etiam Guelph. Mœrl. Parisienses, Patarol. et Cellar. Pro *addidisti,* Acidal. legi jubet *addidisse.*—4 Guelph. *jamque late v. ac flagrare.* Edd. vett. *abluunt;* Vet. Putean. Bertin. Cuspin. Guelph. Exc. Schonhov. *alluunt,* ut conj. Acidal.

Cap. xviii. 1 Edd. ante Arntzen. *si metu vestri;* solus Guelph. *si nutu.*—2 *Nullo quidem* Acidal. *certe fine* Puteol. Rhenan. H. Steph. et Rivin. 1. *certo fine* Exc. Schonhov. ut conj. Acidal. Idem Acidal. conj. *terminabamur, q. d. limitibus.* Cuspin. Livin. Rhenan. Steph. et Rivin. 1. *custodiæ non tuerentur;* Vet. Putean. Bertin. Exc. Lang. Mœrl. Guelph. et edd. recentt. delent τὸ *non.* Edd. ante Arntzen. *sed ubique navis;* cod. D. Marci ap. Patarol. Vet. Putean. Mœrl. et Guelph. *sed ubique, vanis, &c.* Mox, *vestram haberemus* edd. vett. *haberemus* deest in Gud. Pro *magnis,* Guelph. habet *magis.* Guelph.

NOTÆ

[a] *Nullo siquidem*] Montes quidem et littora nostra barbarorum incursionibus erant impervia, sed qua jacent maria terrorem hi nobis incutiebant.

[b] *Sub D. Probo*] Is Tacito et Flo-

ex Francis[c] captivorum incredibilis audacia, et indigna felicitas, qui, a Ponto[d] usque correptis navibus, Græciam, Asiamque populati, nec impune plerisque Libyæ littoribus appulsi, ipsas postremo, navalibus quondam victoriis nobiles, ceperant Syracusas,[e] et immenso itinere pervecti Oceanum, qua terras irrupit, intraverant, atque ita eventu temeritatis ostenderant, nihil esse clausum piraticæ desperationi, quo navigiis pateret accessus. 4. Itaque hac victoria vestra non Britannia solum servitute est liberata, sed omnibus nationibus securitas restituta, quæ maritimo usu tantum in bello adire periculi poterant, quantum in pace commodi consequuntur. 5. Nunc secura est, ut de latere Gallico[f] taceam, quamvis pæne conspicuis littoribus Hispania, nunc Italia, nunc Africa, nunc omnes usque ad Mæotidas paludes perpetuis curis vacant gentes. 6. Nec idcirco minoribus gaudiis feruntur, demto periculi metu, quod experiundi necessitate caruerunt;[c] sed hoc ipsum et in administratione providentiæ vestræ, et in feliciore[g] fortuna

[c] *Neque ideo minus gaudent hujus mali metum sibi ademtum esse, quod illud tolerare necesse non habuerunt.*

et Bertin. *quaque venti.*—3 Cuspin. Rhenan. Livin. Steph. et al. ante Grut. *qua terras rupit;* Guelph. *qua terras irrumpit;* et sic conj. Acidal. *qua terras irrupit* Vet. Putean. Bertin. Mœrl.—4 Vet. Livin. *est servitute.* Pro *securitas,* Mœrl. habet *felicitas.*—5 Vet. Livin. *ad Metias;* Bertin. *ad Mecias;* unde Livin. conj. *ad Mæotias;* Guelph. *ad Mœtias.*—6 Guelph. *dempti.* Cuspin. Rhenan. Steph. Rivin. et al. vett. *quo experiundi;* Acidal. conj. *quod,* vel *quia;* Livin. P. Steph. Grut. et recentt. receperunt *quod.* Parisienses, Patarol. et Cellar. ex Langii Exc. *hoc ipso;* Mœrl. Cuspin. Livin. Rhenan. Steph. *hoc ipsum,* quod revocavit Jæger. *vel providentiæ* Rhenan. Livin. et Steph. *vel*

NOTÆ

riano ejus fratre mortuis imperator factus est an. Chr. CCLXXVI. vir multis virtutibus clarus. Galliis recuperatis, recepto Illyrico, victis Getis, ac Rætis, cum in Italiam rediens per Illyricum iter faceret, Sirmii a militibus est occisus, quos ob nimiam severitatem infensos habebat an. Chr. CCLXXXII. imp. VII.

[c] *Ex Francis*] Rem fusius narrat Zosimus lib. I.

[d] *Ponto*] Pontus Asiæ Minoris prope Pontum Euxinum habet ex una parte Bithyniam, et Paphlagoniam ex altera.

[e] *Syracusas*] Civitas erat amplissima in ora maris ad Ortum inter Catanam et Pachynum Promontorium.

[f] *Ut de latere Gallico*] Ut nihil dicam de ea Galliarum parte quæ ad mare sita est, et quæ Galliarum veluti latus est.

[g] *In feliciore* [*infectione*] Utrum *effectione,* vel *festinatione:* malim ego

impensius gratulantur, quod[d] tanta illa vis nauticæ rebellionis in vestigiis suis concidit. 7. Atque ipsam Britanniam, quæ sedem diuturno sceleri præbuisset, constat victoriam vestram sui restitutione sensisse.[e]

CAP. XIX. 1. Merito igitur statim atque ad littus illud exoptatus olim vindex, et liberator appuleras, obvius sese majestati tuæ triumphus[h] effudit, exultantesque gaudio Britanni cum conjugibus ac liberis obtulerunt, non te ipsum modo, quem, ut cœlo delapsum, intuebantur, sed etiam navis illius, quæ tuum numen advexerat, vela, remigiaque venerantes, paratique te ingredientem stratis sentire corporibus.[f] 2. Nec mirum, si tanto gaudio ferebantur, post tot annorum[i] miserrimam captivitatem, post violatas conjuges, post liberorum turpe servitium, tandem liberi, tandemque Romani, tandem vera imperii luce recreati. 3. Siquidem præter illam clementiæ vestræ, pietatisque famam, quæ communi gentium voce celebratur, in ipso,

[d] *Sed ob idipsum gratulantur magis tum providentiæ vestræ propter bene administratum bellum, tum fortunæ propter bene confectum, quod, &c.*

[e] *Manifestum est eam agnovisse tantum vestram victoriam instauratione sui in meliorem statum.*

[f] *Suppositis sustinere corporibus.*

deest in Vet. Putean. Bertin. Cuspin. *adm. providentiam vestram, et in factis fortunam impens.* Exc. Lang. *et in adm. belli p. vestræ* conj. Acidal. *infectione fortunæ* edd. vett. *infactione fortunæ* al. *in confectione fortunæ* conj. Livin. *in effectione fortunæ;* aut *in festinatione,* conj. Grut. *infeliciore fortuna* Vet. Putean. Gud. 2. Mœrl. Pro *tanta,* edd. quædam vett. *tacita;* Mœrl. *tota.*—7 *Æque ipsam* conj. Livin. *tam diuturno* edd. ante Arntz. *tam* deest in Gud. 1. 2. et Vet. Putean. *victoriam s. r. s. vestram* edd. ante Jæger. *victoriam vestram s. r. sensisse* Vet. Putean. Gud. 2. et Mœrl. Pro *sui* Livin. conj. *tui.*

CAP. XIX. 1 Vet. Livin. *adoptatus olim.* Mox, conjunctio *cum* deest in Guelph. *de cœlo* Mœrl. *ut* abest in Gud. 2. *numen adduxerat* in eodem cod. *verentes,* pro *venerantes,* Mœrl. *sensere corporibus* Livin. P. Steph. et al. vett. *sentire c.* Vet. Cuspin. Rhenan.—2 Omnia a *tandemque* usque ad *præter* desunt in Guelph.—3 '*Siquidem*] Hæc vox omittitur in cod. Mœrl. et potest sane abesse.' *Jæger.* Mœrl. et Gud. 2. *clementiæ tuæ.* Gud. 2. *formam* pro *famam.* Vet. Bertin. et edd. Grut. Paris. Patarol. et Cellar. *celebrabatur;*

NOTÆ

confectione. Vid. Paneg. III. 16.

[h] *Triumphus*] Constantio post cæsum Allectum Britannias ingredienti populus obviam occurrit.

[i] *Post tot annorum*] Post decem annos Britannias occuparat. Vid. Eutrop. Nam Carausius septem, Allectus vero tres annos tyrannidem occuparat.

Cæsar, tuo vultu videbant omnium signa virtutum; in fronte gravitatis, in oculis lenitatis, in rubore verecundiæ, in sermone justitiæ. 4. Quæ singula, ut respectantes adverterant, lætitiæ clamoribus concinebant; vobis se, vobis liberos suos, vestris liberis omnes generis sui posteros devovebant.

CAP. XX. 1. Nos quidem certe, o perpetui parentes,[j] et domini generis humani, hoc a Diis immortalibus omni votorum nuncupatione deposcimus, ut liberi, nepotesque nostri, et si qua omnibus sæculis erit duratura progenies, tum vobis, tum etiam iis, quos educatis, atque educabitis, dedicentur. Quid enim melius posteris nostris optare possumus, quam quo fruimur ipsi? 2. Tenet uno pacis amplexu[g] Romana respublica, quicquid variis temporum vicibus fuit aliquando Romanum; et illa, quæ sæpe veluti nimia mole defluxerat, magnitudo, tandem solido cohæsit imperio.[h] 3. Nihil ex omni terrarum cœlique regione non aut metu quietum est, aut armis domitum, aut pietate devinctum. Et ex aliis quidem partibus aliqua restant, quæ, si voluntas vel ratio rerum desiderent, possitis acquirere: ultra Oce-

[g] *In pace obtinet.*
[h] *Et amplitudo imperii qua ejus nimiæ partes veluti elabebantur, tandem in unum corpus coaluit.*

Gud. 1. Rivin. et ceteræ edd. *celebratur.*—4 Edd. vett. *ut r. agnoverant;* Bertin. *ut r. advenerant;* Mœrl. et Gud. 1. 2. *ut r. adverterant,* quod primus recepit Arntz. Pro *omnes,* Mœrl. habet *omnis;* Vet. Livin. Cuspin. et Gud. 1. *omnibus,* quod displicet Livineio et Jægero.

CAP. XX. 1 *Nos q. certo* Mœrl. Gud. 2. Cuspin. Puteol. Rhenan. H. Steph. Rivin. 1. *Nos q. certe* conj. Acidal. et edd. recentt. *cum vobis* edd. ante Arntz. qui e Vet. Livin. recepit *tum nobis.* Mœrl. et Gud. 2. *tum etiam iis,* quod primus in contextum recepit Jægerus; *tum e. his* aliæ edd. *posteris vestris* ed. Livin. *posteris nostris* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. reliqui scripti et editi, probante Jægero. *possimus* Cuspin. Rhenan. H. Steph. et Rivin.—2 *Teneat* Guelph. *defluxerant* Rhenan. H. Steph. et Rivin. *defluxerat* Vet. Putean. Guelph. et edd. recentt. *defluxerat magnitudo* conj. Rhenan. *diffluxerat* conj. Acidal.—3 *Et ex his aliis* Guelph. improbante Arntz. *ratio desiderent* Cuspin. Livin. Rhenan. Steph. *ratio rerum desiderent* Guelph. Vet. Putean. Bertin. Grut. qui primus sic edidit, Rivin. 2. et recentt. Mox pro

NOTÆ

[j] *O perpetui parentes*] Convertit orationem ad imperatores, quos absentes compellat, quibusque ætatis suæ felicitatem gratulatur, et inductam in totum terrarum orbem securitatem et pacem.

anum vero quid erat præter Britanniam? 4. Quæ a vobis ita recuperata est, ut illæ quoque nationes, terminis ejusdem insulæ cohærentes,[k] vestris nutibus obsequantur. 5. Nulla progrediendi causa superest, nisi si, quod natura vetuit, fines ipsius quærantur Oceani. Omnia, inquam, invictissimi Principes, vestra sunt, quæ sunt digna vobis. Et inde est, quod consulere singulis æqualiter licet, cum universa teneatis.

CAP. XXI. 1. Itaque sicuti pridem tuo, Diocletiane Auguste, jussu deserta Thraciæ[l] translatis incolis Asia complevit, sicut postea tuo, Maximiane Auguste, nutu, Nerviorum[m] et Treverorum[n] arva jacentia Lætus postliminio restitutus, et receptus in leges Francus excoluit; ita nunc per victorias tuas, Constanti, Cæsar invicte, quicquid infrequens Ambiano,[o] et Bellovaco,[p] et Tricassino[q] solo,

vero Vet. Livin. habet *non*.—4 *Quæ a nobis* Livin. Paris. Cellar. *Quæ a vobis* Gud. 2. Rhenan. Cuspin. Steph. Patarol. Rivin. 1.—5 Voc. *ipsius* deest in Vet. Livin. *digna sunt vobis* Bertin.

CAP. XXI. 1 *Auguste* deest in Guelph. *jussu supplevit* edd. vett. *τὸ supplevit* deest in Vet. Putean. *implevit* habet Bertin. *complevit* Mœrl. et Gud. 1. 2. 'Etiam delet Guelph. hoc loco, et mox inserit, ubi vide.' *Arntz. Asia complevit* Vet. Putean. Guelph. *nutu* abest in Bertin. Pro *Nerviorum*, ut conj. Acidal. et edidit Livin. et quod nunc demum confirmat Guelph. *Herviorum* edidere Rhenan. et H. Steph. *Herniorum* al. edd. *velut postliminio* Exc. Lang. *Constantine* Guelph. et edd. vett. *Constanti* Exc. Lang. Cuspin. Exc. Schonhov. *Trigassino* Vet. Putean. *Tricassino* Vet. Livin. Exc. Lang. et Pithœus Adv. II. 1. *Trigastino* edd. vett. usque ad Grut. *Baro cultore*

NOTÆ

[k] *Insulæ cohærentes*] Hibernia, Scotia, &c.

[l] *Thraciæ*] Regio inter Ægæum mare, Propontidem, et Pontum Euxinum.

[m] *Nerviorum*] Nervii *ceux du pays de Haynaut*, populi Galliæ Belgicæ ad Scaldim, Atrebatibus, Ambianis, Aduaticis, Morinis, Veromanduis, ac Treveris finitimi; quorum urbs Tornacum. De his sæpe Cæsar in Commentariis.

[n] *Treverorum*] Treveri, *Treves*, urbs Galliæ Belgicæ ad Mosellam in confinibus Germaniæ, Nerviis, Menapiis, Eburonibus, Rhemis, Mediomatricibus finitima. Hujus urbis archiepiscopus unus est ex electoribus imperii.

[o] *Ambiano*] Ambianorum urbs, *Amiens*, in Gallia: Picardiæ caput, ad Somonam fluvium, alias *Samarobrina*, de qua Tullius Ep. VII. 16. ad Trebatium Jurisconsultum: 'Est quod gaudeas. Constat enim inter omnes, neminem te uno Samarobrinæ juris peritiorem esse.' De Samarobrina sæpe etiam Cæsar.

[p] *Bellovaco*] Bellovacorum urbs, *Beauvais* in Gallia, ad Tharam am-

Lingonicoque[r] restabat, barbaro cultore revirescit. 2. Quin etiam illa, cujus nomine mihi peculiariter gratulandum, devotissima vobis civitas Æduorum ex hac Britannicæ facultate victoriæ plurimos, quibus illæ provinciæ redundabant, accepit artifices, et nunc, exstructione veterum domorum, et refectione operum publicorum, et templorum instauratione consurgit. Nunc sibi redditum vetus illud Romanæ fraternitatis nomen existimat, cum te rursus habeat conditorem. 3. Dixi, Cæsar invicte, prope plura quam potui, sed pauciora quam debui, ut justissima mihi causa sit, propitio numine tuo, et nunc desinendi, et sæpe dicendi.

edd. vett. *Barro cultore*, al. *barbaro* Exc. Lang. Cuspin. Vide Nott. Varr. —2 Gud. 2. *quibus i. p. abundabant.*—3 Guelph. *justissima mihi sint.* Edd. vett. *propitio munere;* Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Guelph. Grut. Rivin. 2. et recentt. *p. numine.*

NOTÆ

nem, in provincia Insulæ Franciæ, alias Cæsaromagus, seu Brantuspantium. Hujus episcopus unus est ex duodecim Franciæ Paribus.

q *Tricassino*] Tricassini, seu Trecasses, *Troyes*, urbs Galliæ Celticæ, in Belgicæ confinio, Campaniæ caput, ad Sequanam fluvium. Episcopalis est sub archiepiscopo Senonensi, olim Augustobona.

r *Lingonicoque*] Lingones, *Langres*, urbs Galliæ Celticæ in Burgundiæ et Campaniæ confinio ad fontes Matronæ fluvii; olim Andematunum. Episcopus est dux et Par Franciæ.

PANEGYRICUS VI.

VITA

FL. VAL. CONSTANTINI MAGNI.



A. U. C. MXXV. Christi CCLXXII. Aurel. Aug. III.

FLAVIUS VALERIUS CONSTANTINUS, cognomento Magnus, Constantii Chlori et Juliæ Helenæ filius, Claudii Aug. ex Claudia Crispi ejus fratris filia nepos, nascitur III. Kal. Mart. ut est in Kalendario veteri apud Bucherium. Juxta Cedrenum, in Dacia; juxta Nicetam, Tarsi; juxta Nicephorum, Drepani in Bithynia; juxta Firmicum, Constantinum Porphyrogenitum, et Anonymum Valesii, apud Naissum, quæ Dardaniæ Illyricæ urbs primaria est; juxta alios omnes in Britannia. Quam ultimam opinionem Michaël Alfordus nostræ Societatis, in libro suo de Lucii, Helenæ et Constantini Patria et Fide, septuaginta virorum illustrium, tam recentium quam veterum, auctoritate confirmat. Inprimis Panegyrici VI. 4. 'Liberavit ille Constantius Britannias: tu Constantine eas nobiles oriendo fecisti,'

quod de natali ortu intelligendum liquet ex Paneg. VII. 9. ubi postquam orator de Constantini avo et parente egisset: cum ordo rerum et series postularet, ut de ejus patria diceret, 'O fortunata,' inquit, 'et nunc omnibus beatior terris Britannia, quæ Constantinum Cæsarem prima vidisti!' Et mox: 'Dii boni! quid hoc est, quod semper ex aliquo supremo fine mundi nova Deum numina universo orbi colenda descendunt? Sic Mercurius a Nilo... sic Liber ab Indis,' &c. Atqui de utriusque Dei natali ortu hic agitur.

A. U. C. MXLIV. Christi CCXCI. Dioclet. Imp. VIII. Maxim. Imp. VII. Constantini Ætat. XIX.

Constantinus a patre Constantio Cæsare in Gallias proficiscente, sive ut suæ fidei obses, sive ut grati erga imperatorem animi sui pignus, sive ut ad imperandi artem institueretur, in Diocletiani aula relinquitur Nicomediæ, ut ait Praxagoras apud Photium.

A. U. C. MXLVII. Christi CCXCIV. Dioclet. Imp. XI. Maxim. Imp. X. Constant. Ætat. XXII.

Cum Constantinus adhuc adolescens Galerium adversus Sarmatas cum exercitu missum secutus esset, tam eximia virtutis suæ in eo bello edidit specimina, ut Galerius tam inusitatam adolescentis fortitudinem veritus, variis eum periculis objecerit, ex quibus tamen quam fortiter, tam feliciter sese expedivit. Nam cum paucis militibus in densissimum Sarmatarum agmen immissus, aciem perrumpit, alios sua manu cædit, alios fugat, atque adeo cum eorum duce singulari certamine congressus, ipse victor hostem catena vinctum, et capillis pertractum ad Galerii pedes adducit. Idem missus ut profundissimam paludem ad exercitus transitum exploraret, periculo nihil commotus, equum in paludem agit, ac viam toti exercitui præmonstrat. Demum jussus cum ferocissimo leone in theatro confligere, illico in arenam descendit, et inter spectatorum omnium applausus feram manu comprehendit. Paneg. IX. 3. Zona-

ras, Praxagoras apud Photium, Anonymus Valesii, Pompon. Lætus, et apud Tristanum Constantini nummus tropæum dextra tenentis, et sinistra captivum opprimentis: titulus ' FVNDATORI PACIS.'

A. U. C. MXLVIII. Christi CCXCV. Dioclet. Imp. XII. Maxim. Imp. XI. Const. Ætat. XXIII.

Confecto Sarmatico bello, subactisque Carpis, cum Constantini fama longe lateque emanasset, Diocletianus eum ad se in Ægyptum evocat, quo ejus virtute ad Alexandriæ obsidionem uteretur.

A. U. C. MLI. Christi CCXCVIII. Dioclet. Imp. XV. Maxim. Imp. XIV. Const. Ætat. XXVI.

Constantinus ex Oriente in Italiam a Diocletiano Aug. reducitur. Quo ferme anno Arelate, inquit Diaconus, in Gallia ex Minervina Crispum suscepit, qui ut e pueritia excessit, a Lactantio Firmiano Arnobii discipulo, viro sui temporis facundissimo et integerrimo, ad Christianam religionem, ceterasque virtutes fuit institutus. Quod autem Minervinam haud veram Constantini conjugem fuisse nonnulli dictitant, jam in Constantii vita quæstio profligata est, ubi ethnicis scriptoribus Græcis, unde manarunt hujusmodi opiniones, inprimisque Zosimo in iis quæ ad imperatores Christianos spectant, nullam esse habendam fidem observavi. Ac prætermissis Panegyricorum locis, ubi Constantini continentia tam sæpe laudatur, hoc tantum dico, nunquam Crispum una cum ceteris Constantini liberis quasi eorum natu maximum ad imperii spem educandum, aut ornandum ex Faustæ consensu Cæsaris dignitate, aut ejus mortem ab Helena tantopere deflendam aut vindicandam, si ex legitimo matrimonio natus non fuisset. Minervinam natione Gallam fuisse probare nititur Tristanus in Commentar. Histor. ex Ammiani lib. XXVIII. ubi Minervii cujusdam viri consularis mentio est: ex Ausonio, apud quem Tiberii Victoris Minervii oratorum sui temporis

clarissimi, nihilo Quintiliano inferioris: et alterius Alethii Minervii nomen est, quorum fortasse affinis illa fuerit.

A. U. C. MLVII. Christi CCCIV. Constantii Aug. I. Constant. Ætat. XXXII.

Constantinus, ut ait Aur. Victor, hoc anno Cæsaris nomine insignitur, fortasse a patre Constantio, ut Africæ et Italiæ, quæ in divisione imperii ipsi obtigerant, majori cum auctoritate præesset. At cum Galerius Maximinum, cui Orientem, et Severum, cui Constantini loco Italiam et Africam concesserat, ambos sororis suæ filios Cæsares fecisset; Constantinus id ægre ferens, ocyus sibi ex Italia, et Severi ac Galerii manibus fugiendum duxit.

A. U. C. MLVIII. Christi CCCV. Const. Aug. II. Constant. Ætat. XXXIII.

Itaque Constantinus, 'publicis,' ut ait Victor, 'jumentis quaqua iter agebat ad frustrandos insequentes interfectis,' ad patrem adhuc Gesoriaci, ut aiunt Zonaras, et Eumenius, Paneg. VII. 7. degentem et adversus Pictos et Caledonas parantem transfretare, accurrit. Quem tamen ad patrem tum tantum pervenisse refert Eusebius, cum is Eboraci morbo correptus a morte propius abesset.

A. U. C. MLIX. Christi CCCVI. Const. Aug. III. Constant. Ætat. XXXIV.

Constantinus a Constantio patre moriente, ceteris fratribus alia matre genitis ad imperii successionem prælatus, illo ipso quo pater obiit die, nempe VIII. Kal. Augusti, a toto exercitu, annitente Eroco Alamanorum rege, inquit Victor, purpura invitus ornatur. At ille Cæsaris appellatione contentus Augusti nomen recusat. Post sepultum Eboraci magno apparatu patrem, eundemque in Deorum numerum, ut ex Camdeni nummo patet, relatum, trajecta in Gallias magna exercitus parte, Francos superato Rheno ibi grassantes repente adortus, Ascaricum et Regaisum

eorum reges bello captos belluis in amphitheatro dilaniandos objicit. Illico Bructerorum fines vastat, Cheruscos, Chabionas, Chamavos fundit, ac totam Germaniam Agrippinensi ponte facto ad dandos obsides compellit. Interim Constantini imagine Romam pro more perlata, Maxentius Maximiani filius, an privignus, an gener, indignatus quod in imperii quoque partem non veniret, per tumultum a prætorianis, quos promissis corruperat, Augustus Romæ acclamatur; et occupata partim Africa ac ubique dejectis per ludibrium Constantini statuis, omni scelerum genere grassatur.

A. U. C. MLX. Christi CCCVII. Constantini Imp. II. Ætat. XXXV.

Constantino primum consule Severus Cæsar adversus Maxentium a Galerio missus, militum suorum scelere desertus est, ipseque fugiens non Ravennæ, ut tradit Eutropius, sed ad tres tabernas, ut Victor et Valesius referunt, hoc est in via Appia septimo ab urbe milliari, a Maxentio interficitur. Qua re audita Galerius Aug. Severi Cæsaris sui necem ulturus cum exercitu accurrens, ac suorum defectionem subveritus per legatos Licinium et Probum, ut precibus potius, quam armis mereretur imperium, Maxentium cohortatus primum: cum pugnaturus esset, contemtus quoque et a suis desertus in Illyricum fugit, ubi Julium Licinium Dacia oriundum, sibi propter probatam in Persico bello virtutem conjunctissimum, Cæsarem facit, quo in Sardinia relicto, Galerius Sardicam regreditur. Ad tantorum motuum famam Maximianus Herculeus e suo Lucaniæ secessu purpuram resumturus Romam advolarat, sed is quoque et delusus a Maxentio, et a suis desertus, Treveros ad Constantinum ei moliturus insidias venit: a quo perhumaniter acceptus Maximianus, dissimulato consilio, Faustam filiam ei in conjugem dat cum Augusti nomine, quod Constantinus huc usque recusarat. Hanc patria Byzantinam fuisse notat Julianus Orat. I. Ex ea vero, non ex tertia conjuge, (quam Zosimus Eunapii hominis

ethnici exscriptor, ait a Constantino interemtam) suscepit hæredes imperii Fl. Claudium Constantinum natum Arelate VII. Id. Aug. an. Christi CCCXII. Fl. Julium Constantium Sirmii in Pannonia VI. Id. Novemb. an. Christi CCCXVII. Fl. Julium Constantem an. Christi CCCXX. præterea Fl. Maximianam Helenam, quæ nata an. Christi circiter CCCXXIV. Juliano Cæsari collocata est an. Chr. CCCLV. et Fl. Juliam Constantinam, quæ Annibaliano primum, postea vero Gallo Cæsari an. Chr. CCCLI. nupsit.

A. U. C. MLXI. Christi CCCVIII. Constant. Imp. III.
Ætat. XXXVI.

Licinius III. Idus Novemb. Carnunti ex Cæsare fit Augustus. Vid. Chronicon Alexand. Idatius.

A. U. C. MLXIII. Christi CCCX. Const. Imp. V.
Ætat. XXXVIII.

Constantinus, Maximiani Herculei insidiis sibi per Faustam ejus filiam conjugem suam detectis, Maximianum Arelate primum, ubi jam bis depositum tertio usurparat imperium, atque inde frustra tentata effusis largitionibus militum fide, Massiliam fugientem, incredibili celeritate opprimit.

A. U. C. MLXIV. Christi CCCXI. Const. Imp. VI.
Ætat. XXXIX.

Constantinus huic expeditioni intentus a Rheni limitibus tantisper abscesserat. Jamque commovere se cœperant Franci et Alamani; cum eos improviso reditu inopinantes comprimit. Quo facto ‘ reliquas,’ inquit Eusebius, ‘ orbis partes sibi ante oculos proponens, tandem ad Britannos trajecit.’ Interim Galerius Maximianus, consumtis genitalibus pestilenti vulnere, obiit Tarsum Ciliciæ : Maximinus, nec Galerii, nec Constantini nec Maxentii consensu expectato, semet Augustum dicit.

A. U. C. MLXV. Christi CCCXII. Const. Imp. VII.
Ætat. XL.

Dum Maximinus in Oriente, et Maxentius in Africa et

Italia inprimisque in urbe persecutionem in Christianos instaurat, Constantinus secundum consul Licinio Aug. II. cos. collega, pacatis Gallia et Italia, relictaque ad Rheni præsidium plus media exercitus parte, urbem a sævissima Maxentii tyrannide liberaturus Alpes transgreditur. In itinere, 'cum jam,' inquit Eusebius de Vit. Const. lib. I. 'sol ad medium cœlum ascendisset, die in pomeridianum inclinante, Constantinus dixit se crucis signum ex lucis splendore, in ipso cœlo soli imminens manifesto oculis aspexisse, in eoque inscriptionem horum verborum consignatam: ἐν τούτῳ νίκα,' vel Latine ut affirmat Philostorgius, IN HOC VINCE: cujus facti fidem dubiam fore ait idem qui hoc refert Eusebius, nisi id sibi a Constantino in familiari colloquio esset cum jurejurando confirmatum, 'hujusque prodigii,' ut ipse ait, 'spectator fuisset totus exercitus.' Quod quidem Artemius martyr vir nobilis qui tum in eo bello militabat, coram Juliano Aug. sibi mortem minitante contestatus, Constantino, inquit, 'contra Maxentium bellum difficillimum ineunti signum crucis apparuit, in cœlo media die super solem radiis coruscans, literis sidereis victoriam prænuntians: nos enim, qui bello interfuimus, signum vidimus, literasque legimus, totusque conspexit exercitus, multique hodie testes extant in exercitu tuo.' Quo pertinent haud dubie quæ de prodigiis cœlestibus Constantino visis habent non uno in loco Constantini Panegyrici. Id vero Nicephorus contendit in Italia contigisse, Bucherius in suo Belgio Romano Nivomagi. Ægidius Gelenius in libro de Magnitudine Coloniensi, in Zinzich, ad Rheni et Aræ confluxum. Joan. Morinus in Historia Gallica vindicatæ in libertatem a Constantino Christianæ ecclesiæ, inter Augustodunum et Ladonam. Contra quos omnes noster Petrus Franc. Chiffletius in sua Dissertatione de loco, tempore, et ceteris adjunctis conversionis Magni Constantini ad fidem Christianam, probat id inter Danubium et Rhenum contigisse haud procul Brisacio, per quod ille Rheno trajecto cum Helena matre et Crispo filio Vesontionem abiit. Ut ut est, Constantinum hoc cœlesti os-

tento ad Christianam religionem conversum multi eruditi opinantur, cum ab eo tempore et persecutioni modum imposuerit, et multa Christianorum causa edixerit, Gentilium fana everterit; demum Nicænæ synodo interfuerit. Hac divini auxilii significatione fretus Constantinus Segusium, Taurinates, Vercellas, Brixiam, Veronam strenuissimo duce Ruricio defensam, Aquileiam, Placentiam, Mutinam, et omnem cis Padum Italiam recuperat, ac denique ipsum Maxentium trans pontem Milvium ad Saxa rubra septimo ab urbe milliari cum ducentis mille militibus, quorum octoginta, ut inquit Zosimus, Romani essent, occurrentem funditus delet, Kal. Octob. inquit Onuphrius. Ipse Maxentius ponte propter nimiam fugientium multitudinem fatiscente, Tiberi pridie quam septimum tyrannidis annum inchoaret demersus est. Postridie vero ipsius corpus ex aquis sublatum, caputque per Italiam et Africam ad ludibrium circumlatum est. Sic Constantinus victor urbem solenni cum pompa ac gratulatione et faustis senatus populique Romani acclamationibus ingressus est. Tituli ei tanquam 'liberatori urbis, fundatori quietis,' decreti: ac statua ipsi in foro posita crucem manu prætendens, victoriæ crucis beneficio partæ argumentum. Hinc indictionum origo repetitur.

A. U. C. MLXVI. Christi CCCXIII. Const. Imp. VIII. Ætat. XLI.

Constantinus tertium consul Licinio III. cos. rebus omnibus in urbe ordinatis inde circa XVI. Kal. Febr. ad exortos interim in Germania tumultus pacandos discedit. Prius tamen Mediolani sororem suam Constantiam Licinio Aug. nuptum dedit. Ad quas nuptias Diocletianus vocatus, et quod venire recusasset minacibus illorum literis territus, tertio post anno venenum hausisse dicitur. Vid. Aur. Victor. His nuptiis celebratis Licinius in Illyricum, Constantinus in Gallias, ad Rheni ripam concessit: Francos transitum molientes comprimit, et mox per duces, quos ibi reliquerat, vincit. Maximinus contra Constantinum et

Licinium Augg. bello suscepto a Licinio superatus, in Asiam fugit, ubi miserando mortis genere periit. Vid. Euseb. Zosim. Constantinus delatas ad se cum in Galliis esset in Agrippina civitate Donatistarum in Africa turbantium controversias, Melchiadi Pontifici Romano dirimendas committit, a quo illi damnantur.

A. U. C. MLXVII. Christi CCCXIV. Const. Imp. IX.
Ætat. XLII.

Iterum Donatistæ ab Æliano Africæ proconsule XV. Kal. Mart. et ad Kal. Aug. damnantur a synodo Arelatensi, cui ipse Constantinus cum ducentis, ut ait August. contra Parmen. I. 5. vel ut Ado Viennensis, cum trecentis episcopis interfuerat.

A. U. C. MLXVIII. Christi CCCXV. Const. Imp. X.
Ætat. XLIII.

Cum Constantinus IV. cos. Licinio IV. col. Bassianum, cui cum Italiæ administratione Anastasiam sororem conjugem dederat, insidias ipsi molientem morte mulctasset, et Sinicium ejus fratrem totius sceleris incentorem et architectum a Licinio, cujus partes sequebatur, repetiisset; negante Licinio, cui jam Constantinus propter dejectas ab eo apud Æmonam statuas suas, vel ut ait Eusebius, propter malevolum illius erga Christianos animum erat infensus, bellum ei indicit, et primum ad Cibalim (Cibalas alii legunt) Pannoniæ oppidum, juxta paludem Hiulcam nomine, tum Sirmii, tandem in campo Mardiensi Licinianos profligat. Ita Eutrop. Victor. At Constantinus summo victoriæ jure uti nolens pacem Licinio ea conditione dedit, ut 'ipse Illyrios, omnem Dardaniam, Mæsiam, Macedoniam, et ulteriores in Occidentem provincias; Licinius Thraciam et ulteriora in Orientem retineret; Valens ceu malorum auctor tolleretur.' Hæc e Zosimo.

A. U. C. MLXX. Christi CCCXVII. Const. Imp. XII.
Ætat. XLV.

Cum Licinium opprimere difficile propter ejus potentiam,

durum propter affinitatem Constantino videretur; ad perennem inter se firmandam concordiam, cum Licinio convenit, ut Crispus tum quindecim annorum adolescens, Constantinus paucis ante mensibus Arelate ortus, ac Licinius seu Licinianus Licinii Aug. filius, mensium, ut recte ait Victor, non annorum, ut Zosimus vult, viginti, Cæsares simul fierent: Kal. Martiis, ut referunt Idatius, et Chronicon Alexandrinum. Quod fœdus haud diuturnum fore defectu solis his diebus orto patefactum ait vulgaris Victor.

A. U. C. MLXXI. Christi CCCXVIII. Const. Imp. XIII. Ætat. XLVI.

Constantinus Licinio Aug. V. consuli Crispum Cæsarem collegam facit.

A. U. C. MLXXII. Christi CCCXIX. Const. Imp. XIV. Ætat. XLVII.

Constantinus V. consul Licinio Cæsare collega Sarmatas et Gothos Danubium transgredi ausos profligat, occiso eorum rege Rausimodo. Cœpta est hoc anno Liciniana in Christianos persecutio.

A. U. C. MLXXIII. Christi CCCXX. Const. Imp. XV. Ætat. XLVIII.

Dum Constantinus Aug. VI. consul Constantino Cæsare collega Sarmatico bello esset intentus, interim Crispus Cæsar, idemque princeps juventutis, in Galliis a patre relictus, Francos et Alamanos media hyeme delevit.

A. U. C. MLXXIV. Christi CCCXXI. Const. Imp. XVI. Ætat. XLIX.

Crispo Cæsare II. et Constantino Cæsare II. coss. Quinquennalia utriusque, quæ in XV. Constantini annum incidebant, magna pompa celebrata sunt.

A. U. C. MLXXVI. Christi CCCXXIII. Const. Imp. XVIII. Ætat. LI.

Constantinum inter et Licinium redintegratur bellum:

misso in Gallias Constantino Cæsare, Crispus inde evocatur, ut cum classe, Amando, Licinianæ classis præfecto, opponatur.

A. U. C. MLXXVII. Chr. CCCXXIV. Const. Imp. XIX. Ætat. LII.

Cum Crispus et Constantinus Cæsares tertium essent coss. hic Gothos e Thracia, Mæsiaque Martio mense expulit: ille Amandum, quem Zosimus Abantum appellat, Licinianæ classis præfectum, v. Non. Jul. circa Hadrianopolim fudit, qua in pugna duos equites in cœlo visos aiunt Cuspiniani Anonymus, et Pomp. Lætus, qui Licinianas legiones cæderent. Mox iterum ad Callipolim, demum ad Chalcedonem XIV. Kal. Octob. Vid. Idat. Chronicon Alexand. Victum Constantinus vita donat, deprecante Constantia hujus uxore, illius sorore. Vid. Eutrop. Zosim. Anonym. Valesii.

A. U. C. MLXXVIII. Christi CCCXXV. Const. Imp. XX. Ætat. LIII.

Hoc anno Licinius, Christianæ religionis hostis infensissimus, Thessalonicæ, ubi rupto fœdere turbas moliebatur, Constantini jussu perimitur. Vid. Idat. Euseb. cum esset octogenarius, inquit Joan. Bap. Egnatius. Eodem anno synodus Nicæna contra Arium a. 318. patribus celebrata, cœptaque XVIII. Kal. Jul. et VIII. Kal. Sept. terminata. Antequam vero synodi patres dimitterentur Constantini vicennalia ab iis Nicomediæ magna cum pompa edita sunt.

A. U. C. MLXXIX. Christi CCCXXVI. Const. Imp. XXI. Ætat. LIV.

Constantinus VII. consul Constantio Cæsare collega, Crispum filium 23. aut 24. annorum adolescentem, Helenæ, ut ex lib. IX. cod. Th. de indulgentiis criminum patet, matrimonio junctum, a Fausta noverca tentati cum ea stupri accusatum, credulus nimium supplicio afficit Polæ in Istria, ut ait Ammianus, non Romæ, ut vult Zosimus. Cujus

necis causam silentio prætermittit Eusebius, incertam fuisse tradit Victor Schotti, ac vulgaris Victor Faustæ, Zosimus Constantini arrogantiæ tribuit. Interim Helena, sive ex dolore nepotis sui interfecti, seu potius ex pietate, in Palæstinam abit, ubi Christi cruce reperta, exstructisque templis, altero Bethleemi, altero in monte Olivarum, tandem Romam contendit. Constantinus pietatis suæ monumenta excitaturus Hierosolymam superioribus bellis pæne eversam instaurat, atque erectis templis amplificat.

A. U. C. MLXXX. Christi CCCXXVII. Const. Imp. XXII. Ætat. LV.

Constantio Cæsare V. consule Constantinus, agnita Faustæ, ut ait Philostorgius, libidine et calumnia, in calido eam balneo morte puniri jubet. Crispo vero statuam argenteam dicat auro superfusam, capite aureo, cui titulus, *HΔIKHMENOΣ ΥΙΟΣ ΜΟΥ, injuste damnatus filius meus.* Post erectum hoc Crispi innocentiæ tropæum, Helena XV. Kal. Sept. Romæ obit, et a Constantino filio magnificentissimis exequiis in Basilica SS. Martyrum Marcellini et Petri via Lavicana sepelitur.

A. U. C. MLXXXI. Christi CCCXXVIII. Const. Imp. XXIII. Ætat. LVI.

Cum Constantinus urbem sui nominis ædificare vellet; primum in Asia in Sardico agro, post ad Sigæum Troadis, fundamenta jecit, mox mutato consilio Chalcedone opus inchoat, ac tandem Byzantii situm et opportunitatem intuitus, ibi sedem imperii constituere statuit, urbemque totius Orientis et Occidentis spoliis locupletavit. Vid. Cedrenum.

A. U. C. MLXXXII. Christi CCCXXIX. Const. Imp. XXIV. Ætat. LVII.

Constantinus VIII. consul Constantinum Cæsarem IV. consulem facit.

A. U. C. MLXXXIII. Christi CCCXXX. Const. Imp. XXV. Ætat. LVIII.

Byzantium, a Constantino dicta Constantinopolis, seu nova Roma, Deiparæ Virgini v. Idus Maias dicatur, feria secunda, Indictione III. Vid. Chronic. Alexandr.

A. U. C. MLXXXV. Christi CCCXXXII. Const. Imp. XXVII. Ætat. LX.

Constantinus Aug. Gothos, quos non ita pridem a se victos in fidem acceperat, Sarmatis molestos per Constantinum Cæsarem vincit. Centum prope millia ex iis partim inedia, partim frigore periere. Quare illi datis obsidibus, atque adeo regis sui Ariarici filio, pacem a Constantino petiere. Vidend. Aurel. Victor, et Anonymus Valesii.

A. U. C. MLXXXVI. Christi CCCXXXIII. Const. Imp. XXVIII. Ætat. LXI.

Constantinus Constantem filium VIII. Kal. Jan. consulem creat. Ita Idat.

A. U. C. MLXXXVII. Christi CCCXXXIV. Const. Imp. XXIX. Ætat. LXII.

Constantinus Sarmatas a servis rebellibus de regione sua nefarie pulsos perhumaniter accipit, eorumque amplius CCC. millia per Thraciam, Scythiam, Macedoniam, Italiamque disponit. Ita Anonymus Valesii.

A. U. C. MLXXXVIII. Christi CCCXXXV. Const. Imp. XXX. Ætat. LXIII.

Constantinus Constantio fratri consulatum dat. Tricennalia sua edi jubet VIII. Kal. Augusti. Dalmatium, Dalmatii fratris sui filium, Cæsarem facit XIV. Kal. Octob. Alteri fratri Annibaliano cum Pontico regno Constantiam filiam conjugem dat. Ac tandem Gallias Constantino Cæsari: Orientem Constantio: Africam, Illyricum, et Italiam Constanti: ripam Gothicam Dalmatio tutandam dedit.

A. U. C. MLXXXIX. Christi CCCXXXVI. Const. Imp. XXXI. Ætat. LXIV.

Constantinus Constantio filio uxorem dat; quæ autem illa fuerit, ignoratur.

A. U. C. MXC. Christi CCCXXXVII. Const. Imp. XXXII. Ætat. LXV.

Cum Constantinus Saporem Persarum regem, præmisso cum exercitu Constantio et reliquo belli apparatu, territum ad petendam pacem adegisset, ipso die Paschæ morbo correptus, remedii causa Soteropolim ad aquas calidas est egressus, quibus non proficientibus, Helenopolim in Bithyniam adiit, ut earum aquarum beneficio uteretur: inde Achironam Nicomediæ suburbanum se deferri jubet, ubi partito inter filios imperio, nempe Galliis, Hispaniis, Britanniis Constantino; Thracia, Asia, Ægypto, et Oriente Constantio; Italia, Africa, et Illyrico Constanti pro hæreditate relictis; inter omnium astantium fletus, ipso die Pentecostes, XI. Kal. Junii, sub meridiem, decessit e vita, anno imperii 32. cum annos ætatis 65. complesset. Hæc ferme totidem verbis Eusebius; cui potius quam ceteris credendum reor. Etsi autem Constantii Chlori obitum et Constantini imperii exordium ad an. CCCV. pertinere recte, ut mihi videtur, probat Petavius de Doctr. Temp. XI. 35. communem tamen aliorum sententiam secutus sum: quo factum ut anno ætatis tricesimo quarto primum imperasse illum dixerim, cum tamen id anno ante contigisse putem, ex Eusebii loco, ubi ait Constantinum, cum ad imperium pervenit, totidem annos natum, quot exegit in imperio. Quod superest, Constantinum non sine suspicione veneni a fratribus dati sublatum fuisse volunt Zonaras, Cedrenus, et Philostorgius. Alii febri illum periisse scribunt. Ejus corpus magna pompa et populorum omnium luctu Constantinopolim delatum est, iidemque honores ab aulicis ei redditi, donec Constantius ex Oriente aliique ejus filii ad supremos ei honores reddendos advenissent. Ita Theodo-

ret. Utrum Constantinus paulo ante mortem baptisatus fuerit, ut testantur post Eusebium, Hieronym. in Chronico, Ambros. orat. in fun. Theodos. Socrates, Theodoret. Sozomenus, Chronicon Alexandr. &c. an vero paulo ante concilium Nicænum, ut ex actis Sylvestri et Theophanis testimonio probare contendit Baronius, nihil affirmo: tantum dico neque acta illa Sylvestri magnæ apud viros doctos auctoritatis esse, neque ausurum unquam Eusebium in re tam nota cuiquam imponere: præsertim cum id quarto postquam contigisset anno scriberet. Magna vi et animi et corporis fuit, excellenti oris specie, statura præstanti, ut ipso aspectu injiceret simul et amorem et admirationem sui. Gestorum bellorum magnitudine et victoriarum numero præclarus, in prælio strenuus, clemens in victoria, in pace administrandæ reipublicæ peritissimus bonarum artium parens. Eo laudis minus cupidus, quo dignior, ubique magnificus, liberalis, adversus bonos mitis, in seditionum fautores, qualescumque illi forent, usque ad notam crudelitatis severus, integritate vitæ, castimonia, temperantia, ceterisque Christianis virtutibus insignis, Catholicæ vero fidei studio eo prædicandus magis, quod religionis Christianæ, quam imperatorum Romanorum primus susceperat, vindex acerrimus extiterit, dum ipsi sacrorum antistites vehementer inter se dissiderent.

DE AUCTORE

HUJUS PANEGYRICI,

ET QUO TEMPORE, QUOQUE LOCO SIT HABITUS.

[Ex Ed. Delph.]

PANEGYRICUS iste, ut legenti statim liquet, in celebritate nuptiarum Constantini, et Faustæ Maximiani filiæ, pronuntiatus est anno Christi CCCVII. cum Maximianus e Lucaniæ secessu ad resumendum quod ægre dimiserat imperium, et struendas Constantino insidias Treveros, ubi is erat, accessisset, ibique Faustam conjugem simul cum Augusti nomine acciperet. Auctor incertus est. Hunc Æduum fuisse putat Sigonius: sed quo argumento nitatur, haud apparet.

INCERTI PANEGYRICUS

MAXIMIANO ET CONSTANTINO.

SYNOPSIS PANEGYRICI.

In Exordio cum pro more celebrandæ sint oratione Constantini jam Augusti cum Fausta Maximiani filia nuptiæ, tum præcipue totius reipublicæ nomine id a se fieri dicit oportere, qui hac præsenti lætitia perfruatur.

Distributio videtur esse : I. De Constantini. II. De Maximiani laudibus, cap. II.

I. Pars. Quid Maximianum moverit, ut hunc jam jure adoptionis nepotem, majestatis ordine filium, etiam generum esse vellet. Nimirum quod patrem Constantium non specie modo, sed continentia, fortitudine, justitia, prudentia repræsentaret, cap. III. Hujus comparationis singula capita persequitur, cap. IV. Quod Cæsaris appellatione contentus expectare maluisset, ut ab eodem, quo pater suus, declararetur Augustus, cap. V. Quod jam dudum hunc sibi generum destinasset, cum in Aquileiensi palatio tabulam exhiberi jusserat, in qua Fausta Constantino adhuc puero galeam offerebat, cap. VI.

II. Pars. Transit ad Maximianum, quem laudat quod Gallias pacarit, quod Romana signa trans Rhenum barbaris gentibus intulerit, quod in Mauritania Quinquegentanas nationes domuerit, quod post tot tantasque victorias Romæ triumpharit, cap. VIII. Ingeniose conqueritur quod reipublicæ curam ad tempus deposuerit, cap. X.

In fine compellat utrumque imperatorem ex quorum nova affinitate nihil non sperandum dicit, sic enim fundandum deinceps imperium virtute juvenis et maturitate senioris, cap. XIII. Convertit orationem ad Constantium cœlo fruentem, quo ademto adhuc supersit et Maximiano filius, nec Constantino pater desit ; denique multam sobolem Constantino precatur, cap. XIV.

CAP. I. 1. DIXERINT licet plurimi, multique dicturi sint ea, quibus omnia facta vestra, summarumque virtutum merita laudantur, sacratissimi Principes, Maximiane, velis, nolis,[a] semper Auguste, et Constantine, oriens Imperator;[b] mihi tamen certum est, ea præcipue isto sermone complecti, quæ sunt hujus propria lætitiæ, qua tibi Cæsari additum nomen imperii,[c] et istarum cœlestium nuptiarum festa[d] celebrantur. 2. Cetera enim in rempublicam beneficia vestra possunt multis occasionibus diversorum temporum prædicari: huic voto[e] propria nunc debetur oratio, quod semel factum futurum est sempiternum. 3. Equidem scio, gaudentium studia nunc ita toto orbe florescere, quacumque Fama ultra naturam, qua fingitur discursus volu-

In Guelph. nullus Orationis titulus exstat. In edd. Puteol. Rhenan. H. et R. Steph. Rivin. inscribitur, *Panegyricus Maximiano et Constantino Augustis dictus*; in Cellar. *Epithalamius incerti auctoris Maximiano et Constantino in hujus et Faustæ nuptiis dictus*; in edd. Livin. Paris. Baun. Patarol. et Jæger. *Incerti Panegyricus Maximiano et Constantino.* Vide Nott. Varr.

CAP. I. 1 *Dixerunt . . . sunt ea* Guelph. *tibi, Cæsar* Vet. Putean. Mox, *nomen Imperatoris* conj. Acidal. *nuptiarum* abest a Guelph.—2 Guelph. *nunc propria d. o. quod semel est factum futurum.*—3 *Fama utra naturam velox* conj. Acidal. vel *Fama ultra quam, &c.* omisso τῷ *naturam.* Mox, idem Acidal. legi jubet, *dis-*

NOTÆ

[a] *Velis, nolis*] Adulatorie dictum, quasi Maximianus invitus, et ad obsequendum tantum Diis, abdicatam ante quatuor annos purpuram resumsisset. Quod tamen regnandi cupiditate, et solitudinis tædio ab eo factum tradunt Eutrop. Victor, et alii. Maximianum harum nuptiarum tempore Augustum fuisse videtur esse contra fidem historiæ, ut observat Antonius Schonhovius.

[b] *Oriens imperator*] Tum enim cum habita est oratio, Constantinus ex Cæsare primum dictus est Augustus.

[c] *Nomen imperii*] In aliquot exemplaribus est *nomen imper.* Quo fit ut legendum suspicer *nomen imperatoris*, potius quam *imperii.* Et vero infra cap. II. 'Et tibi Constantine per socerum nomen imperatoris accrevit.'

[d] *Nuptiarum festa*] Constantini et Faustæ Maximiani ex Theodora filiæ. Vid. Euseb. Zosim. Zonar. &c.

[e] *Huic voto*] Videtur auctor hanc orationem 'votum' inscriptam voluisse. Nam cap. 13. 'sicut huic voto congruit,' id est, huic orationi meæ: sic enim quia imperatores instar Deorum colebant, et quicquid ad eos pertinebat sacrum erat, non mirum si 'votum' appellat orationem, quam ipsi fortasse promiserat. Infra c. VII. 'Ita dicam, ut veritas meæ erga te devotionis appareat.'

cres[f] mutuata,[a] et plus quam mille vocibus sonora, percrebruit, ut omnium nationum gratulationibus consecretur. 4. Quid enim rebus humanis contingere potuit aut nobilius ad gloriam, aut certius ad salutem, quam quod pristinæ vestræ concordiæ, perpetuæque pietati hoc quoque pignus accessit,[g] summorum nominum arctissima conjunctione venerabile, ut Imperatori filiam collocaverit Imperator? 5. Sed tamen nos oportet omnes homines exultatione superare,[b] qui hoc tantum reipublicæ bonum præsentes intuemur, et ipsa vultuum vestrorum contemplatione sentimus, ita convenisse vos, ita non dexteras tantum, sed etiam sensus vestros mentesque junxisse, ut, si fieri possit, transire invicem in pectora vestra cupiatis.

CAP. II. 1. Quid enim aut tu carius dare, aut tu carius accipere potuisti? cum hac affinitate vestra et tibi, Maximiane, per generum juventa renovata sit,[h] et tibi, Constantine, per socerum nomen Imperatoris accreverit. 2. Maximas itaque vobis, æterni Principes, publico nomine gratias agimus, quod suscipiendis liberis, optandisque nepotibus seriem vestri generis propagando[i] omnibus in futurum sæculis providetis, ut Romana res, olim diversis regentium moribus, fatisque jactata, tandem perpetuis domus vestræ

[a] *In quamcumque partem diffusa est fama supra naturam, qua exhibetur sub specie volantis alitis.*

[b] *Sed tamen par est nos omnium maxime lætari.*

cursu volucris incitata, et plusquam, &c. Pro *mutuata*, Arntz. conj. *imitata.* Vet. Livin. Cuspin. P. Steph. et Grut. *percrebuit.*—4 *Quid rebus h. c. p. vel nobilius* Guelph. *summorum numinum* Vet. Putean.—5 Voc. *omnes* deest in Guelph. Mœrl. Vet. Livin. Bertin. *mentesque vinxisse* Rhenan. Steph. et Livin. *m. junxisse* Vet. Putean. Bertin. Cuspin. Mœrl. Guelph. Grut. et recentt. *invicem* deest in Guelph.

CAP. II. 1 Vet. Putean. *nomen Imp.*—2 Pro *propagando,* quod servant Vet.

NOTÆ

[f] *Discursus volucres*] Lege cum Acidalio, *Discursu volucris incitata, et plusquam, &c.*

[g] *Pignus accessit*] Id est, Maximiani filia, infra c. III. 'cum ab eo pignus ipsi carissimum postulares.'

[h] *Juventa renovata sit*] Maximianus enim tum sexagenarium annum attingebat.

[i] *Propagando* [*prorogando*] Alii ex veteri codice *propagando.* Et vero mox, 'qui imperatoria stirpe rempublicam propagatis.'

radicibus coalescat,[j] tamque sit immortale illius imperium, quam sempiterna soboles Imperatorum. 3. Hæc est vera pietas, hæc voluptas conservandi[k] generis humani, exemplum dare gentibus ad matrimonia studiosius expetenda, et liberos educandos, ut substituendis successionibus singulorum nihil obsit, unumquemque esse mortalem, cum immortalis sit[l] omnium posteritate respublica. 4. Quare, si leges hæ, quæ mulcta cœlibes notaverunt,[m] parentes præmiis honorarunt, vere dicuntur esse fundamenta reipublicæ, quia seminarium juventutis, et quasi fontem humani corporis semper Romanis exercitibus ministrarunt, quod huic vestro in rempublicam merito possumus dignum nomen ascribere? 5. qui non plebeia germina, sed imperatoriam stirpem reipublicæ propagatis, ut, quod millesimo anno[n]

Putean. et Mœrl. *prorogando* legitur in edd. ante Jæger. *radicibus convalescat* Vet. Livin. Bertin. Mœrl. et Guelph.—3 Pro *voluptas*, Acidal. conj. *voluntas*. ‘In ed. Rh. Liv. et Steph. legitur, *subst. success. sing. nihil obsit omnium posteritate res publica.* Acidalius emendat, *nihil obsit omnium posteritate rei publicæ*; quod hunc in modum explicat: Dum singuli sibi successores substituunt, propagata omnium posteritate, nihil, etsi ipsi decedunt, decedit rei publicæ, sed hæc velut integra atque eadem semper est. Sed in cod. Livin. Bert. schedis Lang. Cusp. est, *nihil obsit, unumquemque esse mortalem, cum immortalis sit omnium posteritate res publica.* Eandem lectionem etiam Schonhovius in margine edit. Froben. ascripsit. Vet. Put. Gud. et Mœrl. pro *omnium posteritate* exhibet *omni posteritate:* quod etiam in margine ed. Rhen. et Steph. ut varians lectio reperitur. Pleniorem, certiorem, melioremque adeo emendatione Acidalii nostram esse lectionem, facile cuivis patet. Illud *omnium* ante vocem *posteritate*, omissum, nescio qua de causa vel qua auctoritate, a Parisiensibus, Patarolo et Cellario, revocandum duxi.’ *Jæger.* ‘Inde a Grutero editum est, *unumquemque esse mortalem, cum immortalis sit posteritate respublica;* præter Rivin. qui antiquam retinuit lectionem. Jæger. habet *omnium posteritate*, quod retinui, quamvis nondum mihi locus videatur persanatus, nisi legatur, *omni in posteritate:* τὸ *in* auctoritatem habet ex Bertin. et adjuvatur in codd. in quibus est *omni*.’ Arntz.—4 *Quare si l. eæ* Guelph. *humani roboris* Grut.—5 ‘Cusp. et Steph. *non plebeia germina, sed imperatoria stirpe, &c.* Mœrl. cum Gud. *non plebeia germina, sed imperatoriam stirpem rei*

NOTÆ

j *Coalescat*] Infra cap. XIII. ‘Perpetuis profecto affinitas ista coalescet stirpibus, quæ semper summos in republica viros ad concordiam copulavit.’

k *Voluptas conservandi*] Melius Acidalius *voluntas*.

l *Cum immortalis sit*] Dum alii homines aliis succedunt, etsi singuli mortales sint, fit tamen ut velut integra atque eadem semper sit respublica, et sic propagata posteritate velut immortalis.

m *Mulcta cœlibes notaverunt*] Vide Plinii Paneg. cap. XXVI. not. l.

n *Millesimo anno*] Sub duobus Phi-

post urbem conditam evenisse tandem gratulabamur, ne mutatoria per novas familias communis salutis gubernacula traderentur, id ex omnibus[o] duret ætatibus, Imperatores semper Herculei.

CAP. III. 1. Quemnam igitur utriusque vestrum præconii, ac venerationis ordinem faciam? adhuc enim de amborum in hanc necessitudinem congruentibus votis communiter dixi. 2. Et te quidem sentio, senior Auguste, majestate præcedere; te sequi, junior[p] Imperator. Sed profecto,[q] sicut tuo, Constantine, socero ante est conciliata divinitas, cum ab eo pignus ipsi carissimum postulasti; ita nunc quoque in hac gratulatione prius illa dicenda sunt, quæ in te considerans tantus iste et paterni et tui[r] auctor

publicæ prop. Eandem hanc lectionem in cod. Pith. invenit et probavit Puteanus. Sed potest recepta locum suum utcumque tueri.' *Jæger.* Vide Nott. Varr. Livin. conj. *tandem gratulamur;* Acidal. *tandem gratulamur .... tradantur.* Vatic. Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. *id ex;* Cuspin. *id est hoc omnibus.* 'Lectionem Vet. Liv. et Bert. *id ex,* habet quoque Put. Gud. et Mœrl. Emendationem Gruteri *id est* mutantis in *idem* protulit etiam Puteanus. Schonhovius in margine ed. Rhen. annotavit, post vocem *traderentur, hoc omnibus.* Possit fortasse jungi *idem hoc.* Vulgatum *id est* locum hic habere non posse facile patet. Ausus sum itaque cum Put. Grut. et Pat. reponere *idem;* licet clausula sententiæ *imperatores semper Herculei* cum antecedentibus verbis non satis belle cohærere videatur. Sed in hisce scriptoribus non omnia ad severam dicendi legem esse exigenda, constat.' *Jæger.* Vide Nott. Varr. *Imperatores dicti semper Herculii* Vet. Putean.

CAP. III. 1 *Quem igitur* Bertin. *Quemnam* conj. Acidal. *Quænam* Guelph. H. Steph. Rivin. Rhenan. *de ambobus* Rivin. *de amborum* Vet. Pith. Vet. Bertin. Exc. Lang. Cuspin. et edd. vett. *congruentibus vobis* Guelph. edd. vett. *congruentibus votis* Exc. Lang.—2 Rhenan. H. et P. Steph. et Rivin. *majestati;* Vet. Putean. Vat. Livin. et edd. recentt. *majestate.* Acidal. conj. *sicut cum tuo,* vel *sicut in tuo;* vel, *sicut tui.* Mox, Bertin. *ante te conciliata civitas.* Acidal. conj. *consiliata.* 'Pro *quam ab eo,* cod. Gud. Rhenan. et Steph. *quum;* Cuspin. Livin. Put. Lang. et Mœrl. *cum.* Sed jure meritoque illud *quam* in Langianis schedis, Livineio teste, repertum, melius esse judicant P. Daniel, Bongarsius, Putean. Grut. et receperunt Parisienses, Patarol. et Cellar.' *Jæger.* 'In Guelph. est *ab ea,* nimirum *divinitate;* parum refert.' *Arntz. postulares* edd. vett. *postulasti* Vet. Putean. Vat. Mœrl. Guelph. *sic et nunc quoque* edd. ante Arntz. *ita nunc quoque* Vet. Livin. et Guelph. Mox, Acidal. conj. *et paterni, et aviti auctor imperii;* Guelph. *amor imperii.* Pro

NOTÆ

lippis, cum filius patri successit.

[o] *Id ex omnibus*] Lege cum Grutero *idem,* vel cum aliis *id.*

[p] *Junior*] Si cum sexagenario Maximiano conferatur, ipse enim Constantinus agebat annum 34.

[q] *Sed profecto*] Versatur in lubrico loco, dubius utrius imperatoris laudes primum persequatur.

[r] *Et paterni et tui*] Maximianus e-

imperii, lætatus est quod petisti. 3. O divinum tuum, Maximiane, judicium, qui hunc tibi jure adoptionis nepotem, majestatis ordine filium, etiam generum esse voluisti! Divi, inquam, Constantii filium, in quem se prima illius juventa transfudit, in cujus ore cœlestes illius vultus natura signavit,[s] qui aspectum illius, ad Deorum concilia translati, adhuc desiderantibus nobis sufficit pro duobus. 4. Neque enim forma tantum in te patris, Constantine, sed etiam continentia, fortitudo, justitia, prudentia sese votis gentium præsentant.

Cap. iv. 1. Quo enim magis continentiam patris æquare potuisti, quam quod te ab ipso fine pueritiæ illico matrimonii legibus tradidisti? ut primo ingressu adolescentiæ[t] formares animum maritalem, nihil de vagis cupiditatibus, nihil de concessis ætati voluptatibus in hoc sacrum pectus admitteres; novum jam tum miraculum, juvenis uxorius? Sed, ut res est, mente præsaga omnibus te verecundiæ observationibus imbuebas, talem postea ducturus uxorem. 2. Fortitudinem autem illius jam tum in principiis consecutus es. Multa ille Francorum millia,[u] qui Bataviam, aliasque cis Rhenum terras invaserant, interfecit, depulit, cepit, abduxit! Tu jam ab ipsis eorum

lætatus est, Bongarsius suspicabatur, *largitus est*.—3 Guelph. *generum voluisti*. Idem codex, *prius illius*. Vet. Putean. *ad Deorum concilium*.

Cap. iv. 1 '*Quomodo enim* Guelph. frustra.' *Arntz*.—2 Rhenan. Cuspin. Steph. Livin. Rivin. *depulit abduxit;* Guelph. Vet. Livin. Vet. Putean. Ber-

NOTÆ

nim Constantium, Constantini patrem, Cæsarem et Augustum fecerat.

[s] *Natura signavit*] Idipsum confirmat Paneg. vii. 4. 'Inde est quod tanta ex illo in te formæ similitudo transivit, ut signante natura vultibus tuis impressa videatur. Idem aspectus, eadem in fronte gravitas, eadem in oculis et in ore tranquillitas: sic est index modestiæ rubor,' &c.

[t] *Primo ingressu adolescentiæ*] Locus insignis ad probandam et Constantii et Constantini continentiam; sed id in utriusque vita expendimus.

[u] *Multa ille Francorum millia*] De Constantii expeditione Paneg. v. 8. et Paneg. vii. 5. 'Nec contentus eas vicisse, ipsas in Romanas transtulit nationes, ut non solum arma, sed et feritatem ponere cogerentur.' Ibidem de Britanniis post decimum tandem annum recuperatis.

regibus[v] auspicatus es, simulque et præterita illorum scelera punisti, et totius gentis lubricam fidem timore vinxisti. 3. Liberavit ille Britannias servitute; tu etiam nobiles, illic oriendo,[w] fecisti. 4. Plurimas ille barbaras nationes victor edomuit, venia mitigavit; tibi, cunctis hostibus alacritatis tuæ terrore compressis,[e] interim deest materia vincendi.

CAP. V. 1. Justitiam vero patris atque pietatem sic imitaris et sequeris, ut omnibus ad te confugientibus, diversamque opem aut contra aliorum injurias, aut pro suis commodis postulantibus, quasi legata patris videaris exsolvere; idque ipsum coram gaudeas prædicari; Quidquid tu juste ac liberaliter feceris, filium Constantii necessario præstitisti. 2. Nam quid ego de prudentia dicam, qua te pæne credimus fore ipso patre potiorem? qui veteres illos Romanæ reipublicæ principes, superiorem Africanum,[a] Pompeiumque[b] Magnum, ætatis cursum virtute prævectos, tam mature sumto vincis imperio,[c] tantarumque

[e] *Postquam fregisti hostes omnes fortitudine tua territos.*

tin. et edd. post Grut. *d. cepit, abduxit.* Mœrl. *simulque et postea.* Pro *vinxisti,* quod habent Bertin. Exc. Lang. Mœrl. Guelph. Grut. et edd. vett. *junxisti* legitur in edd. Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. Cf. Mamert. Maxim. VI. 3. supra I. 5.—4 Edd. ante Arntz. *victoria domuit;* Mœrl. et Gud. *victor edomuit.* Pulman. *tenore compressis.*

CAP. V. 1 Acidal. conj. *coram sic gaudeas, &c.* Livin. edidit, *Quicquid juste.* Pronomen *tu* inserunt Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. et edd. recentt. 'Loco τοῦ *præstitisse,* Cusp. Rhen. Steph. Livin. et Mœrl. cum Gud. exhibent *præstitisti.* Illud, notante Livineio, est in sched. Lang. et receptum fuit a Paris. Pat. et Cellario.' *Jæger.*—2 Edd. vett. *cursum v. provectos;* Guelph.

NOTÆ

[v] *Eorum regibus*] Ascarico et Regaiso, quos statim a Constantii morte turbas molientes Constantinus fregit, ac bello captos in theatrum induxit belluis dilaniandos. Vid. Eutrop.

[w] *Oriendo*] His potissimum verbis nituntur, qui Constantinum in Britannia natum putant; quæ etsi in alium sensum detorqueri possint, tamen de natali Constantini ortu accipienda esse observavimus in ejus vita.

[a] *Superiorem Africanum*] Id est, Scipionem Africanum majorem, de quo vide Plinii Paneg. c. XIII. not. [i].

[b] *Pompeiumque*] Is cum annorum esset adhuc 17. sub patre Pompeio meruit, anno vero ætatis 23. tres legiones ipse ad Syllam duxit, ac tertio post anno recepta Italia et Nicomedia triumphavit. De ceteris ejus victoriis vide Plutarchum.

[c] *Mature sumto vincis imperio*] Nazar. cap. XVI. 'Tu imp. opt. inito principatu adhuc ævi immaturus: sed jam maturus imperio ostendisti

rerum sustines molem incipiente virtute.[a] 3. Gesseris enim multa fortiter licet, multa sapienter, cum per maximos tribunatus[b] stipendia prima conficeres; sentias, necesse est, tantæ auspicia fortunæ, Imperator adolescens. Quanquam quid ego in te ætatis tuæ potius, quam gravitatis nomen usurpo? cujus tanta maturitas est, ut, cum tibi pater imperium reliquisset, Cæsaris tamen appellatione contentus[d] expectare malueris, ut idem te, qui illum, declararet Augustum. 4. Siquidem ipsum imperium hoc fore pulchrius judicabas, si id non hæreditarium ex successione crevisses, sed virtutibus tuis debitum a summo Imperatore meruisses.

CAP. VI. 1. Neque enim dubium, quin tibi mature sacrum istud fastigium divinæ potestatis astrueret, qui te jam olim sibi generum, etiam ante quam petere posses, sponte delegerat. 2. Hoc enim, ut audio, imago illa[e] declarat in Aquileiensi palatio,[f] ad ipsum convivii posita aspectum, ubi puella jam divino decore venerabilis, sed adhuc impar oneri suo, sustinet, atque offert tibi etiam tum

[a] *Et hac prima ætate summarum rerum gestarum gloria præstares.*
[b] *Maximus tribunus.*

cursu v. provectos; Exc. Lang. et edd. recentt. *prævectos*, quod non displicet Grutero: sic etiam conj. Acidal. ‘ Male Guelph. *incipientem*.’ Arntz.—3 Guelph. *licet multa fortiter*. Mox, *prima* deest in Cuspin. *Stipendia patria* Rhenan. H. et P. Steph. et Rivin. *stipendia publica* Guelph. Idem codex mox, *imperium pater*. Rhenan. H. et P. Steph. *declaret;* Vet. Putean. Livin. et recentt. *declararet*.—4 Codex Bongars. *ip. imperium hic fore;* ex quo conjiciebat legendum *hic*. Sequens *si id* asseruit Livin. ad Eumen. pro Instaur. Schol. XVI. 4. *successione cepisses* Mœrl. Gud. Rhenan. Steph. Livin. et Patarol. *s. cœpisses* Cuspin. *s. crevisses* Vet. Livin. Bertin. Parisienses et Cellar.

CAP. VI. 1 ‘ Guelph. *esse ante quam, &c.* sed vulgatum est fortius.’ *Arntz.*—2 Juretus conj. *ad ipsum connubii*. Vide Nott. Varr. Pro *sustinet*, Rhenan.

NOTÆ

cursum ætatis non expectandum in festinatione virtutis.’

[d] *Appellatione contentus*] Huic loco consentiunt Eutropius, Zosimus, Victor, &c.

[e] *Imago illa*] De imagine ista nullibi, quod sciam, præterquam hoc in loco mentio est, sed nimirum levius quiddam est, quam ut locum habeat in historia.

[f] *Aquileiensi palatio*] Aquileia in Italia Carnorum metropolis, inter Concordiam urbem ad Occidentem; Tergestum, ad Orientem; et mare Adriaticum, ad Meridiem; a quo vix 9. milliar. distat. *Aquilée.*

puero galeam, auro gemmisque radiantem, et pennis pulchræ alitis [g] eminentem: ut te, quod vix ulla possunt habitus ornamenta præstare, sponsale munus faciat pulchriorem. 3. Fortunatus pictor ille, quisquis fuit, et quamvis Apellem [h] ipsum Parrhasiumque [i] scientia vicerit, materia tamen imaginis, quam arte, felicior! 4. Quanquam enim ipsi ferant, difficillimam esse præcipuæ cujusque formæ [j] imitationem, quia certis sui notis cito deformitas exprimatur, similitudo tamen pulchritudinis tam sit ardua, quam rara est pulchritudo: 5. non tantum tamen ille cepit laboris ex ore vestro divinas species transferendo, quantum voluptatis hausit cominus vos intuendo, inspiciendo solicite, et curiose ab hilaritate illius ætatis vultus immobiles et serios exigendo, promendo denique amoris vestri tacita

habet *substinet*. Guelph. Cuspin. *puero, Constantine, galeam*. Vet. Livin. et Bertin. *et pinnis*. Acidal. pro *eminentem*, conj. *enitentem*, vel *emicantem*.—3 *Apellem ipsumque Parrhasium* edd. vett. *Apellem ipsum, atque P.* vel *Apellem ipsum, ipsumque P.* conj. Acidal. *Apellem ipsum, Parrhasiumque* Guelph. Idem codex mox, *materia tamen magis, quam arte*.—4 Edd. vett. *præcipue*, pro quo Bongars. conj. *præcipuæ*, probantibus Grut. et Baun. *quin certis suis notis cito deformitas exprimitur* codd. Gud. et Mœrl. Pro *tamen*, Livin. conj. *autem*. —5 Mœrl. et Guelph. *non tamen ille tantum cepit*. 'Pro *quantum divinitatis hausit*, ut habent ex editis plerique, præferunt Cusp. itemque codd. Bert. Gud. Put. Mœrl. *quantum voluptatis;* quod altero illo, vix bene explicabili, planius et melius visum.' *Jæger*. '*Voluptatis* cum Jægero expressi, rectius præcedenti *laboris* oppositum.' *Arntz*. *inspiciendo, intuendo* edd. vett. *intuendo, inspiciendo* Vet. Putean. Bertin. et Guelph. tot codicum auctoritate cessi. *Arntz*. *ex hilaritate* Guelph. Mox, in eodem codice, *promerendo denique*, &c.

NOTÆ

[g] *Pulchræ alitis*] Pavonem propter varium pennarum fulgorem pulchram alitem appellat.

[h] *Apellem*] Apelles pictor fuit eximius, patria Cous. Cos autem una ex insulis Cycladibus est. Is picturæ plura solus prope contulit, quam ceteri omnes. Floruit Alexandri Macedonis temporibus, qui tantum illi tribuit, ut ab uno illo pingi se voluerit. Moriens Venerem Cois quam inchoarat reliquit imperfectam, vel sic tamen ita præstantem ut eam nemo pictor ausus sit absolvere. Ovid. 'Si nunquam Venerem Cois pinxisset Apelles, Mœsta sub æquoreis illa lateret aquis.'

[i] *Parrhasium*] Parrhasius itidem pictor fuit celeberrimus, patria Epheso, qui cum de picturæ laude cum Zeuxide contendisset, isque uvis apte et ex arte pictis aves fefellisset; Parrhasius non aves tantum, sed laudis suæ æmulum linteo expasso decepit. Vixit paulo ante Apellem.

[j] *Præcipuæ* [*præcipue*] *cujusque formæ*] Lege cum Acidalio *præcipuæ*, id est, præstantis, et eximiæ. Mox, *similitudo tamen;* lege, *similitudo autem*.

præsagia; ut, quod invicem vobis verecundia negabat, libere vos in imagine cerneretis.

CAP. VII. 1. Sed profecto hoc jam tum, Maximiane, divina mente præsumseras,[c] hoc, cum ferret ætas, ut rogareris, optaveras, cum tibi, in illa jucundissima sede lætitiæ,[k] harum nuptiarum gaudia prædestinabas;[l] ut simul[m] illam parvulam et hunc intuendo crescentem diu fruereris expectatione voti, quod hac conjunctione firmasti. 2. Quid enim competentius,[d] quid providentia tua dignius facere potuisti, quam ut ejus filio, quem tibi pridem et affinitate asciveras,[n] et majestate sociaveras, nunc ex intimis affectibus traderes summi pignus imperii? 3. Hæc est tua, Maximiane, inter omnes Principes propria largitio.[e] 4. Alii divitias, aut honores, aut ipsa etiam imperia, sed sola, donarunt; tu, animo majore quam ceteri, pariter indulges, et quod pietas tua habet carissimum, et quod fortuna præcipuum. 5. Nec tamen miranda ista in te est, Maximiane, animi magnitudo, in quem Dii immortales tanta congesserunt et naturæ bona, et ornamenta fortunæ, ut, quamvis maxima largiaris, ita penes te sint omnia, quasi ea solus

[c] *Animo præceperas.* [d] *Quid enim convenientius.*
[e] *Munificentia.*

CAP. VII. 1 Edd. vett. *hoc jam, Maximiane; tunc* inserit Vet. Putean. *tum* Bertin. Grut. et recentt. *hæc, cum ferret* edd. vett. *hoc* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Guelph. Grut. et recentt. *præstinabas* Vet. Livin. Guelph. *diu frueremini* Livin. *diu fruereris* Vet. Cuspin. Rhenan. *conjunctione firmasti enim, &c.* edd. vett. *conjunctione firmasti, quid e. competentius providentia tua* Vet. Putean. *conjunctione: firmasti enim competentius? quid providentia tua* Rhenan. Steph. Rivin. Vide Nott. Varr.—2 Acidal. conj. *nunc et intimos affectus traderes, et summi pignus imperii.*—3 *Maximiniane* Guelph. *præter omnes* conj. Acidal.—5 Guelph. et Puteol. *te sunt omnia.*—

NOTÆ

[k] *Jucundissima sede lætitiæ*] In eo loco ubi regnat 'lætitiæ Bacchus dator,' &c. Virg. Æn. I. 738.

[l] *Prædestinabas*] Vox haud Ciceroniana pro eo quod est 'animo præcipiebas.'

[m] *Ut simul*] Id est, ut in imagine illa Faustam filiolam tuam, simul et puerum Constantinum crescentes dum videres, pasceres te jucunda expectatione desiderii tui, quod utriusque nuptiis firmasti.

[n] *Affinitate asciveras*] Cum Theodoram privignam suam Constantio collocavit.

obtineas. 6. Ut enim ille, qui omnes aquas cœlo et terris præbet, Oceanus, semper tamen in motibus suis totus est;[f] ita tu potes imperium, Maximiane, donare, non potes non habere. 7. De quo ego, cum ad id loci venero, ita dicam, ut fortasse quibusdam videar audacior; veritas tamen meæ erga te devotionis appareat.

Cap. viii. 1. Nunc enim sequitur, ut, quoniam virtutes tuas, Constantine Auguste, socero prædicavi, tu quoque, licet optime scias, tamen audias, quanti te Principis ornet affinitas. 2. Hic est, qui nomen acceptum a Deo, principe generis sui, dedit vobis, qui se progeniem esse Herculis, non adulationibus fabulosis, sed æquatis virtutibus[g] comprobavit. 3. Hic est, qui, in ipso ortu numinis sui,[o] Gallias, priorum temporum injuriis efferatas, reipublicæ ad obsequium reddidit, sibi ipsas ad salutem. 4. Hic, quod jam falso[p] traditum de antiquis Imperatoribus putabatur, Romana trans Rhenum signa primus barbaris gentibus intulit. 5. Hujus cum fratre[q] rursus ac sæpius expeditionibus domita Germania aut boni consulit,[r] ut

[f] *Tamen in aquarum suarum dispensatione integer manet.*
[g] *Paribus virtutibus.*

6 Livin. *super tamen;* Vet. Livin. Bertin. Cuspin. et edd. vett. *semper*, omisso τῷ *tamen*.—7 Acidal. conj. *videar adulator.*

Cap. viii. 1 Guelph. et edd. ante Grut. *quam te;* Exc. Lang. Cuspin. et edd. recentt. *quanti te.*—2 Edd. vett. *quod accepit;* Arntz. e Guelph. edidit, *qui nomen acceptum.* Livin. *sed æqualibus;* Guelph. Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. et edd. recentt. *sed æquatis.*—3 Rhenan. H. Steph. et Rivin. *ornatu numinis;* Guelph. Exc. Schonhov. Vet. Putean. *ortu numinis.* Mox, Jæger. *sibi ipsis.*—4 Bertin. *de a. I. videbatur;* Acidal. conj. *de a. I. putatur.*—5 *Hujus cum fratre* Vet. Putean. ut conj. Acidal. *Hujus cum frater* Rhenan. Steph.

NOTÆ

[o] *In ipso ortu numinis sui*] Simul Maximianus Cæsar factus est, Gallias, Carini Cæsaris vexationibus ac ferocia exacerbatas, et rebellionem meditantes, compressit.

[p] *Quod jam falso*] Id est, quod de veteribus imperatoribus Cæsare, Tiberio, Trajano referebatur, arma eos barbaris ultra Rhenum intulisse: Maximiani tempore fabulæ loco erat, adeo nihil simile visum ab his usque temporibus, donec ille omnium primus hæc fortitudinis exempla instauravit.

[q] *Cum fratre*] Diocletiano.

[r] *Aut boni consulit*] Mirifice Pacatus amavit hunc Panegyricum, ex quo jam unum aut alterum locum pæne exscripsit. Cap. xxii. 'Quæcumque natio barbarorum robore, ferocia, numero gravis unquam vobis fuit, aut boni consulit ut quiescat,

quiescat, aut lætatur quasi amica, si pareat.[h] 6. Tu ferocissimos Mauretaniæ populos, inaccessis montium jugis, et naturali munitione fidentes, expugnasti, recepisti, transtulisti. 7. Te primo ingressu tuo tanta lætitia, tanta frequentia populus Romanus excepit,[s] ut, cum te ad Capitolini Jovis gremium vel oculis ferre gestiret, stipatione sui vix ad portas urbis admitteret.[i] 8. Te rursus vicesimo anno[t] Imperatorem, octavo consulem, ita ipsa amplexu quodam suo Roma voluit detinere, ut videretur augurari jam, et timere, quod factum est. Factum est enim, Imperator æterne, in quo uno querelam reipublicæ pæne meruisti.

CAP. IX. 1. Audi doloris nostri[a] liberam vocem. Siquidem etiam Dii ipsi, quod plerumque humanas res negligant, dum querimur, ignoscunt, quibus aliud fortasse curantibus grandines ruunt, terræ dehiscunt, urbes hauriuntur. Quæ non illis hauriuntur volentibus, sed aut aliorsum aspicientibus, aut fatali rerum cursu urgente videntur accidere. 2. Tale est, Imperator, quod omnibus nobis incluso

[h] *Partim id æquo animo fert, ut pacem habeat; partim gaudet, quæ nobis subjecta est, quasi sponte jugum ferat.*
[i] *Ut vix subire posset urbis portas, tanta te populi multitudo stipabat.*

Rivin. *aut quiescit* edd. vett. *ut quiescat* Guelph. Vet. Putean. Vet. Livin. Vat. Bertin. Mœrl. cum edd. Paris. Patarol. Cellar. et recentt.—6 *Tu fortissimos* Mœrl.—7 *Respublica excepit* Puteol. Rivin. et edd. vett. *R. P.* vel *P. R.* conj. Acidal. *Pop. Rom.* Vet. Putean. *populus Romanus* Put. et Mœrl. *ppli Roi* Gud. *populus* Grut. Paris. Patarol. et Cellar.—8 Guelph. *et retinere, quod, &c.* Edd. ante Jæger. *factum est. Est enim, &c.* Alteram lect. servant codd. Mœrl. et Gud.

CAP. IX. 1 *Siquidem Dii* edd. ante Arntz. *S. etiam Dii* Vet. Putean. et Guelph. Mox, *illis volentibus*, omisso *hauriuntur*, Patarol. et Jæger. ' Delen-

NOTÆ

aut lætatur quasi amica si serviat.'

[s] *Populus Romanus excepit*] Tangit triumphum quem Maximianus cum Diocletiano egit an. Chr. CCXCVIII. Romam post subjectos Mauros reversus. Victores autem in Capitolium deducebantur. Plin. Paneg. VIII. not. °.

[t] *Te rursus vicesimo anno*] Maximianus imperium cum Diocletiano abdicavit anno Chr. CCCIV. qui erat ejus imperii annus nonus post decimum, certe quidem si ab eo, quo Cæsar factus est, anno computantur.

[a] *Audi doloris nostri*] Plenus artificii locus, in quo levitatis notam a Maximiano amolitur.

gemitu mœrentibus[a] facere voluisti, non quidem tu reipublicæ negligentia, aut laboris fuga, aut desidiæ cupiditate ductus, sed consilii olim, ut res est,[b] inter vos placiti constantia, et pietate fraterna; ne, quem totius vitæ, summarumque rerum socium semper habuisses, in alicujus facti communitate desereres, ne vel illius,[c] viderit quali, certe novæ laudi cederes.[b] 3. Verum longe diversa in vos[d] erat causa declinandi, aut sustinendi laboris. Quanquam, etsi totam excusationem ætatis afferres, sic quoque tibi reipublicæ curis non erat abnuendum.[e] 4. An, si maximus quisque natu gubernator vectoribus est certissimus ad salutem, non is est optimus, qui usu peritissimus, Imperator? aut te unquam, Constantine, liberi nostri[f] nepotesque patientur, vel cum ad summam perveneris senectutem, reipublicæ vela contrahere, quæ tam felicibus ventis etiam juvenis impleveris? 5. Sed tamen utcumque fas fuerit, eum Principem, quem anni cogerent, aut valetudo deficeret, receptui canere; te vero, in quo adhuc istæ sunt

[a] *Intimo in pectore gementibus.*
[b] *Neve illi inferior esses, novæ quidem huic laudi, qualiscumque illa foret.*

dum forte utrumque *aut.*' Acidal. *urgente cursu* Guelph.—2 Pro *ne vel illius* Livin. et Acidal. conj. *neve illius;* et sic edidere Patarol. et Jæger.—3 Pro *in vos*, Exc. Lang. habent *vobis;* Acidal. legi jubet *inter vos.* Vet. Livin. et Bertin. *Quanquam etiamsi.* Acidal. legendum putabat, *afferret, sic quoque ipsi*, vel *illi.* Livin. *addendum;* Steph. *abutendum;* Mœrl. Guelph. Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Cuspin. Cellar. Patarol. Grut. et recentt. *abnuendum;* Rhenan. et Rivin. *abluendum;* al. *abeundum;* Acidal. conj. *abstinendum*, vel *absistendum;* Exc. Schonhov. *adnuendum.*—4 Edd. vett. *gubernator est certissimus;* Vet. Putean. Gud. Mœrl. inserunt *victoribus.* 'Secutus has auctoritates, eam vocem in textum reposui.' *Jæger.* *Victoribus* Bertin. unde Livin. conj. *vectoribus.* Guelph. *non is optimus.* Edd. quædam vett. *est imperator;* illud *est* abest in Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. et plerisque edd. *haud te unquam* P. Daniel. *Constantini* Guelph. Putean. Baun. et plurimæ edd. *Constantine* P. Daniel. Rhenan. Steph. Cuspin. Patarol. Jæger.—5 Putean.

NOTÆ

[b] *Ut res est*] Hanc loquendi formulam hujus ætatis propriam esse supra notavimus, Paneg. III. 9.

[c] *Ne vel illius*] *Ne ve illius*, Acidal.

[d] *In vos*] *Inter vos*, Acidal. vel *vobis*, Langius.

[e] *Abnuendum*] Alii *abeundum:* malim *abstinendum*, vel *absistendum*, ut suspicatur Acidalius.

[f] *Constantine, liberi nostri*] Ita cum Rhenano lego et Daniele, pro *Constantini liberi nostri*, ut est in Puteana editione.

integræ solidæque vires, hic totius corporis vigor, hic imperatorius ardor oculorum, immaturum otium sperasse miramur. 6. Quid enim aliud [g] participi majestatis tuæ dare potuit veniam quietis, quam ut tu imperio succederes pro duobus?

CAP. X. 1. Sed profecto exegit hoc ipsa varietas, et natura fortunæ, cui nihil mutare licuerat, dum vos imperium teneretis, ut illa viginti annorum continua felicitas intervallo aliquo distingueretur: aut etiam Dii immortales probare voluerunt, tibi innixam stetisse rempublicam, cum sine te stare non posset. 2. Quanquam in istis quidem partibus [h] non caruit pristina firmitate: ibi vero pæne funditus corruit, unde tu, Maximiane, discesseras. Adeo illic plurimum habuerat stabilitatis asserta, ubi deserta maxime vacillavit. 3. Non aliter enim, quam solet terra, ventis aut aquis subter immissis, intervulsa sui soliditate nutare, ita cuncta Italia, atque ipsa Roma, subducta repente, qua sustentata fuerat, dextera tua, contremuit, ac pæne consedit. 4. Quod ego cursim transeo: cur enim vel recordemur adversa, cum videamus omnia tuo reditu restituta? 5. Fecit enim Roma ipsa pro majestate nominis sui, ut ostenderet, posse se etiam Imperatoribus imperare.[i]

aut valetudo deficere.—6 Puteol. Rhenan. P. et H. Steph. et Rivin. *venia quietis;* Guelph. Vet. Putean. Vatic. Grut. et recentt. *veniam quietis.*

CAP. X. 1 *Sed p. exigit* P. et H. Steph. *Sed p. exegit* ceteræ edd. et sic legi jussit Acidal. *ipsa* abest a Guelph. *XX. annorum* edd. vett. *viginti annorum* Vet. Livin. *voluerint* Puteol. et Livin. *voluerunt* Vet. Livin. Rhenan. et edd. recentt. *tibi uni innixam* Acidal.—2 *Quinque in* Livin. *Quanquam in* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. et reliquæ edd. *Adeo hic* Mœrl. et Guelph.

NOTÆ

[g] *Quid enim aliud*] Sensus est: Quid enim aliud fuit, quamobrem Diocletiano imperii tui socio veniam dederimus, quod quietem imperatoriis laboribus præposuerit, nisi quia sic effecit, ut tu pro duobus imperium administrares?

[h] *In istis quidem partibus*] Id est, in Galliis, ubi hæc oratio dicebatur. Mox *ibi vero,* id est, in Italia, in qua Maxentius miras turbas excitavit.

[i] *Imperatoribus imperare*] Id est, Maximiano, cui Roma pro suo jure præcipit, ut depositum resumat imperium. Eadem exercitus Maximiano abduxit, cum privatus in Lucaniam concessit, eidemque reddidit, cum adversus Maxentium cum copiis progressus est.

Abduxit exercitus suos, ac tibi reddidit; et cum ad sedandos animos[j] auctoritatem privati Principis attulisses, supplices tibi manus tendens,[k] vel potius[l] queribunda, clamavit:

CAP. XI. 1. Quousque hoc, Maximiane, patiar me quati, te quiescere, mihi libertatem adimi, te usurpare tibi illicitam missionem? 2. An, quod Divo Augusto[m] post septuaginta ætatis, quinquaginta imperii non licuit annos, tam cito licuit tibi? 3. Ideone te mihi ille, cujus tot aras, tot templa, tot nomina colo, Hercules dedit, ut tu in suburbano otiosus sedens usum dicatæ mihi virtutis amitteres?[e] 4. Redde te gubernaculis meis, et quoniam tranquillo mari portum intrare properasti, vade per fluctus, mei quidem amore solicitus, sed tua majestate securus. Et tamen, per te tibi steterit,[n] injuriam in mei restitutione patieris. Imperasti pridem rogatus a fratre,[o] rursus impera jussus a

[e] *Ut mihi subtraheres virtutem, quam mihi consecraras?*

stabilitas asserta Guelph. improbante Arntz.—5 *Abductus ex* Mœrl. deinde lacuna, et sequitur, *ac tibi reddidit:* sic et Gud. qui tamen *suos* adhuc habet. Mox, duas voc. *vel potius* suspectas habet Acidalius.

CAP. XI. 1 Guelph. *adimere, te u. illicitam*, omisso *tibi*.—2 *At quod* Guelph. improbante Arntz. *annos non licuit* Bertin.—3 Voc. *tot aras* desunt in Guelph. *tot numina* conj. Arntz. pater ad Aur. Victor. O. G. VI. 5.—4 Guelph. Vet. Putean. Vatic. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. *intrare properasti*, probante Livineio. 'Nescio, quam probe.' *Ritters.* Mox, Putean. conj. *et* (*tanti Imp. tibi steterit*) *injuriam.* In margine cod. Mœrl. notatum est, pro *tamen* in aliis legi *cum.* Acidal. conj. *si injuriam.* 'Pro *pridem,* Mœrl. et Gud. *quidem:* falso.'

NOTÆ

[j] *Ad sedandos animos*] Prætorianorum cum Maxentio rebellantium.

[k] *Supplices tibi manus tendens*] Nota ingeniosam urbis Romæ prosopopœiam, ad avertendam a Maximiano, siqua erat in receptione imperii, vel invidiam, vel notam levitatis aptissimam.

[l] *Vel potius*] Duas has voculas Acidalius putat esse expungendas. Verum tamen extant in omnibus editionibus.

[m] *Divo Augusto*] Obiit enim anno ætatis 76. imperii vero anno 56. Vid. Sueton.

[n] *Per te tibi steterit*] Locus corruptus. Fortasse, *tanti imperator tibi steterit:* nempe reip. pacem reddere, ut hæc gloria redimenda sit tibi aliqua injuria. Tangit illud quod de eo habet Eutrop. 'Herculeus Maximianus post hæc in concione exercitus filium Maxentium denudare conatus, seditionem et convitia militum tulit.'

[o] *Rogatus a fratre*] Id est, a Diocletiano. *Jussus a matre,* id est, a patria.

matre. 5. O cœlestem, Imperator æterne, pietatem tuam, quæ tuum illum animum semper invictum sola vicit! 6. Non potuisti resistere sanctæ illius parentis imperio, et, invitus licet, paruisti, et te illis vigiliis, illisque curis, quas viginti annis expertus fueras, reddidisti. 7. Quibusnam tu, domina gentium, potes compensare beneficiis hoc tui Imperatoris obsequium? qui tanto usu sciens, quantus sit imperandi labor, propter te non utitur illa, quam degustaverat, voluptate, tantumque reipublicæ onus suscipit post quietem. 8. Facilius fuerat jugiter imperasse:[d] quamvis enim magnum laborem consuetudo non sentit, intermissa desiderant novas vires.[e]

CAP. XII. 1. Quanta opus fuit tibi, Imperator æterne, providentia, quanta auctoritate, ut subsidia reipublicæ jacentia erigeres, exanimata recreares, dilapsa colligeres? 2. Mirabamur te post imperium esse privatum: multo magis mirum est, imperium ferre post otium. 3. Solus hoc, ut dicitur, potuit Deus ille,[p] cujus dona sunt, quod vivi-

[d] *Facilius fuisset sine ulla intermissione imperium tenuisse.*
[e] *Si tamen est aliqua intermissio, novæ vires adhibendæ sunt.*

Jæger.—5 *O, Imperator* edd. vett. *cælestem* inserunt Vet. Putean. Vet. Livin. Guelph. Bertin. Cuspin. Grut. et recentt. *o pietatem tuam* Rhenan. H. Steph. et Rivin.—6 Guelph. et Mœrl. *invictus licet.* Cuspin. *XX. annis.* Cf. supra VIII. 8.—7 Mœrl. *onus suscepit.*—8 'Alii, *quantum vis enim.*' Rhenan.

CAP. XII. 1 Pro *subsidia*, Acidal. legi jubet, *subsidentia.* Vide Nott. Varr. *jacentia* deest in Guelph. et edd. ante Grut.—2 Rhenan. H. et P. Steph. Rivin. al. vett. *post otia;* Vet. Livin. Bertin. Guelph. Cuspin. *post otium.* 'Quietem' dixit, XI. 7.—3 Rivin. et edd. vett. *cujus bona;* Guelph. Mœrl. Vet. Putean. Vatic. Bertin. Exc. Lang. Cuspin. Grut. Paris. Patarol. Cellar. et recentt. *cujus dona.* Mox, *et videmus* omisit Livin. quas voc. tamen habent Guelph. Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. al. probante Ritters. Desunt etiam in Bertin. et Lang. Pro *vectore*, Bongars. conj. *rectore.* Edd. vett. *turbatæ tranquilitatis.* ' Cuspin. Rhen. Steph. Vet. Livin. Gud. ac Mœrl. habent, *cursum devio vectore turbatum*, omissa voce *tranquillitatis.* Malim *currum.* Vulgatam exhibent textus Livineii, Grut. Paris. Pat. et Cell. *Cursus turbatæ tranquillitatis* dicitur pro 'cursu tranquillitatis turbato,' ut apud Cic. ad Divers. XV. 2. 11. 'indicia manifestarum insidiarum' pro indicia manifesta insidiarum; ad quem locum vid. Cort. itemque S. V. Ernesti Excurs. IX. ad

NOTÆ

[p] *Deus ille*] Maximiani et Apollinis comparatio admodum ingeniosa. Is enim relictas, et devio vectori, nempe Phaëthonti, male creditas habenas necesse habuit rursum dirigere, ut pacem turbato mundo referret.

mus, et videmus, ut habenas male creditas, et cursum devio vectore turbatum reciperet, rursumque dirigeret; cujus simile tu, Imperator, etiam facile fecisti. Neque id mirum. 4. Cum enim a te recessit imperium, et privatus licet dici velles, inhæsit tibi ingenita majestas. 5. Omnes exercitus vestri, omnesque provinciæ requiescere te post tanta opera utcumque æquo animo tulerunt, imperare desiisse nunquam crediderunt. 6. Quid enim putas tibi, Maximiane, Jovem ipsum respondisse, cum tu ingenti animo diceres, Recipe, Jupiter, quod commodasti? Hoc profecto respondit: Non mutuum istud tibi tradidi, sed æternum; non recipio,[q] sed servo. 7. Statim igitur, ut præcipitantem rempub. refrænasti, et gubernacula fluitantia recepisti, omnibus spes salutis illuxit. 8. Posuere[r] venti, fugere nubes, fluctus residerunt. Et sicubi adhuc in longinquioribus terris[s] aliqua obversatur obscuritas, aut residuus undarum pulsus immurmurat,[f] necesse est tamen, ad tuos nutus[t] dilucescat, et sileat.

CAP. XIII. 1. Dixi pro ratione temporis, sacratissimi Principes, ea, quæ in vobis invicem, ut facitis, admirari, et

[f] *Aliqui sunt tumultus, et reliquiæ excitatæ tempestatis fremunt.*

Suet. in fine.' *Jæger.* Mox, Livin. conj. *et tam facile;* Acidal. *et jam facile.*—4 *Nunquam enim a te* conj. Acidal. Pro *licet,* Livin. suspicabatur legendum esse *scilicet.*—5 Idem Livin. conj. *animo tulerint.* Guelph. *te tanta,* omisso *post.*—6 In Rhenan. Steph. et textu Livin. deest *recipio;* hinc Rhen. in margine notat, legendum forsan, *non domino, sed servo.* Hoc ineptissimum esse judicat Acidalius, reponitque, *non redde, sed serva;* Livin. *non recipio, serva.* Vide Nott. Varr.—7 Voc. *fluitantia* abest a Guelph.—8 *Composuere* al. ap. Rhenan. *Posuere* Guelph. Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. probante Barth. ad Stat. Sylv. II. 2. 118. *Quievere* ed. Livin. *fluctus resederunt* Mœrl. Gud. Rhenan. Steph. Cuspin. *f. residerunt* Livin. Paris. Patarol. Cellar. et recentt. *Etiam sicubi* Vet. Livin. Bertin. Grut. Paris. Patarol. Cellar. Baun. al. ante Jæger. *Et sicubi* edd. ante Grut. *obversabatur* Guelph. *observatur* P. Steph. *securitas* Guelph. *ante tuos nutus* edd. vett. *ad tuos nutus* Vet. Putean. Vet. Livin. Exc. Lang. Gud. Mœrl.

NOTÆ

[q] *Non recipio*] In perpetuum, *sed servo,* ad tempus illud ipsum brevi tibi redditurus.

[r] *Posuere*] Virg. Æn. VII. 27. 'Cum venti posuere, omnisque repente resedit Flatus.'

[s] *In longinquioribus terris*] Indicat in Italia turbas a Maxentio excitatas.

[t] *Ad* [*ante*] *tuos nutus*] Lege, *ad nutus tuos.*

amare debetis. Restat, ut ipsa illa, quæ separatim de virtutibus vestris locutus sum, sicut huic voto congruit, in sermonis fine conjungam. 2. Dii immortales! quanta Romano imperio renovastis![a] quæ jam, ut res est, cesserant vetustati. 3. Maximiano, Imperatori æterno, Constantinus, Imperator novus, plus cœpit esse, quam filius. Favet ille crescenti, adest iste seniori.[b] Perpetuis profecto[c] pietatis stirpibus affinitas ista coalescat, quæ semper summos in republica viros ad concordiam copulavit. 4. Etenim si,

CAP. XIII. 1 Voc. *sermonis* abest a Bertin.—3 'Cuspin. Rhen. Steph. Livin. habent, *Favor ille crescentis adest, iste senior.* Hæc corrupta esse facile vidit Gruterus, ingenue fassus, virium suarum non esse, locum tam male habitum sarcire. Et profecto sine librorum ope frustra talibus medicina paratur. Acidalius certe, quamvis miris modis se torqueat, nihil tamen extricat. Consulamus libros. Primum pro *favor* Bert. et Vet. Livin. habent *favet;* et pro *crescentis* idem Vet. Livin. *crescenti.* Deinde, his positis, pronum fuit Livineio conjicere, pro *senior* legendum esse *seniori;* hæc vero ipsissima est scriptura codd. Gud. Put. et Mœrl. nisi quod ille corrupte habet *faveat* pro *favet.* Satis firmis itaque, opinor, præsidiis nititur hæc lectio, quam Baunius, Patar. et Cellarius receperunt.' *Jæger.* 'Nullum mihi est dubium, quin vera sit lectio, quam ex codd. tuetur Jægerus. Est vero 'crescens' junior imperator, ut dixit III. 2. ubi 'seniorem' quoque opposuit.' *Arntz.* ' Cusp. et Liv. et Paris. prior, *perpetuis prof. pietatibus affinitas ista coalesc. stirpibus.* Acidalius hæc ita corrigit, *perpetuis profecto, perpetuis affinitas ista coalescet stirp.* vel potius, *perpetuis profecto pietas et affinitas ista coal. stirp.* Ut utrumque jungat, pietatemque dicat, quæ inter patrem et filium est, caritatem. Cui opinioni favet, quod statim subjicitur: 'Quid sperandum est, cum sempiternam patris ac filii caritatem etiam nuptiarum fœdus adstrinxerit?' Rhen. Steph. et Patar. habent, *perpetuis prof. pietatis affin. ista coal. stirp.* Put. et Mœrl. cum Gud. meliore verborum positu, *perpetuis prof. pietatis stirpibus aff. ista coalescat.* Quam scripturam veram esse puto. *Stirpes* h. l. ut sæpius alibi, v. c. apud Tullium de Leg. I. 6. Orat. pro Cœlio cap. 32. Tusc. Quæst. III. 6. sunt fundamenta et quasi radices. Vox *pietatibus*, quæ in ceteros codd. irrepsit pro *pietatis*, deest in Lang. et hac auctoritate fretus erasit eam Baunius; Cellarius uncis inclusit. Ceterum pro *coalescat* Livin. cum Acidal. suspicatur legendum esse *coalescet*, quod nemo, opinor, improbabit.' *Jæger.* 'Nihil verius lectione, quam Jægerum secutus dedi.' *Arntz.* *semper in republica* Rivin. et edd. ante Grut. *summos* inserunt Vet. Putean. Guelph.

NOTÆ

[a] *Renovastis*] Paulo enim ante Maximianus Aug. erat Constantii Aug. socer, nunc id ipsum ait a Diis immortalibus esse renovatum. Siquidem rursum Maximianus imperator est Constantini socer.

[b] *Iste seniori*] Locum hunc juxta Livineii suspicionem emendatum oportuit. Ante enim erat *iste senior*, in quo mendum esse nemo opinor non agnoscit.

[c] *Perpetuis profecto*] In editione Puteana est, *perpetuis profecto pietatibus affinitas ista, &c.* Cum Grutero erasi hanc vocem *pietatibus*, quæ quidem abest in codice Langiano. Alii pro *pietatibus*, legunt *pietas et affinitas ista, &c.*

quamvis dissidentes, familias Gracchi et Corneliæ [d] matrimonium reduxit in gratiam; si pro Divo Augusto Actiacam victoriam [e] tantummodo gener Agrippa [f] confecit; quid sperandum est, cum sempiternam patris ac filii caritatem etiam nuptiarum fœdus astrinxerit? 5. Quod si Publius Scipio bellum Punicum suscepit adolescens,[g] ipsum postea superaturus Hannibalem;[h] si Marius [i] a factione Syllana urbem recepit senex, idque magno intervallo temporum evenisse memorabile est; quam facile nunc omnes metus ponet Romana respublica, quæ defenditur conjuncti imperii duabus ætatibus, pariterque utitur virtute juvenis, et maturitate senioris?

Bertin. Exc. Lang. Cuspin. Grut. et recentt.—4 Livin. *desidentes;* Ritters. conj. *dissidentes:* et sic omnes edd. ante Livin. *victoriam tantum non* conj. Daniel. *esse nuptiarum* Guelph. improbante Arntz.—5 Edd. vett. *intervallo temporis;* Vet. Putean. *temporum intervallo;* Vet. Livin. Bertin. *intervallo temporum.* Guelph. *metus omnes.* Idem codex ignorat, *duabus ætatibus, &c.* usque ad finem.

NOTÆ

[d] *Gracchi et Corneliæ*] Tiberius Sempronius Gracchus prætor Galliam domuit. Consul an. U. C. DLXXVI. Hispaniam; altero consulatu Sardiniam subegit: bis triumphavit. Is graves cum Scipione Africano Majore gessit inimicitias, quibus tamen reip. causa depositis, ejus filiam Corneliam duxit conjugem.

[e] *Actiacam victoriam*] Ad Actium an. U. C. DCCXXIV. relatum IV. Non. Sept. Actium autem urbs et promontorium est Epiri, ad os sinus Ambracii contra Nicopolim, ubi maritimo prælio victus est Antonius.

[f] *Gener Agrippa*] Juliam Augusti filiam duxit: ter consul fuit. Huic Actiaci belli cura commissa est. Virg. Æn. VI. 682. ' Parte alia, ventis et Diis Agrippa secundis Arduus,' &c.

[g] *Suscepit adolescens*] Cum annorum esset 24. ut diximus, Plinii Paneg. cap. XIII. not. [i].

[h] *Hannibalem*] Hannibal Hamilcaris filius, 9. annos natus, a patre aris admotus, odium in Romanos perenne juravit. Exinde Saguntum Romanis fœderatam evertit, in Italiam trajecit, P. Scipionem apud Ticinum, Sempronium Longum apud Trebiam, Flaminium apud Trasimenum, Paulum et Varronem apud Cannas prælio vicit. Idem Campaniæ deliciis fractus primum a Fabio, tum a Valerio Flacco, iterum a Galerio, Graccho et Scipione superatus; ad ultimum ne Romanis traderetur, hausto quod sub annulum habebat veneno absumtus est. Vid. Aur. Victor.

[i] *Marius*] C. Marius post Jugurtham ante currum actum, post Teutonas in Galliis, Cimbros in Italia victos, et triumphum actum, exactosque in exilio aliquot annos, urbem cum Cinna et Sertorio ingressus eam a Syllana factione eripuit jam senior, factusque est septimum consul an. U. C. DCLXVIII. Cf. Aur. Victor.

CAP. XIV. 1. Te, pater,[j] ex ipso imperii vertice decet orbem prospicere communem, cœlestique nutu rebus humanis fata decernere, auspicia bellis gerendis dare, componendis pacibus[k] leges imponere: te, juvenis, indefessum ire per limites, qua Romanum barbaris gentibus instat imperium,[g] frequentes ad socerum victoriarum laureas mittere, præcepta petere, effecta rescribere. 2. Ita eveniet, ut et ambo consilium pectoris unius habeatis, et uterque vires duorum. 3. O felix in imperio, et post imperium felicior, (audis enim profecto hæc, et vides) Dive Constanti, quem curru pæne conspicuo,[l] dum vicinos ortus repetit occasu, sol ipse invecturus cœlo excepit! 4. Quanto nunc gaudio potiris, quanta voluptate perfrueris, cum talem hunc filium tuum, qui te primus patrem fecit, in imperii tui possessionem idem pater,[m] idem socer, idem Imperator induxerit! 5. Hæc est tua præter omnes Divos propria immortalitas,

[g] *In eam imperii Romani partem quæ barbaris gentibus proxima est.*

CAP. XIV. 1 Mœrl. *rebus gerendis.* Edd. vett. et Rivin. *quo Romanum;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Guelph. Grut. et recentt. *qua Romanum;* et sic conj. Acidal. *ad socerum laureas* edd. vett. *victoriarum* inserunt Vet. Putean. Mœrl. Gud. et edd. recentt. *victoriam* Bertin. unde Modius et Ritters. conj. *victoriarum.*—2 Jæger. *ut ambo.* Guelph. *ut uterque.*—3 *Dive Constantine* Livin. *Dive Constanti* Vet. Livin. Cuspin. Bertin. probante Ritters. '*ut vides* Guelph. male.' *Arntz.* *curru et pene* Patarol. et edd. vett. *τὸ et* ignorant Guelph. et Vet. Putean. deest etiam in ed. Baun. et recentt. *vicino ortus* Exc. Schonhov.—4 Acidal. conj. *qui te prius.* Livin. *primus patruum imperii;* aliæ edd. ante Grut. *primus patrem in imperii;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Guelph. Cuspin. Grut. et recentt. inserunt *fecit,* probante Arntz. Guelph. *imperii in possessionem,* omissa voce *tui.*—

NOTÆ

[j] *Pater*] Compellat Maximianum. Mox *te juvenis,* orationem convertit ad Constantinum.

[k] *Componendis pacibus*] Vox priscis bonæ Latinitatis temporibus, aut nunquam aut raro in plurali numero usurpata; sed in ejus ævi scriptoribus similia nonnulla identidem occurrunt, ut supra observavi.

[l] *Curru pæne conspicuo*] Ita restituendus fuit ex veteri codice pro *curru et pæne conspicuo, dum vicino ortus, &c.* Sensus vero est: Quem sol ipse occidens et properans ad vicinos ortus, curru suo excepit in cœlum evehendum, quasi occidente Constantio, Constantinus toti terrarum orbi ortus esset. Alludit autem ad nummum, cujus in postera parte Constantius curru invectus, sinistra manu quatuor equos regens, dextram manui, quæ cœlo extendebatur, jungens.

[m] *Idem pater*] Maximianus.

quam videmus, filius similis aspectu, similis animo, par imperii majestate. 6. Inviderint licet nobis, nihil tamen auferre domui tuæ fata potuerunt. Nec Maximiano filius, qualis tu eras, nec Constantino pater deest. 7. Quin etiam, ut omnibus modis tua necessitudo renovetur, rursus hic socer, rursus hic gener est, ut beatissimus Imperator semper ex tua sobole nepotibus augeatur.

5 Verba *similis aspectu* desunt in Mœrl. et Gud. 'Vulgatum tuetur ipse auctor III. 3. ubi vide.' *Arntz.* '*Imperii potestate*] Mœrl. et Gud. *majestate*, quod non spernendum.' *Jæger.* 'Ideoque in textum recepi.' *Arntz.*—6 *I. licet te nobis* conj. Ritters. *vobis* Acidal. *Te inviderint licet nobis* Arntz. *domi tuæ* Rivin. et edd. ante Grut. *domui tuæ* al. ap. Rhenan. Vet. Putean. Guelph. Bertin. Cuspin. Grut. et recentt. *Maximiniano* Guelph.

EUMENII

PANEGYRICUS

CONSTANTINO AUG.

De hujus Panegyrici auctore, et quo loco ac tempore habitus sit, supra diximus in Eumenii vita, quam Panegyrico quarto præfiximus.

SYNOPSIS PANEGYRICI.

In Exordio ostendit in laudandis imperatoribus et Cæsaribus difficile esse hominum expectationi respondere, se vero hunc orationi modum allaturum, ut eam præcipue Constantino consecret.

Distributio potest esse: I. De Constantini ad imperium electione. II. De variis ejusdem victoriis.

I. Pars. De Constantini genere, quod hereditarium ab avo Claudio et patre Constantio imperium acceperit, c. II. Quod illud ipsum militando meruerit, inprimis quod adhuc adolescens in pugna manus cum Sarmatarum duce conseruerit, c. III. Quod Constantinus ceteris fratribus suis prælatus sit, ut patri Constantio, cui in omnibus rebus esset similis succederet, cap. IV. Egregia utriusque comparatio; Constantius Bononiam incredibili celeritate cepit, et dum classis ad pervadendam Britanniam paratur, Bataviam et Frisiam a diversis Francorum regibus occupatam liberat, captos in deserta Galliarum loca transfert, Britannias decimo tandem anno recuperat, cap. V. clementi utitur victoria, Francos iterum in suis sedibus vincit. Juxta Lingonas sexaginta Alamanorum millia cædit. Vindonis campos hostium strage complet: eosdem populos Rhenum glacie constrictum transmittere ausos ad deditionem cogit, cap. VI. Caledonum, Pictorumque regionem, Thulen et Fortunatas insulas usque progressus, cap. VII. Constantinum prius imperii hæredem relinquit, cap. VIII. Redit ad Constantinum. Britanniæ cum propter multa, tum eo præcipue gratulatur quod prima eum Cæsarem viderit, cap. IX.

II. Pars. Mortuo patre Constantinus jam Augustus, Ascarico et Regaiso, Francorum regibus, quos bello ceperat, punitis, securitatem Galliis reddit,

cap. x. Bructerorum fines ingressus eos internecione delet, cap. xii. Reliquos Agrippinensi ponte facto ita terret, ut eo vix bene inchoato jam supplices obsidibus oblatis pacem petant, cap. xiii. Maximiani vitia obiter attingit, præsertim ingratum ejus in Constantinum animum, cap. xiv. Diocletiani (qui Salonæ adhuc privatus vivebat) in proposito constantiam laudat, cap. xv. Iterum redit ad Constantinum: quam carus fuerit militibus, quos ab eo Maximiani promissa et largitiones avocare non potuerint, cap. xvi. Quanta alacritate adversus Maximianum Arelatem primum, tum Massiliam convolarint, cap. xvii. Massiliæ oppugnatio, cap. xviii. Constantini erga victos pietas, cap. xxi. Barbaros post ejus in Italiam discessum eruptionem meditantes repentino reditu suo reprimit: has victorias Apollini tribuit.

In fine optat ut ad visendum Apollinis templum Æduam divertat: sic enim urbem simul viderit esse restituendam, cap. xxii. Liberos suos orator imperatori commendat, cap. xxiii.

CAP. I. 1. FACEREM, sacratissime Imperator, quod paulo ante mihi plerique suaserunt, ut quoniam majestas tua hunc mediocritati meæ diem in ista civitate [a] celeberrimum ad dicendum dedisset, de eo ipso ducerem sermonis exordium, nisi me ab hoc duplex ratio revocaret, considerantem, neque mediæ ætatis hominem [b] ostentare debere subitam dicendi facultatem, neque ad aures tanti numinis quicquam,

Hunc Paneg. ἀνωνύμως ediderunt Rhenan. H. Steph. et Rivin. et *Incerto* ascribitur in variantibus ex Putean. ap. Arntz. Nomen *Eumenii* præfixerunt Livin. P. Steph. Grut. et recentt.

CAP. I. 1 Rivin. et edd. vett. *persuaserunt*; Guelph. Mœrl. Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Paris. Patarol. Cellar. Grut. et recentt. *suaserunt*. Vet. Livin. *diem ædium in ista*; edd. vett. *diem dicto in ista*; illud *dicto* delent Guelph. Exc. Voss. Gud. Mœrl. Livin. Baun. Patarol. et Jæger. *Deo ipso* H. Steph. et Rivin. *de eo ipso* Vet. Putean. Exc. Schonhov. aliique codd. cum reliquis omnibus edd. et sic conj. Rhenan. *consideravi namque* Mœrl. Guelph. et Exc. Voss. 'contrario plane sensu.' *Jæger*. 'Vulgata tantum proba.' *Arntz*. *debere subjectam* Mœrl. Mox, idem cod. et Exc. Voss. omittunt *nisi*.

NOTÆ

[a] *Diem in ista civitate*] Opinor Treverensi, cujus tum dies natalis celebrabatur ut dicturus est cap. xxii. In aliis est *diem dicto in ista civitate*, sed voculam erasi, quam a veteri exemplari abesse ait Livineius, et quæ reipsa obscuritatem affert sententiæ.

[b] *Mediæ ætatis hominem*] Id est, hominem progressa jam et matura ætate qualis ego sum, extemporali orationis genere uti non debere. 'Ætas media' dicitur illa, quæ est inter juventam et senectam. A tricesimo ferme sumitur ad quadragesimum annum. Dicitur a Tullio de senect. 76. ætas constans: ab aliis ἀκμή, ætatis vigor. Paneg. IX. 8.

nisi diu scriptum,[c] et sæpe tractatum, afferri oportere. 2. Nam qui apud Imperatorem populi Romani dicit ex tempore, quantum sit, non sentit, imperium. 3. Huc accedit, quod jam satis multi sunt, qui me putant nimium multa dicturum: idque, ut arbitror, non ex ingenio meo, quod mediocre est, sed ex laudum vestrarum copia metiuntur. Quorum ego expectationem, invitus licet, fallam brevitate dicendi. Revera enim cogitaveram plura, quæ dicerem, sed malo orationem meam brevem esse, quam respui.[d] 4. Itaque primum illud compendium faciam, quod,[*] cum omnes vos, invictissimi Principes,[e] quorum concors est et socia majestas, debita veneratione suspiciam, hunc tamen quantulumcumque tuo modo, Constantine, numini dicabo sermonem. 5. Ut enim ipsos immortales Deos, quanquam universos animo colamus, interdum tamen in suo quemque templo ac sede veneramur; ita mihi fas esse duco, omnium

[*] *Quare ea primum parte orationem contraham, quod, &c.*

'Vulgatum tuetur sententia, et Ciceronis locus mox a Baunio adhibitus.' *Arntz.* *sæpe tractum* Rhenan. et Livin. *sæpe tractatum* Vet. Livin. Exc. Voss. Guelph. Bertin. Cuspin. et edd. recentt.—2 *Nam q. a. Imperatores* Guelph. et Exc. Voss.—3 Livin. conj. *id quod, ut arbitror.* Voc. *ut* deest in ed. Baun. *laudum tuarum* Vet. Putean. Mœrl. Guelph. Exc. Voss. *brevem esse* desunt in edd. vett. extant in codd. Putean. Gud. Mœrl. et Exc. Voss. Pro *respui,* Schenkius malit *restringi;* edd. vett. *respuere;* Acidal. conj. *requiri;* Barthius *respici.*—4 'Nescio, an *illud compendii.*' Acidal. '*non quod omnes* Bertin. male.' Livin. *omnes, invictissimi* Rivin. et edd. recentt. *vos* habent Bertin. Cuspin. Guelph. Exc. Voss. Grut. et edd. recentt. *invictissimos* legi jubet Acidal. *concors et socia est* Vet. Livin. *consors* conj. Acidal. 'Melius *concors;* alterum enim nihil a *socia* distat.' *Arntz.* Pro *suspiciam,* quod habent Exc. Lang. et ed. Rhen. et Steph. *suscipiam* legitur in Exc. Voss. Mœrl. Gud. Paris. Patarol. Cellar. et edd. recentt. '*numini* male deest in Guelph. et Exc. Voss.' *Arntz.*—5 Voc. *tamen* deest in edd. Rhenan. Steph. et Rivin. extat in Vet. Putean. Exc. Schonhov. aliisque codd. *fas est omnium* Rivin. edd. vett. *fas esse duco, omnium* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin.

NOTÆ

[c] *Nisi diu scriptum*] Respexit pro more suo Eumenius ad locum Tullii pro Lege Manil. cap. 2. 'Nam cum antea per ætatem nondum hujus auctoritatem loci contingere auderem: statueremque nihil huc, nisi perfectum ingenio, elaboratum industria afferri oportere,' &c.

[d] *Orationem meam brevem esse, quam respui* [*orationem meam respui*] Legunt alii *orationem meam desiderari;* alii, *requiri;* alii, *brevem esse, quam respui,* id est, quam renui, propterea quod tædium vobis afferat: alii, *respici,* id est magnifieri.

[e] *Invictissimi Principes*] Constantinus, Licinius, et Maximinus.

Principum pietate meminisse, laudibus celebrare præsentem.[f]

CAP. II. 1. A primo igitur incipiam originis tuæ numine, quod plerique adhuc fortasse nesciunt,[g] sed, qui te amant plurimum, sciunt. 2. Ab illo enim Divo Claudio manat in te avita cognatio, qui Romani imperii solutam et perditam disciplinam primus reformavit, immanesque Gothorum copias,[h] Ponti faucibus et Istri ore proruptas, terra marique delevit; utinam diuturnior[i] recreator hominum, quam maturior Deorum comes! 3. Quamvis igitur ille[j] felicissimus dies, proxima religione celebratus, imperii tui natalis habeatur, quoniam te isto habitu primus ornavit, jam tamen ab illo generis auctore in te imperii fortuna descendit. 4. Quinimmo[k] ipsum patrem tuum vetus illa imperatoriæ domus prærogativa provexit,

Guelph. Exc. Voss. Exc. Schonhov. Grut. et recentt. *pietatem* edd. vett. *pietate*, ex conj. Rittershusii, primus edidit Cellar. eumque secuti Patarol. Jæger. et recentt.

CAP. II. 2 Guelph. et Exc. Voss. *manet*. 'Male Guelph. et Exc. Voss. *solutam esse et perditam*.' Arntz. *potestati faucibus* Livin. *Ponti faucibus* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. Guelph. et Exc. Voss. *Istri ora* Vet. Putean.—3 Barth. conj. *ille f. dies Diis proxima, &c.* Mox, *imperii* deest in codd. Mœrl. Guelph. et Exc. Voss.—4 *Quis enim omnino ipsum patrem tuum* Guelph. *Quis enim immo ipsum patrem tuum* Exc. Voss. unde Arntz. conj. *Quid enim? immo ipsum patrem tuum.* Edd. vett. *Quinimmo patrem tuum ipsum;* Bertin.

NOTÆ

[f] *Celebrare præsentem*] Ex his verbis hanc orationem coram Constantino habitam fuisse patet.

[g] *Fortasse nesciunt*] Haud mirum si hodie inter viros doctos controversia est utrum Constantinus in Britannia, an in Bithynia natus; utrum ex Eutropia Claudii imperatoris aut ejus fratris filia natus sit: siquidem vel Constantini ipsius tempore id multis ignotum fuisse ait Eumenius.

[h] *Gothorum copias*] Claudius hostium exercitum ex variis gentibus conflatum, classem vero amplius mille navibus constantem plane delevit. Cæsa in eo bello Gothorum trecenta viginti millia. Trebellius Pollio, et nummi Claudio Aug. Gothico.

[i] *Utinam diuturnior*] Nam duos tantum circiter annos imperavit, nempe a Kal. Apr. an. Chr. CCCIV. ad Kal. Aug. an. CCCVI. Idatius.

[j] *Quamvis igitur ille*] Sensus est: Quamvis felicissimus ille inaugurationis tuæ dies, magna populorum pompa et acclamatione celebratus sit; tuique imperii natalis eam ob rem habeatur, quod tum primum imperatorio habitu ornatus prodieris: jam tamen antea a Constantio tuo parente imperandi jus, et fortunam acceperas. Barthius Advers. XIV. 9. inserta vocula legit, *dies Diis proxima religione celebratus.*

[k] *Quinimmo*] Immo et Constantium vestræ domui traditum ab eo tempo-

ut jam summo gradu, et supra humanarum rerum fata consisteres, post duos familiæ tuæ Principes tertius Imperator. 5. Inter omnes, inquam, participes majestatis tuæ hoc habes, Constantine, præcipuum, quod Imperator es,[l] tantaque est nobilitas originis tuæ, ut nihil tibi addiderit honoris imperium, nec possit fortuna numini tuo[m] imputare, quod tuum est, omisso ambitu et suffragatione.

Cap. III. 1. Non fortuita hominum consensio, non repentinus aliquis favoris eventus[n] te Principem fecit. Imperium nascendo meruisti. 2. Quod quidem mihi Deorum immortalium munus et primum videtur, et maximum, in lucem statim venire felicem, et ea, quæ alii vix totius vitæ laboribus consequuntur, jam domi parta suscipere. 3. Quamvis enim[o] magna sit et admiranda felicitas, quæ

Quinimmo ipsum patrem tuum, quod primus recepit Arntz. *consisteres* deest in Guelph. *Principes* deest in Rivin. et edd. ante Grut. id tamen tuentur Vet. Livin. Cuspin. Bertin. Guelph. Exc. Voss. et Exc. Schonhov. *tertius* deest in Vet. Putean.—5 'Guelph. et Exc. Voss. *principes majestatis:* male.' *Arntz. quod Imperator natus es* conj. Livin. et Acidal. quam conjecturam in textum admisit Patarol. uncis autem inclusam Cellar. et Jæger. *quod I. ortus es* conj. Arntz. Ceterum inde ab *hoc habes* usque ad *ut nihil,* omnia desunt in Guelph. et Exc. Voss. *generis tui* cod. Mœrl. *numini suo* conj. Livin. 'Lege *imputare, quod tuum est omissis.*' Acidal. 'Videtur voluisse Acidalius, comma post *est* delendum.' *Arntz. omissis ambitu* Vet. Putean. Bertin. Exc. Lang. Exc. Schonhov. Grut. et recentt. *omissio ambitu* Cuspin. *omisso ambitu* Gud. Mœrl. Exc. Voss. Jæger.

Cap. III. 1 Guelph. *hominum confesio.* Mox, *favoris ventus* conj. Bongars. quam conjecturam recepit solus Cellar.—2 Edd. ante Arntz. *felicem venire;* Guelph. Exc. Voss. Vet. Livin. Bertin. *venire felicem;* quem ordinem restituit Arntz. *vitæ lobribus* Exc. Schonhov. et ed. Rhenan. *v. laboribus* Vet. Putean.—3 *Q. etiam magna* Rivin. et edd. vett. *Q. enim magna* Vet. Livin. Vet.

NOTÆ

re jus imperii ad eum honorem provexit, ut post duos familiæ tuæ, nempe Claudium et Constantium, tertius imperator fieres.

[l] *Quod Imperator es*] Id est, quod re ipsa imperator, et quod habeas a natura ut imperator sis. Lubenter voculam adderem, quam deesse suspicati sunt Livineius et Acidalius: *quod imperator natus es.* Nam paulo post, 'Imperium nascendo meruisti.' Sed deest veteris codicis auctoritas.

[m] *Numini tuo*] Id est, beneficii instar tibi dare: fortasse legendum fuerit *numini suo,* id est, ut fortuna sibi ascribere non possit, quod tuum jam erat, quod tuis natalibus debebatur citra ambitum et populi suffragia.

[n] *Favoris eventus*] An *favoris ventus?* ut Bongarsio placet: certe quidem apud Tullium legitur, 'ventum popularem,' 'ventos concionum.'

[o] *Quamvis enim*] Dictum illud in

stipendiis in ordinem meritis, et militiæ gradibus emensis, ad fastigium istud majestatis ascendit, et solis virtutis nixa radicibus ad tantæ potentiæ robur invaluit, quod quidem etiam tu, quantum per ætatem licuit, consecutus es; et, quamvis te super omnes acquirendæ gloriæ moras fortuna posuisset, crescere militando voluisti, et adeundis belli periculis, ac manu cum hostibus etiam singulari certamine[p] conserenda, notiorem te gentibus reddidisti, cum non posses esse nobilior; 4. magnum, inquam, est, ab se profectum ad maxima pervenire; longe tamen aliud est, niti per ardua, et juga montium petere e plano;[q] aliud, ipsa ortus sui sublimitate fultum, verticem tenere fortunæ, et, quæ summa sunt, non sperare, sed habere.

CAP. IV. 1. Sacrum istud palatium non candidatus imperii, sed designatus intrasti,[r] confestimque te illi paterni lares successorem videre legitimum. 2. Neque enim erat dubium, quin ei competeret hæreditas, quem primum Imperatori filium[s] fata tribuissent. Te enim tantum ille et

Putean. Bertin. Cuspin. Guelph. Exc. Voss. Grut. et recentt. *stipendiis ordine emeritis* conj. Acidal. *virtutibus nixa* Exc. Voss. et Guelph. *tantum potentiæ* edd. ante Arntz. *tantæ potentiæ* Mœrl. Guelph. Exc. Voss. et Vet. Putean. Pro *invaluit*, Arntz. conj. *coaluit*. 'Pro *supra*, quod in solo Cuspin. invenit Livin. amplexique sunt Paris. Patarol. et Cellar. ceteri, quos vidi, omnes *super*; quod nec ipsum damnandum.' *Jæger*. '*Super* reddidi, quod est in cod. Guelph. et Exc. Voss.' *Arntz*. *fortunæ potuisses, crescere* Guelph. *fortunæ potuisses credere* Exc. Voss.—4 Pro *inquam est*, Bertin. habet *quidem est*; Exc. Voss. et Guelph. *est, inquam*. Barthius conj. *magnum, inquam, sit ab se, &c.* Pro *profectum*, al. habent *provectum*. Vide Nott. Varr. *patere plano* edd. vett. *petere e plano* ex conj. Livin. receperunt Bann. Patarol. Cellar. Jæger. *petere* Guelph. Exc. Schonhov. Mœrl. et ed. Rhenan. in marg. Pro *tenere*, quod habent Guelph. Exc. Voss. Exc. Schonhov. Livin. Grut. et recentt. *tenore* legitur in edd. ante Livin. *cernere* Vet. Putean. Pro *sperare*, Acidalius conj. *superare*.

CAP. IV. 2 Edd. vett. *tantum, ille et*; Arntz. conj. *tantum ille, et*. Bertin.

NOTÆ

Diocletiani gratiam, qui tum privatus Salonæ vivebat. Ita enim ille ad imperium promotus fuerat.

[p] *Singulari certamine*] Cum Sarmatarum duce, quem victum ad Galerii, sub quo militabat, pedes adduxit. Ita Zonaras.

[q] *Petere e plano*] Livineii emendationem secutus sum. Sententia est: Magnum est hominem origine sua clarum ad supremas dignitates ascendere: majus est hominem e plebe ad summos honores sese erigere. In Puteana editione est *patere plano*.

[r] *Designatus intrasti*] Jam Constantius te sibi hæredem destinarat, cum aut te ex Italia ad se evocavit, aut ad eum ipse accurristi.

Imperator in terris, et in cœlo Deus, in primo ætatis suæ flore generavit, toto adhuc corpore vigens, illa præditus alacritate, ac fortitudine, quam bella plurima, præcipue campi videre Vindonissæ.[t] 3. Inde est, quod tanta ex illo in te formæ similitudo transivit, ut signante natura vultibus tuis impressa videatur. 4. Idem enim est, quem rursus in te colimus, aspectus, eadem in fronte gravitas, eadem in oculis et in ore tranquillitas. Sic est index modestiæ rubor, sic testis sermo justitiæ. 5. Accipe, Imperator, ancipitem nostrorum sensuum confessionem. Dolemus, quod Constantius excessit a nobis, sed, dum te cernimus, illum excessisse non credimus. 6. Quanquam quid ego illum excessisse dico, cujus immortalia facta vivunt, et in ore omnium hominum oculisque versantur?

CAP. V. 1. Quis enim, non dico reminiscitur, sed quis non adhuc quodammodo videt, quantis ille rebus auxerit,

adhuc toto. Edd. ante Grut. *quanquam bella;* Exc. Lang. Cuspin. Exc. Schonhov. *qua cum bella;* Vet. Putean. Guelph. et Exc. Voss. *quam bella.* Exc. Lang. et Grut. *tum præcipue.* 'In Rh. Steph. Liv. legitur, *quamquam bella plurima præcipue campi Vindonis idonei.* Rhen. suspicatur, legendum, *quam bella pl. pr. c. V. idonei testes declararunt,* aut simile quidpiam. Cod. Gud. et Put. habet, satis bene, excepta voce ultima corrupta, *quam bella pl. pr. ca. videre sydonii;* a quo non longe abit Mœrl. *qua bella plurima, præc. c. videre Sidonis,* Schonh. in marg. Rhen. *fortitudine qua cum bella, &c.* et in fine sententiæ pro *idonei* habet *gessit.* Cusp. *qua cum bella pl. præcipue campi Vindonis gessit.* Sic etiam, teste Livineio, Lang. nisi quod hic post vocem *plurima* inserit *tum.* Pro *campi* Livin. ex conjectura ponit *campis;* et sic ediderunt Paris. Pat. et Cellar. Confirmatur hæc lectio cod. Pulm. in quo, teste Puteano, invenitur, *qua cum bella plurima pr. campis Vindonis gessit.*' Jæger. *campi videre Vindonissæ* ex codd. restituit Arntz. Vide Nott. Varr.—3 Exc. Voss. et Guelph. *forme similitudo.* Exc. Schonhov. Puteol. Rhenan. H. Steph. et Rivin. l. *signate.*—5 *Accipe, I. accipe nostrorum* edd. vett. *A. I. accipientem nostrorum* Bertin. unde Livin. conj. *accipe, inquam, nostrorum;* Mœrl. Gud. et Exc. Voss. *A. I. ancipitem nostrorum,* quam lectionem primus recepit Arntz. *Dolet* Vet. Livin. Bertin. Paris. Grut. Patarol. Cellar. Jæger. *Dolemus* Mœrl. Guelph. Exc. Voss. et edd. vett. Mox, *sed* deest in Guelph. et Exc. Voss. 'Puteol. male *Constantius.*' Arntz.

NOTÆ

[s] *Primum Imp. filium*] Quem primum ex Helena suscepit, cum esset in primo ætatis flore, antequam Theodoram Maximiani filiam conjugem accepit.

[t] *Vindonissæ* [*Vindonis*] Infra, *Vindonissæ.* Vindonus seu Vindonissa urbs in Helvetia, ad Ambronicum pagum, propter Arolam fluvium, nunc *Winsdisch.*

ornaritque rempublicam? 2. Qui ascitus imperio, primo adventu suo innumerabili hostium classe ferventem exclusit oceanum,[a] exercitumque illum, qui Bononiensis oppidi littus insederat, terra pariter ac mari sepsit, cum reciprocos cursus illius elementi, jactis inter undas vallis, diremisset, ut, quorum portas fluctus allueret, mare et, quod tangerent, perdidissent. 3. Qui eodem exercitu [b] virtute capto, clementia conservato, dum ædificandis classibus Britanniæ recuperatio comparatur, terram Bataviam,[c] sub ipso quondam alumno suo [d] a diversis Francorum gentibus occupatam, omni hoste purgavit, nec contentus vicisse, ipsas in Romanas transtulit nationes,[e] ut non solum arma,

Cap. v. 1 Bertin. *ornaveritque.*—2 *Qui ascitus Imp.* Puteol. Rhenan. H. Steph. et Rivin. *exercitum qui* Puteol. Rhenan. H. Steph. et Rivin. *exercitum illum, qui* Vet. Putean. Guelph. Livin. P. Steph. *exercitumque illum, qui* Cuspin. Grut. *reciprocos sensus* Vet. Livin. Bertin. Exc. Schonhov. et ed. Froben. in margine; unde Livineius conj. *æstus;* Arntz. vero malit *fluctus.* 'Mox, *portas fluctus* legitur in cod. Liv. et Bert. *adluerat* in Lang. Ceteri, *ut quorum portus fluctu adlueret mare, et quod tangerent perdidissent.* Cod. Mœrl. concordat Liv. et Bert. nisi quod τὸ *et* post *mare* omittit, et pro *tangerent, perdidissent* habet *tangeret, perdidisset.* Vox *portas,* non modo a Paris. Pat. Cellario recepta, sed etiam a Puteano e codice veteri prolata et probata fuit, adductis locis Paneg. IV. 6. 1. 'Illis olim mari fretis alluentem portas ademit Oceanum;' et Eumen. Paneg. Flaviens. nomine, VII. 2. 'Navigera flumina, ipsas oppidorum portas adluentia.' De cetero non necesse est, e Lang. pro *allueret* rescribere *alluerat* cum Livineio; potest enim illud significare, 'alluere alias soleret;' qua ratione Livin. ipse τὸ *tangerent* exposuit. Optimum mihi et tutissimum visum est, retinere lectionem Paris. Pat. et Cell.' *Jæger.* Vide Nott. Varr. *mare, quod* Mœrl. Guelph. et Exc. Voss.—3 'Schonhov. in marg. ed. Rhenan. ascripsit *Batavicam,* sed nihil mutandum.' *Jæger. Vataviam* Guelph. et Exc. Voss. Acidalius legit, *sub ipso quidem molimine suo.* Rhenan. Steph. Livin. et Rivin. *Francorum regibus, gentibus;* sed *regibus* deest in Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Exc. Voss. Exc. Schonhov. Guelph. etiam

NOTÆ

[a] *Exclusit oceanum*] Defixis in portus aditu saxis et trabibus, ne Carausii classis, quæ oram hanc tenebat, Bononiensibus venire auxilio posset. Vide Paneg. v. 6.

[b] *Eodem exercitu*] Id est, præsidiariis quas Carausius Bononiæ collocarat copiis.

[c] *Terram Bataviam*] Non Batavicam, ut emendant aliqui. Nam sic Catullus 'Celtiberiam terram,' et Tibullus 'Campaniam terram' dicit: 'Non tibi si pretium Campania terra daretur.'

[d] *Alumno suo*] Carausio Menapiæ non in Hungaria, sed in Flandria natum.

[e] *In Romanas transtulit nat.*] In Gallias Romanis subjectas, puta ut Ambianum, Bellovacum, Tricassinum et Lingonicum agrum colerent. Paneg. v. 21.

sed etiam feritatem ponere cogerentur. 4. Nam quid ego de receptione Britanniæ loquar? ad quam ita quieto mari[f] navigavit, ut oceanus ille, tanto vectore stupefactus, caruisse suis motibus videretur; ita pervectus, ut non comitata illum sit, sed præstolata victoria.

CAP. VI. 1. Quid de misericordia dicam, qua victis temperavit?[g] quid de justitia, qua spoliatis amissa restituit? quid de providentia, qua sociis sibi junctis se ejusmodi judicem dedit,[h] ut servitutem passos juvaret recepta libertas, culpæ conscios ad pœnitentiam revocaret impunitas? 2. Quid loquar rursus intimas Franciæ nationes, jam non ab iis locis, quæ olim Romani invaserant, sed a propriis ex origine[i] sui sedibus, atque ab ultimis barbariæ littoribus avulsas, ut, in desertis Galliæ regionibus collocatæ, et pacem Romani imperii cultu juvarent, et arma delec-

in Grut. et recentt. *omni h. pugnavit* Exc. Voss. et Guelph. *sed et feritatem* edd. vett. *sed etiam f.* Vet. Livin. Guelph. Exc. Voss. Grut. et edd. recentt. —4 Cuspin. *ipsa receptione.* Vet. Livin. *Britanniarum.* Mox, Livin. conj. *pervectus est.* Edd. vett. et Rivin. *comitata sit;* Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Guelph. Exc. Voss. Cuspin. Grut. et recentt. *comitata illum sit:*

CAP. VI. 1 Barthius legit, *qua a victis.* Guelph. *sibi junctis sociis;* Exc. Voss. *sibi junctisque sociis.* Edd. ante Arntzen. *se ejusmodi judicio dedit;* Pulm. conj. *se e. judicem dedit;* et sic habent codd. Gud. Put. Mœrl. et Exc. Voss. *se e. vindicem dedit* conj. Putean. Illud *judicio* pro glossemate habet Acidalius. *culpæ conscium* H. Steph. et Livin. *culpæ conscios* Guelph. Exc. Voss. Vet. Livin. Bertin. et reliquæ edd.—2 Edd. ante Arntz. *non jam;* Vet. Putean. Guelph. Exc. Voss. et Mœrl. *jam non.* Edd. vett. *ab his locis;* cod. Mœrl. *aliis locis;* unde Jæger. *ab iis locis;* et sic plane in Guelph. unde restituit Arntz. *suis sedibus* edd. ante Arntz. *sui sedibus* Pulm. et sic Schonhov. in marg. ed. Froben. *barbaricæ nationibus littoribus* Guelph. et Exc. Voss. unde Arntz. conj. *barbaricæ nationis littoribus.* Rivin. et edd. ante Grut. *etiam pacem;* Vet. Livin. Bertin. Guelph. Exc. Voss. Exc. Schonhov. Cuspin. Grut. et recentt. *et pacem;* et sic conj. Acidal. *dilectu* edd. vett. *delectu*

NOTÆ

[f] *Ita quieto mari*] Post recuperatas decimo tandem anno Britannias hunc victor ingreditur. Paneg. v. 19.

[g] *Victis temperavit*] *A victis temperavit,* Barthius Advers. XIV. 9.

[h] *Se ejusmodi judicem* [*judicio*] *dedit*] Abundare videtur vox illa *judicio:* igitur, illa ejecta, sensus est: Talem se præbuit, et præstitit, ut, &c. alii legunt, *se ejusmodi judicem;* vel potius, *se ejusmodi vindicem dedit, &c.*

[i] *Propriis ex origine*] Francos non modo in Galliis et Batavia, ubi grassabantur, sed etiam in Germanici maris parte septemtrionali, id est, in originis suæ loco, victos in desertas Gal-

tu? 3. Quid commemorem Lingonicam victoriam,[j] etiam Imperatoris ipsius vulnere gloriosam? quid Vindonissæ campos, hostium strage completos, et adhuc ossibus opertos? 4. quid immanem ex diversis Germanorum populis multitudinem, quam duratus gelu Rhenus illuserat,[a] ut insulam, quam divortio sui[k] idem amnis amplectitur, pedestri agmine ausa transmittere, repente laxato flumine, clauderetur, et, demissis statim obsessa navigiis, ita se dedere cogeretur, ut, quod difficilius est, sorte communi eligeret, quos captivitati traderet,[b] relatura cum reliquis suis infamiam proditionis suorum.

[a] *Quam concretus gelu Rhenus invitarat.*
[b] *Ut quod gravius est, quam si sortem communem experti essent, seligerent quos obsides darent.*

Guelph. et al. ap. Rhenan. quod restituit Arntz.—3 *Quid c. Bugonicam* Guelph. et Exc. Voss. *et imp.* edd. vett. et Rivin. *etiam imp.* Vet. Livin. Bertin. Guelph. Grut. et recentt. *et* delet Acidalius. *Vindonis campos* edd. ante Arntz. qui e codd. Gud. Mœrl. Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. et Exc. Voss. restituit *Vindonissæ campos.* Cf. supra IV. 2. 'Scribo *hostica*, vel *hostili tum strage.*' Barth. Adv. XIV. 11. 'Necessitatem non video.' *Arntz. sed adhuc* edd. ante Cellar. *et adhuc* conj. Livin. Bongars. Grut. et Acidal.—4 Guelph. *humanorum populis ex diversis Germanorum;* Exc. Voss. *diversis humanorum populis.* 'In Ms. Gud. et edd. Rh. Steph. Cusp. Liv. legitur *illuxerat.* Rhen. ad marginem: 'Opinor, legendum *illuserat.*' Et sic est in Ms. Mœrl. Schonhov. ad oram ed. Rhen. *illexerat* fortasse; et ita etiam nos legere jubet Acidalius, et in Lang. invenit Livineius, et ediderunt Parisienses cum Patarolo et Cellario. Sequens *ut ἐκβατικῶς* esse capiendum, facile patet.' *Jæger. illuxerat* quoque Exc. Voss. *complectitur* Rivin. et edd. ante Grut. *amplectitur* Vet. Livin. Bertin. Guelph. Exc. Voss. Grut. et edd. recentt. *ausa repente* edd. vett. *ausa aggredi, repente,* vel simile quidpiam conj. Rhenan. *ausa transmittere, repente* Guelph. Exc. Voss. Exc. Schonhov. Exc. Lang. Vet. Putean. Bertin. Cuspin. *dimissis* ex conj. Acidalii recepit Jæger. et sic quoque Guelph. Mox, edd. vett. *eligeret et ex æquo;* Vet. Livin. et Bertin. *eligeret et equos;* unde Livin. conj. *æquo se;* Acidal. *eligeret ex se, quos;* Vet. Putean. et al. *eligeret, quos.* Vide Nott. Varr. *cum reliquiis* plurimæ edd. *cum reliquis* Guelph. Puteol. Rhenan. H. Steph. Rivin. et Patarol.

NOTÆ

liarum partes abduxit, ut et has terras colerent et Romana signa sequerentur.

[j] *Lingonicam victoriam*] Constantius juxta Lingonas primum fugatus est a numerosissimo Alamanorum exercitu; mox ipso eodem die accensis suorum animis tanta vi integravit pugnam, ut sexaginta eorum millia ceciderit. Vid. Eutrop.

[k] *Divortio sui*] Insulam Bataviam quam olim, teste Plinio, prope centum millia pass. in longitudinem extensam, nunc multo angustiorem, Rhenus in duas partes se dividens undequaque involvit. Idem autem ille fluvius ex altera parte Rhenus dicitur, Vahalis ex altera. Hunc irrumpere ausos Francos obsedit pariter Constantius, et ad deditionem coëgit.

CAP. VII. 1. Dies me ante deficiet, quam oratio, si omnia patris tui facta vel hac brevitate percurram. Cujus etiam suprema illa expeditio[1] non Britannica tropæa, ut vulgo creditum est, expetivit, sed, Diis jam vocantibus, ad intimum terrarum limen accessit. 2. Neque enim ille, tot tantisque rebus gestis, non dico Caledonum, aliorumque Pictorum sylvas et paludes, sed nec Hiberniam proximam, nec Thulen ultimam, nec ipsas, si quæ sunt, Fortunatorum insulas dignabatur acquirere, sed, quod eloqui nemini voluit, iturus ad Deos, genitorem illum Deorum,[m] ignea cœli astra refoventem, prospexit Oceanum, ut, fruiturus exinde luce perpetua, jam videret illic diem pæne continuum.[n] 3. Vere enim profecto illi superum templa patuerunt, receptusque est consessu cœlitum, Jove ipso dexteram porrigente.[o] Quinimmo statim sententiam rogatus, cui impe-

CAP. VII. 1 Puteol. Rhenan. H. Steph. et Rivin. 1. *quam sic omnia;* Livin. *quam si omnia;* Vet. Putean. Bertin. Exc. Lang. Exc. Voss. Exc. Schonhov. Guelph. Cuspin. P. Steph. et recentt. *quam oratio, si omnia.* 'Male Guelph. *trophæa.*' Arntz. *certum est* edd. omnes ante Jæger. *cretum est* Bertin. unde Livin. conj. *creditum est;* et sic Vet. Putean. Gud. et Mœrl. *creditum est* quoque conj. Acidalius.—2 *Pictonum* Guelph. Puteol. Rhenan. H. Stephan. et Rivin. *Thilen* Guelph. *Tylen* Puteol. Rhenan. H. Stephan. et Rivin. *dignatur* Puteol. Rhenan. H. Stephan. et Rivin. 1. *dignabatur* Vet. Putean. Bertin. Guelpherb. Mœrl. Exc. Schonhov. Cuspin. et reliquæ edd. *nemo voluit* P. Steph. *nemini voluit* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. *fluctibus suis ignea* Cuspin. *fructurus* Puteol. Rhenan. H. Steph. Rivin. et al. vett. *futurus* Cuspin. Livin. Gud. P. Steph. *fruiturus* Bertin. Rhenan. et H. Steph. in marg. item Parisienses, Patarol. Cellar. Jæger. 'Vulgatum *fruiturus* primus dedit Grut. recte. Cf. ad Vell. Paterc. II. 104. 3.' *Arntz.*—3 Rhenan. H. Steph. Rivin. 1. et Livin. *illum S. t. petierunt;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Exc. Schonhov. Mœrl. Paris. Patarol. Cellar. Cuspin. P. Steph. et recentt. *illi S. t. patuerunt,* probante Livin. 'Rh. Steph. *concessu cœli,* et in marg. *consessu.* Liv. *consessu cœli.* Put. *consensu cœlitum.* Mœrl. *consensu cœli.* Schonhov. *consessu cœlitum,* et plane ita Ms. Gud. cum ed. Cusp. (excepto, quod separant, quod junctim legendum est, *cœli tum*) et sic Paris. Pat. cum Cellar.' *Jæger. sententia* Rivin. 1. et edd. ante Livin. *sen-*

NOTÆ

[l] *Illa expeditio*] Adversus Pictos.

[m] *Genitorem illum Deorum*] Ita Oceanum appellat Homerus Iliad. Ξ. 201. 'Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν. *Et Divum Tethyn matrem, Oceanumque parentem.* Fortasse quia Solem, communem omnium parentem, quem ignem esse Stoici putant, aquis suis pascit.

[n] *Diem pæne continuum*] Propter sphæræ obliquitatem et solis deflectionem. Juvenal. Sat. II. 161. 'minima contentos nocte Britannos.' Tacit. in Jul. Agricolæ Vita: 'Nox clara et extrema Britanniæ parte, brevis, ut finem, atque initium lucis exiguo discrimine internoscas,' &c.

[o] *Dexteram porrigente*] Extat Con-

rium decerneret, dixit, ut decebat, Constantium Pium.[p] Manifeste enim sententia patris electus es[q] Imperator. 4. Quod quidem ita nos dicere cum veritas jubet, tum pietati tuæ,[r] ut video, gratissimum est. Sed cur tantummodo privatis tuis affectibus blandiamur? cum omnium Deorum fuerit illa sententia, et quidem jampridem auctoritate perscripta,[s] quamvis tum pleno firmata sit consilio. 5. Jam tunc enim cœlestibus suffragiis ad salutem reipublicæ vocabaris, cum ad tempus ipsum, quo pater in Britanniam transfretabat, classi, jam vela facienti, repentinus tuus adventus illuxit: ut non advectus cursu publico, sed divino quodam advolasse curriculo videreris.

tentiam Exc. Schonhov. aliique codd. et edd. recentt. *ut decebat dixit* Puteol. Rivin. Cuspin. Rhenan. Steph. *ut dixit decebat* Vet. Putean. *dixit, ut decebat* Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Guelph. Grut. et edd. recentt. *Constantinum Pium* Guelph. et edd. ante Grut. ita quoque Rivin. *Constantine* Vet. Putean. *Constantium Pium* Vet. Bertin. Grut. et edd. recentt. *electus est* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Paris. *electus es* Vet. Putean. Gud. Mœrl. Baun. Patarol. Cellar. et recentt. Acidalius conj. *electus es, quod.*—4 *Quod ita nos* Rivin. et edd. ante Grut. *Quod quidem ita nos* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Guelph. Grut. et edd. recentt. *tantum non privatis* Bertin. *private* Guelph. in quo sequentia usque ad *perscripta* desunt. Voc. *pridem* deest in edd. vett. et Rivin. extat vero in Exc. Schonhov. Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Grut. et recentt. *præscripta* Exc. Lang. et edd. vett. *perscripta* codd. Gud. Put. Mœrl. et edd. recentt. *quamvis pleno* Exc. Lang. Exc. Schonhov. Cuspin. *quamvis tum pleno sit firmata* Vet. Livin. Bertin. *quæ tum pleno, &c.* Rhenan. Stephan. Livin. Rivin. *quamvis tum pleno firmata sit* Guelph. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Paris. Patarol. Cellar. Baun. et recentt.—5 *Jam tunc cœlestibus* ed. Livin. *enim* servant reliqui, tum scripti tum editi. *signis suffragiis* edd. vett. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. 'Importuna ista vox *signis*, quæ sine dubio ex margine in contextum irrepsit, abest a codd. Livin. Bertin. Put. Mœrl. Guelph. Cuspin. et edd. recentt. eamque abesse debere et Livin. et Acidal. recte judicarunt.' *Arntz.* *in B. transferebat* Mœrl. Pro *cursu*, Acidal. conj. *curru*.

NOTÆ

stantini nummus quadrijugo curru in cœlum evolantis; desuper manus e cœlo porrecta: similem haud dubie nummum Constantio fuisse oportet.

p *Constantium Pium*] Id respondit, quod pium imperatorem deceret. Videtur autem Constantius peculiari quodam nomine *Pius* dictus c. VIII. 'Dii boni, quanta Constantium Pium etiam in excessu suo felicitate donastis!' Paneg. VIII. 4. 'Erat ille Maximiani suppositus, tu Constantii Pii filius.'

q *Electus es*] Ita restituendum fuit ad integritatem sensus, juxta veterem codicem.

r *Pietati tuæ*] Nihil enim æque gratum tibi, quam si a patre electus sis imperator.

s *Auctoritate perscripta* [*præscripta*] Id est, irrevocabilis quasi præscriptionis jure.

CAP. VIII. 1. Non enim ulla Persarum, Cydonumve[a] tela tam certis jactibus destinata fixerunt, quam tempestivus patri tuo, terras relicturo, comes affuisti, omnesque illius curas,[b] quas præsaga et tacita mente volvebat, præsentiæ tuæ securitate laxasti. 2. Dii boni, quanta Constantium Pium etiam in excessu suo felicitate donastis! Imperator transitum facturus in cœlum vidit, quem relinquebat hæredem. Illico enim atque ille terris fuerat exemtus, universus in te consensit exercitus,[c] te omnium mentes, oculique signarunt, et, quanquam tu[d] ad seniores Principes de summa republica, quid fieri placeret, retulisses, prævenerunt studio, quod illi mox judicio probaverunt. 3. Purpuram statim tibi, cum primum copiam tui fecit egressus, milites, utilitati publicæ magis quam tuis affectibus servientes, injecere lacrymanti. Neque enim[e] fas erat diutius fleri Principem consecratum. 4. Diceris etiam, Imperator

CAP. VIII. 1 Edd. ante Grut. *illa Persarum;* ita quoque Rivin. 1. *ulla Persarum* Vet. Livin. Bertin. Exc. Schonhov. alii codd. Cuspin. Grut. et recentt. *certis ictibus* Mœrl. et sic conj. Arntz. pater. *fixerint* malit Ritters. *comes advenisti* Bertin.—2 *Constantinum Pium* Guelph. et edd. ante Grut. *consedit exercitus* Puteol. Rivin. Rhenan. Steph. Livin. *conscendit e.* Gud. Vet. Livin. et Bertin. *conscendet e.* Mœrl. *consensit* Exc. Lang. Exc. Schonhov. Parisienses, Cellar. Patarol. et recentt. *quanquam tua* edd. vett. *quanquam tu* Guelph. Rhenan. H. Steph. Baun. Patarol. et Jæger. et sic conj. Ritters. *summa reipublicæ* Guelph. H. et P. Steph. Rhenan. Rivin. Baun. et Jæger. Vulgatum tuentur notata a Zinzerlingio Promuls. Crit. 48. et ita 'summa res,' de qua Jæger. ad Mamert. Julian. II. 6. *tamen studio* edd. vett. *tamen* abest in Guelph. Vet. Livin. et Bertin.—3 Guelph. Rhen. Steph. Livin. Paris. Patarol. Cellar. *primus copiam;* Vet. Putean. et Mœrl. *primum copiam,* quod recepit Jæger. *primo copiam* Exc. Schonhov. et Cuspin. ita quoque marg. ed. Rhenan. '*tuis effectibus* Guelph. male.' *Arntz. fas est* Mœrl.—

NOTÆ

[a] *Cydonum*] Cydones populi insulæ Cretæ, quorum urbs a Strabone 'Cydonia,' a Ptolemæo 'Cydonis,' ab aliis 'Cydon' appellatur.

[b] *Omnesque illius curas*] Ita Eusebius libro de vita Constantini. Addit vero Zonaras 'Constantio agrotanti, et ob ceterorum filiorum ineptam indolem mœsto, angelum astitisse qui juberet, Constantino relinquere imperium.'

[c] *Consensit exercitus*] Annitente Eroco Alamanorum rege, qui ei adversus Pictos Britanniæ populos auxilio venerat. Vid. Victor.

[d] *Et, quanquam tu*] Rhenani editionem sequor. In aliis enim est, *et quanquam tui ad seniores principes de summa republica,* mendose mea quidem sententia.

[e] *Neque enim*] Neque enim diutius erat in luctu immorandum, ut cœlo donatum et consecratum Constantium defleremus.

invicte, ardorem illum te deposcentis exercitus fugere conatus, equum calcaribus incitasse.[f] Quod quidem, ut verum audias, adolescentiæ errore faciebas. 5. Quis enim te Cyllarus,[g] aut Arion[h] posset eripere, quem sequebatur imperium? Illa, inquam, illa majestas, quæ Jovis subjecta nutu, nec Iridi, Deum nuntiæ, sed pinnis commissa Victoriæ, tam facile te comitata est, quam cito ad terras cœlo missa perveniunt. 6. Sic modestiam tuam, atque pietatem, et differendi imperii conatus ostendit, et reipublicæ felicitas vicit.

CAP. IX. 1. O fortunata, et nunc omnibus beatior terris Britannia, quæ Constantinum Cæsarem prima vidisti![i] 2. Merito te omnibus cœli ac soli bonis natura donavit, in qua nec rigor est[j] nimius hyemis, nec ardor æstatis, in

5 Gud. *boni subrata nutu;* Acidal. conj. *subrecta*, idque recepit Cellar. *sed prius commissa* edd. omnes, præter Cellar. in qua legitur *sed ipsi commissa*, ex conj. Acidalii; *sed pinis c.* Vet. Putean. Bertin. unde Livin. conj. *pennis;* Mœrl. et Gud. exhibent *sed pinnis c.* ut conj. Putean. Pro *comitata*, Bertin. habet *continuata*, ut conj. Acidal.

CAP. IX. 1 Acidal. conj. *et una omnibus.* Cod. Mœrl. *prima prævidisti.*—2 Rhenan. conj. *nimius*, aut *nimiæ hyemis;* etiam Guelph. Vet. Putean. Mœrl. Exc. Schonhov. Cuspin. Livin. et edd. recentt. *nimius;* edd. Rhenan. et Steph. *nimis hyemis.* Acidalius putat, hunc errorem ab hæsitatione librarii ortum esse, et legi jubet, *rigor est hyemis.* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. 1.

NOTÆ

[f] *Calcaribus incitasse*] Equum quidem calcaribus Constantinum incitasse refert Victor Schotti, cum effugiens Roma ubi obses religionis a Galerio tenebatur, veredis post se truncatis ad patrem in Britanniam convolaret: id vero ipsum præstitisse ut exercitus ipsum ad imperium deposcentis votis sese subduceret, nemo est, opinor, qui dixerit præter panegyristen istum.

[g] *Cyllarus*] Castoris equus est, quem Juno a Neptuno acceptum ei tradidit. De hujus pernicitate passim apud poëtas. Propert. II. 7. 'Non mihi sat magnus Castoris iret equus.' Virg. Georg. III. Pollucis equum fuisse dicit: 'Talis Amyclei domitus Pollucis habenis Cyllarus.' Sed hic fratrem pro fratre posuit licentia poëtica ut notat cum ceteris Virgilii interpretibus Servius.

[h] *Arion*] Equus Adrasto a Neptuno datus, cujus pariter pernicitatem celebrat Statius Theb. VI. aliique passim poëtæ.

[i] *Prima vidisti*] Utrum nascentem? ut inde colligunt, quicumque Constantinum Britannum faciunt; an imperantem? aut Cæsaris certe appellatione insignitum? ut contendunt alii. Id enim Eboraci, quæ Britanniæ civitas est, contigisse, nemini dubium est.

[j] *In qua nec rigor est*] Auctor Panegyrici respexit ad locum Taciti de

qua segetum tanta fœcunditas, ut muneribus utrisque sufficiat et Cereris et Liberi, in qua nemora sine immanibus bestiis, terra sine serpentibus noxiis; contra pecorum mitium innumerabilis multitudo, lacte distenta, et onusta velleribus; 3. certe quidem, quod propter[k] vitam diligitur, longissimæ dies, et nullæ sine aliqua luce noctes, dum illa littorum extrema planities non attollit umbras, noctisque metam cœli et siderum transit aspectus; ut sol ipse, qui nobis videtur occidere, ibi appareat præterire. 4. Dii boni, quid hoc est, quod semper ex aliquo supremo fine mundi nova Deum numina, universo orbi colenda, descendunt?[a] Sic Mercurius a Nilo,[l] cujus fluminis origo nescitur,[m] sic Liber ab Indis,[n] prope consciis solis orientis,[b] Deos se gentibus ostendere præsentes. 5. Sacratiora sunt profecto mediterraneis loca vicina cœlo, et inde propius a Diis mittitur Imperator, ubi terra finitur.

[a] *Quod semper ex aliqua extrema parte mundi novi Dii veniunt universo orbi colendi?*
[b] *In ea fere parte ubi oritur sol.*

muneribus utriusque; Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Schonhov. Mœrl. Guelph. Cuspin. Paris. Grut. Patarol. Cellar. Jæger. *m. utrisque.* Guelph. *pecorum nemora mitium.*—3 Rhenan. Steph. Livin. et Rivin. *certe, quod propter vitam diligitur;* Cuspin. Paris. Patarol. et Cellar. *certe quidem, quod propter vita diligitur;* Schonhov. in ora ed. Froben. Baun. et Jæger. *certe quidem propter quod vita d.* probante Puteano; *certe quid. propter vitam d.* Gud. et Mœrl. *certe quidem propter vita diligitur* Vet. Livin. Bertin. *quidem* omissum est in edd. ante Grut.—4 Guelph. *origo nascitur.*—5 *Sacretiora* Rhenan. et al. vett. *Secretiora* Livin. *Sacratiora* Vet. Putean. Bertin. Exc. Lang. Exc. Schonhov. Cuspin. H. Steph. et recentt. et sic conj. Rhenan. *Dii terraneis loca* Rivin. et edd. ante Grut. *Diis terraneis loca* Guelph. Vet. Putean. *mediterraneis loca* conj. Rhenan. et sic Exc. Lang. cum edd. Grut. et recentt. *proprius a Diis* edd. vett. *propriis a Diis* Guelph. *propius a Diis* Vet. Putean. Exc. Lang. P. Steph. Grut. et recentt. et sic conj. Rhenan. *terra fruitur*

NOTÆ

Agricolæ Vita, ubi idipsum habet in lib. de Britanniæ situ, temperie, fertilitate.

[k] *Quod propter* [*propter quod*] Non *quod propter*, ut in vulgaribus editionibus est.

[l] *Mercurius a Nilo*] Plures Mercurii fuere. Alius in Cyllene Arcadiæ monte natus, de quo Virg. Æneid. VIII. 138. Alius in Bæoticis non procul a Tanagris in Corycio monte. Hic de eo sermo est, qui in Ægypto natus: notior vero est, quam ut ejus gesta commemorem.

[m] *Fluminis origo nescitur*] De Nili origine Isaacus Vossius in commentario super ea re, quem tu consule.

[n] *Liber ab Indis*] Atqui Thebanus

CAP. X. 1. Imperatoris igitur filius, et tanti Imperatoris, et ipse tam feliciter adeptus imperium, quo modo rempublicam vindicare cœpisti? Ignobilem, credo,[o] aliquam barbarorum manum, quæ repentino impetu, et improviso latrocinio ortus tui auspicia tentasset, affecisti pœna temeritatis. 2. Reges ipsos Franciæ,[p] qui, per absentiam patris tui, pacem violaverant, non dubitasti ultimis punire cruciatibus: nihil veritus gentis illius odia perpetua, et inexpiabiles iras. 3. Cur enim ullam reputet justæ severitatis offensam Imperator, qui, quod fecit, tueri potest? Tuta clementia[q] est, quæ parcit inimicis, et sibi magis prospicit, quam ignoscit. 4. Te vero, Constantine, quantumlibet oderint hostes, dum perhorrescant. Hæc est enim vera virtus,[r] ut non ament, et quiescant. Cautior licet sit, qui devinctos habet venia perduelles,

edd. ante P. Steph. *terra finitur* conj. Rhenan. et sic legitur in Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Exc. Schonhov. Guelph. Cuspin. et recentt.

CAP. X. 1 Edd. ante Livin. *aliquem barbarorum manumque;* Livin. et aliæ deinceps edd. *aliquam barbarorum manum repentino . . . . tentasse;* Rhenan. item conj. *aliquam b. manum repentino, &c.* Vet. Putean. Guelph. et Exc. Schonhov. *aliquam barbarorum manum, quæ, &c.* Vide Nott. Varr. *tentasse* edd. ante Grut. *tentasset* Guelph. Vet. Putean. Mœrl.—2 Voc. *perpetua* deest in edd. vett. extat vero in Guelph. Mœrl. Exc. Schonhov. Vet. Putean. Bertin. Cuspin. Parisiens. Cellar. Baun. Patarol. et recentt. 'Nec male huic substantivo (*odia*) id adjungitur, ut sequenti *inexpiabiles*.' Arntzenius.—3 Male Guelph. *severitas offensus.* Mox, *Tua c. est* edd. vett. *Sua c. est* conj. Schonhov. *Stulta c. est* conj. Putean. et Acidal. *Tuta c. est* conj. Livin. et sic edidere Grut. Patarol. Jæger. et recentt. *nec sibi* conj. Acidal. *qui ignoscit* emend. Putean. 'Vulgata placet propter *magis*.' Arntz.—4 Edd. vett. *habet per veniam;* Gud. Mœrl. Exc. Schonhov. et Cuspin. *habet venia.*—5 Mendose

NOTÆ

erat, sed et Indos petiit, delevitque. Unde victor reversus divinis honoribus exceptus est.

[o] *Ignobilem, credo*] Tangit Maximiani de Bagaudis victoriam, quam ut Constantino aduletur elevat. Maximianus autem videtur tum obiisse.

[p] *Reges ipsos Franciæ*] Ascaricum et Regaisum, qui contra fœdus cum Constantio initum se commoverant. Hos Constantinus in theatrum induxit belluis dilaniandos. Vid. Eutrop.

[q] *Tuta* [*tua*] *clementia*] Alii *stulta clementia est*, id est, stultum est parcere inimicis ex metu, et sibi potius prospicere, quam ex pia quadam voluntate aliis ignoscere. Gruterus, *Tuta clementia est*, id est, cautior est; et utrumvis elige.

[r] *Vera virtus*] Vera virtus est facere ut, vel qui te non ament, placide tibi obtemperent.

fortior tamen est, qui calcat iratos. 5. Renovasti, Imperator, veterem illam Romani imperii fiduciam, quæ de captis hostium ducibus vindictam morte sumebat. 6. Tunc enim captivi reges, cum a portis usque ad forum triumphantium currus honestassent, simul atque in Capitolium currum flectere cœperat imperator, abrepti in carcerem, necabantur. 7. Unus Perses,[a] ipso Paulo, qui dedentem susceperat, deprecante, legem illius severitatis evasit. Ceteri omnes, in vinculis luce privati, aliis regibus dedere documentum, ut mallent amicitiam colere Romanam, quam exasperare justitiam. 8. Adeo et hoc boni confert pœna hostibus irrogata, ut non solum inimici ferocire non audeant, sed etiam amici impensius revereantur.

CAP. XI. 1. Inde igitur est, Imperator, pax ista, qua fruimur. Neque enim jam Rheni gurgitibus, sed nominis tui terrore munimur. Quamlibet ille aut arescat æstu, aut resistat gelu, neutro hostis audebit uti vado. 2. Nihil enim tam insuperabili vallo natura præcludit, quod non

Guelph. *fiducia, q. de capitis.*—7 *Unus per se* edd. ante Grut. *Unus Perses* Exc. Lang. Grut. et recentt. *Unus Perseus* Faber, Acidal. et Van. Hoven. Otiis Litt. tom. I. p. 52. *sedentem se acceperat* edd. vett. *dedentem se acceperat* Vet. Livin. Bertin. et sic conj. Acidal. *dedentem se ceperut* Exc. Lang. *dedentem sede*, vel *sede dedentem se acceperat* legi jubet Van Hoven. *decentem susceperat* Vet. Putean. *susceperat* etiam Gud. et Mœrl. Vide Nott. Varr. *legis illius severitatem* emend. Ritters. Mox, *omnes* deest in Rivin. et edd. ante Grut. extat in Vet. Livin. Bertin. Guelph. edd. Cuspin. Grut. et recentt. *luce privasti* Guelph. *Romanorum* Rivin. et edd. vett. *Romanam* Vet. Livin. Bertin. Guelph. Livin. Grut. et recentt. 'In ed. Pataroli post *documentum* est τελεία στιγμὴ, omissis verbis, *ut mallent .... justitiam.* Credo errorem esse operarum; nam in translatione verborum omissorum sententiam exprimit.' *Jæger.*—8 Puteol. *revertantur;* Cuspin. *te vereantur.*

CAP. XI. 1 *Inde est igitur* edd. ante Arntz. *Inde igitur est* Vet. Livin. et Guelph. *in Rheni jam* edd. vett. *in* delent Vet. Livin. Vet. Putean. Bertin. et sic conj. Acidal. *jam Rheni* e Vet. Putean. et Vet. Livin. primus recepit Arntz. *residat gelu* edd. vett. et Rivin. *resistat gelu* Vet. Livin. Bertin. Exc. Laug. Guelph. Grut. et recentt.—2 *Nihil tam,* omissa voce *enim*, Mœrl. *præclusit* edd. ante Arntz. *præcludit* Vet. Livin. Bertin. Mœrl. et Gud. *spes*

NOTÆ

[a] *Unus Perses*] Perses Macedonum rex an. U. C. 576. Philippo patri successit. Is undecimo post anno a Paulo Æmilio victus ante victoris sui triumphalem currum ductus est. Vid. Liv. lib. XL. Justin. lib. XXXIII. Plutarch. in Paulo Æmil. Vell. Paterc. &c.

penetret audacia, cui aliqua conandi spes relinquatur. Ille est inexpugnabilis murus, quem exstruit fama virtutis.[a] 3. Sciunt posse[b] Franci transire Rhenum, quos ad necem suam libenter admittas; sed nec victoriam possunt sperare, nec veniam. Quid ipsos maneat, ex regum suorum cruciatibus metiuntur, ideoque tantum abest, ut amnis illius transitum moliantur, magis ut cœpto ponte[c] desperent. 4. Ubi nunc est illa ferocia? ubi semper infida mobilitas? Jam ne procul quidem in Rhenum oculos audetis attollere, et vix securi flumina interiora potatis. 5. Contra hinc per intervalla disposita magis ornant limitem castella,[d] quam protegunt. Arat illam terribilem aliquando ripam inermis agricola, et toto nostri greges flumine

reliqua conj. Grut. *fama virtuti* Cellar. Patarol. et codd. et edd. ante Baun. *fama virtutis* conj. Livin. et Acidal. receperunt Baun. et Jæger.—3 *Sciunt posse se* conj. Livin. recepit Baun. *Sciunt p. F. transiri* Schonhov. *transiet* ed. Rhenan. *transire* Vet. Putean. et reliquæ edd. ‘Acidalius pro *desperent* legit *deserant*, idque patere affirmat ex sequentibus. Sed hoc nihili est, nec tollit difficultatem. Baunius hæc verba, *comperta potestate*, ita explicat: Ex quo intellexerunt, quid possis. Sed multo melior videtur expositio Livineii. In Ms. Mœrl. legitur, *cotempta pote*, unde non facile sani quid potest extricari. Gud. *coëmta pote*. Schonhov. notat, *cœpto ponte;* uti Puteanus quoque legi jubet, et in Pulm. scriptum se invenisse testatur. Cum his etiam facit Cellarius, lectionem hanc simpliciorem esse ceteris judicans, quem sequor.’ *Jæger*. Vide Nott. Varr.—4 Rhenan. H. Steph. et Rivin. *nobilitas;* Guelph. Exc. Schonhov. et edd. recentt. *nobilitas;* et sic Acidal. *in Rhenum audetis attollere* edd. ante Grut. *accolere* conj. Schonhov. et Acidal. et sic legitur in Exc. Lang. Grut. et recentt. Vide Nott. Varr. *ut vix* Guelph. *interiora petitis* Rhenan. Rivin. Steph. et edd. vett. *i. potatis* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Guelph. Exc. Schonhov. Mœrl. Cuspin. Grut. et edd. recentt.—5 Edd. vett. et Rivin. *toto nostri*, omissa conjunctione *et;* Rhenanus malit *tot;* Exc. Lang. *tuto;* Guelph. Vet. Putean. et Vet. Livin. *et toto;* et sic Grut. et recentt. *flumine b. versantur* Livin. et P. Steph. *greges*

NOTÆ

[a] *Fama virtutis*] Ita restitui post Acidalium pro *fama virtuti*.

[b] *Sciunt posse*] Addidi *se* ex suspicione Livineii. Ita enim videtur sensus requirere.

[c] *Cœpto ponte* [*comperta potestate*] Id est, ex quo intellexerunt quid possis. Gruterus mavult legi, *cœpto ponte;* quia enim in Ms. erat *pote* pro *ponte*, acceptum illud ab imperitis librariis pro *potestate*. Pro qua conjectura facere videtur illud cap. XIII. ‘Insuper etiam Agrippinensi ponte faciundo reliquiis afflictæ gentis insultas... ex quo nemo dubitat, quid perfecto ponte facturi sint, qui jam serviunt inchoato.’

[d] *Castella*] Varia erant disposita ad Rheni ripam castella, quibus Germanorum incursiones prohiberentur.

bicorni [e] mersantur. 6. Hæc est tua, Constantine, de Ascarici, Regaisique supplicio, quotidiana atque æterna victoria, omnibus quondam secundis prœliis anteponenda: 7. Semel acie [f] vincitur, sine fine documento. Cladem suam, quamvis multi pereant, vulgus ignorat; compendium est, devincendorum hostium duces [g] sustulisse.

CAP. XII. 1. Ut tamen omnibus modis barbarorum immanitas frangeretur, nec sola hostes regum suorum supplicia mœrerent, etiam immissa Bructeris [h] vastatione fecisti, Imperator invicte. 2. In quo prima consilii tui fuit ratio, quod exercitu repente trajecto inopinantes adortus es, non quo aperto Marte diffideres, ut qui palam congredi maluisses, sed ut illa natio, perfugiis sylvarum et paludium bellum solita frustrari, fugæ tempus amitteret. 3. Cæsi igitur innumerabiles; capti plurimi. Quicquid fuit pecoris, captum, aut trucidatum est. Vici omnes igne consumti. Puberes, qui in manus venerunt, quorum nec perfidia erat apta militiæ, nec ferocia servituti, ad pœnas

bicorne mersantur Guelph. *mersantur* etiam Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. Grut. et edd. recentt.—6 *Asacari cinere Gaisique* Puteol. H. et P. Steph. Rivin. et al. vett. ante Grut. *Asacari cumero Geasi* Vet. Putean. *Assacari Cymero Craisique* Gud. *Asacari Cymero Gaisique* Mœrl. *Ascharygi Ragaysique* Exc. Schonhov. *Ascarici Regaisique* Exc. Lang. Grut. et edd. recentt.—7 Interpunxit Jægerus, *comp. est d. hostium, duces sustulisse.*

CAP. XII. 1 Voc. *sola* deest in Rivin. et edd. ante Grut. extat vero in Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Guelph. Exc. Schonhov. et Cuspin. recepit Grut. postea alii. *immensam Bruteris vastationem* Rhen. Rivin. 1. Livin. Steph. et edd. vett. *immissa Bructeris vastatione* Vet. Put. Vet. Bertin. Exc. Lang. Guelph. Cuspin. Grut. et recentt.—2 Guelph. *ratio fuit, quod excitu repente.* Mox, Grut. *non quod aperto.* Mœrl. *profugiis sylvarum.* Guelph. et Baun. *paludum.* 'Pontanus Orig. Franc. IV. 4. citat *tempus omitteret*, quod neque in codd. nec edd. inveni; at vulgata præstat.' *Arntz.*—3 *Quicquid f. p. interceptum.* Brouwer. Annal. Trever. III. p. 205. Mox, pro *dati*, ed. Paris. habet *vati;* Van Hoven mallet *servati.* Pro *ferocia* Guelph. *fortiora.*

NOTÆ

[e] *Flumine bicorni*] Rheno lavantur. Virg. Georg. I. 272. 'Balantumque gregem fluvio mersare salubri.'

[f] *Semel acie*] Semel acie vicisti, sed hoc justæ severitatis exemplo in perpetuum eos comprimis.

[g] *Hostium duces*] Videtur in eo loco nimius, sed nimirum, ut actum illud, quod paulo durinsculum erat, hac arte emolliat.

[h] *Bructeris*] *Bructeri* Germaniæ populi, quos alii in Frisia Orientali, alii in Westphalia collocant, ubi nunc Markiæ comitatus.

spectaculo dati, sævientes bestias multitudine sua fatigarunt. 4. Hoc est, Imperator, fretum esse virtute sua, atque fortuna; hoc est, non pacem emere parcendo, sed victoriam quærere provocando.

CAP. XIII. 1. Insuper etiam Agrippinensi ponte[i] faciundo reliquiis afflictæ gentis insultas, ne unquam metus ponat, semper horreat, semper supplices manus tendat, cum tamen hoc tu magis ad gloriam imperii tui, et ornatum limitis facias, quam ad facultatem, quoties velis, in hosticum transeundi: quippe cum totus armatis navibus Rhenus instructus sit, et ripis omnibus usque ad oceanum dispositus miles immineat. 2. Sed pulchrum tibi videtur, et re vera pulcherrimum est, ut Rhenus ille, non solum superioribus locis, ubi aut latitudine vadosus, aut vicinia fontis exiguus, sed etiam ibi novo ponte calcetur, ubi totus est, ubi jam plurimos hausit amnes, quos hic noster ingens fluvius, et barbarus Nicer, et Mœnus invexit, ubi jam immani meatu ferox, et alvei unius impatiens in sua cornua gestit excedere. 3. Servit profecto, Constantine maxime, ipsa rerum natura numini tuo, cum in illa gurgitum altitudine tantarum molium fundamenta jaciuntur, fidam et stabilem firmitatem habitura. 4. Junxerit quondam licet Hellesponti angustias classe connexa Persarum rex[j] po-

CAP. XIII. 1 Edd. vett. *ponte faciendo;* Guelph. Vet. Livin. Cuspin. Grut. et recentt. *p. faciundo.* Mox, Guelph. *metum ponat . . . . manus tendant.* Edd. ante Grut. *in hostem transeundi;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Schonhov. Cuspin. et recentt. *in hosticum transeundi,* probante Ritters. *in hosticum transferendi* Guelph. *tot armatis* Mœrl. *totis armatis* Guelph.—2 Rivin. et edd. ante Grut. *sed et ibi;* Guelph. Bertin. et edd. recentt. *sed etiam ibi.* 'Patarol. dedit *et meus,* forte pro *Menus,* quod habet Rhenan.' *Arntzenius.*—3 Mœrl. et Guelph. omittunt τὸ *maxime.*—4 In Guelph. omnia sunt omissa a

NOTÆ

[i] *Agrippinensi ponte*] Agrippina colonia *Cologne* olim Agrippina Ubiorum, Agrippinæ Neronis matris patria. Urbs Germaniæ inferioris præclarissima ad Rhenum, libera et emporium: media inter Treverim et Monasterium urbem, cujus archiepiscopus elector est imperii.

[j] *Persarum rex*] Xerxes Darii Hystaspis filius, paterni regni atque odii in Græcos hæres, navibus Hellespontum junxit, atque, ut Eutropii verbo utar, 'contabulavit,' Olymp. 75. Herodoti Diod. sic Justin. Plutarchus, &c.

tentissimus, temporarius ille transitus fuit. Simili navium continuatione Baianum sinum straverit ab Augusto tertius Cæsar;[k] delicata fuit illa vectatio Principis otiosi. Hoc opus et difficile factu, et usu futurum est sempiternum. 5. Certe quidem jam tibi in exordio sui[l] hostium movit obsequia, qui pacem supplices petierunt, nobilissimos obsides obtulerunt. Ex quo nemo dubitat, quid perfecto ponte facturi sint, qui jam serviunt inchoato.

Cap. xiv. 1. Talibus te pro utilitate, ac dignitate publica rebus intentum averterunt in se novi motus ejus hominis,[m] quem successibus tuis maxime favere decuisset. De quo ego, quemadmodum dicam, adhuc ferme dubito, et de nutu numinis tui expecto consilium. 2. Quamlibet enim merito pietatis tuæ questibus arguatur, debet tamen sibi vox privata moderari,[a] præsertim cum eum, qui tibi ex tantis beneficiis tuis, et tanto necessitudinum fonte

[a] *Etenim licet tua in eum pietas habeat justam causam de ipso conquerendi, homo tamen privatus debet suo sermoni modum ponere.*

connexa ad *Baianum.* Livin. *Augusto tertio Cæsare;* Vet. Putean. *Aug. tertius Cæsar.*—5 Rivin. 1. et edd. vett. *jam ter;* Vet. Putean. Vet. Livin. Guelph. Exc. Schonhov. Bertin. Cuspin. et edd. recentt. *jam tibi,* 'quod, ex noto dativi usu, recte recepit Grut.' *Arntzenius.* Edd. vett. *in exordio suo;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Exc. Schonhov. Rhenan. Steph. et recentt. *in e. sui.* Tota hæc periodus a *certe* ad *petierunt* omissa est in Guelph.

Cap. xiv. 1 *Talibus porro te utilitate* Guelph. unde Arntz. conj. *porro te pro utilitate.* Edd. vett. et Rivin. 1. *avertunt in se;* Vet. Putean. Mœrl. Guelph. Bertin. Cuspin. Grut. Paris. Patarol. Cellar. et recentt. *averterunt in se.* 'Recte restituit Grut.' *Arntz.* Voc. *maxime* deest in Guelph. Mox, pro *ferme,* Acidal. conj. *per me.*—2 Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *vox prima;* Rhenan. in ora, 'al. *patria,*' improbante Jæger. *vox privata* Vet. Putean. Bertin. Exc. Lang. Exc. Schonhov. Guelph. Cuspin. Acidal. P. Steph. Grut. et recentt. *tibi* deest in Mœrl. *necessitudinum fore* edd. quædam vett. *n. favore* Exc. Schonhov. Exc. Lang. Cuspin. P. Steph. Cellar. Patarol. *n. jure,* vel *fœdere,* conj. Acidal. *n. fonte* Vet. Putean. Gud. et Mœrl. quod restituit

NOTÆ

[k] *Tertius Cæsar*] Caligula. Sueton. cap. 19. 'Baiarum medium intervallum Puteolanas ad moles tria millium et sexcentorum fere passuum ponte conjunxit,' &c.

[l] *In exordio sui*] Supple *imperii.*

[m] *Ejus hominis*] Maximiani, quem a Maxentio pulsum, ejectum ex Italia, Treveris perhumaniter exceperat, accepta etiam in uxorem Fausta ejus filia.

ingratus extiterit, adhuc contemplari cogat,[n] ut quasi ira referveat. 3. Quid faciam igitur, ut tam profunda vulnera suspensa manu tractem? Usurpabo nimirum illa communia omnium facinorum patrocinia, quæ tamen plerumque etiam a sapientibus asseruntur,[b] neminem hominem peccare nisi fato,[o] et ipsa scelera mortalium actus esse fortunæ, contra autem Deorum munera esse virtutem. 4. Gratulare, Constantine, naturæ, ac moribus tuis, quod te talem Constantius Pius genuerit, talem siderum decreta formarint, ut crudelis esse non possis. 5. Illum autem non credo,[p] cum, venturus in lucem, optionem vitæ, qua uteretur, acciperet, sortem incurrisse fugiendam, quæ multis hominibus injustum, et postremo ipsi voluntarium ferret exitium. 6. Ut enim alia mittam, hoc ipsum nonne fati necessitas tulit, ut ille pietati tuæ hanc referret vicem, quem tu ab urbe

[b] *Utar communi illa defensione scelerum quam usurpare sæpe etiam sapientes solent.*

Arntz. Vide Nott. Varr. *ingratus existeret* Puteol. Rhenan. H. Steph. Rivin. 1. i. *extiterit* Vet. Putean. Mœrl. et reliquæ edd. *contemplatui cogat ut quamvis irati revereat* edd. ante Cellar. nisi quod *contemplativi* habent Rhenan. H. Steph. et Rivin. *contemplatione tui cogat, ut, quamvis irati, revereamur* Cellar. ita Patarol. nisi quod habet *contemplatio tui*, ex conjectura Merceri et Acidal. Vet. Putean. *contemplari cogat ut quasi ira referveat;* Exc. Lang. *contemplari cogamur, tuque, quamvis iratus, revereare;* Mœrl. et Gud. *contemplari cogat, ut quasi ira referveat.* Vide Nott. Varr.—3 Pro *adseruntur*, Arntzen. pater conj. *adferuntur*. Paulo post, *virtutem* deest in Guelph.—4 *Gratulare* deest in Guelph. *C. P. generaverit* Mœrl. *formarunt* Puteol. *non posses* Guelph.—5 *Illum autem credo* ex conj. Acidalii receperunt Bann. Patarol. et Jæger.—6 Guelph. pro *fati* habet *facti*, improbante Arntz. Cf. ad Mamert. Maxim. VII. 6. Mœrl. pro *ille* habet *illi*, improbante Jæger. *palatio cepisti* edd.

NOTÆ

[n] *Contemplari* [*contemplatui*] *cogat*] Fœde corruptus locus, quem alii alio modo restituunt. Langius: *Adhuc contemplari cogamur, tuque quamvis iratus revereare.* Livineius: *adhuc contemplatio tui cogat, ut quamvis irati revereantur.* Acidalius legit *revereamur.*

[o] *Nisi fato*] Nota callidam Stoicorum nequitiam, qui ut tuto sibi esse improbis liceret scelerum suorum causam in fatum nescio quod rejiciebant.

[p] *Illum autem non credo* [*autem credo*] Negationem sustuli post Acidalium, ut sensus sit: Cum animo tuo abeundum fuit in mortale corpus, o Constantine, te talem siderum decreta formarunt, ut crudelis esse non possis: Maximiano vero illa sors obtigit, quæ et ipsi, et multis aliis exitio fuit: *sortitio* autem illa ex Epicureorum doctrina sumta est.

pulsum, ab Italia fugatum, ab Illyrico repudiatum, tuis provinciis, tuis copiis, tuo palatio recepisti?

CAP. XV. 1. Quid, oro, sibi voluit? quid optavit? ut quid amplius adipisceretur his, quæ a te fuerat consecutus? cui tu summa et diversissima bona, privatum otium et regias opes, dederas, cui digredienti ad anulos sederas,[q] cui impensius etiam, quam tibi, occurrere obsequia nostra mandaveras, cujus omnibus jussis sic statueras obedire, ut penes te habitus, penes illum potestas esset imperii. 2. Quisnam ille tantus fuit non ardor potentiæ, (quid enim, te imperante, non posset?) sed error jam desipientis ætatis, ut tot jam natus annos gravissimas curas, et bellum civile susciperet? 3. Nullis, ut res est, muneribus fortunæ explentur, quorum cupiditates ratio non terminat; atque ita eos felicitas ingrata subterfluit, ut semper pleni sperum, vacui commodorum, præsentibus careant, dum futura prospectant. 4. At enim divinum illum virum,[r] qui primus imperium et participavit et posuit, consilii et facti sui non

vett. et Rivin. *palatio cæpisti* Guelph. *p. recepisti* Exc. Lang. Exc. Schonhov. Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Grut. et recentt.

CAP. XV. 1 Edd. ante Arntz. *aut quid;* Vet. Put. *ut quid;* Mœrl. *Quid, oro, sibi voluit, quod optavit, ut quid amplius adipisceretur iis . . . consecutus? quin tu, &c.* Gud. *ut quid amplius adipisceret is, &c.* 'Hic codex etiam *quin tu;* sed nihil mutandum.' *Jæger.* Mox, Vet. Putean. Gud. et Mœrl. *ad annulos dederas;* Juretus conj. *ad annulos dederas;* Pontan. *ad mulos sederas;* Acidal. *adambulo hæseras;* Livin. Francof. et Paris. 1. *ad annula fœderas;* Cuspin. Rhenan. Steph. Grut. Baun. Cellar. et Patarol. *ad annulos sederas.* Vide Nott. Varr.—2 Guelph. *non possit.* Mox, *ut tot natus, &c.* edd. ante Arntzen. qui e codd. Mœrl. et Gud. voc. *jam* inseruit.—3 Pro *subterfluit,* Arntzen. pater conj. *subterfugit.* Edd. vett. *pleni spei;* Vet. Livin. Bertin. Guelph.

NOTÆ

[q] *Ad anulos sederas*] Veteres editiones sequor; sensusque est, honoris causa sederas ad sinistram, in qua Græcos et Romanos annulum gestare solitos testantur A. Gellius x. 10. et Macrob. Saturn. VII. 13. In Puteana editione est *ad annula fœderas:* an legendum? *te ad aram annulo fœderaveras,* seu quando fœdus cum eo inisti, seu cum ejus filiam in uxorem accepisti. Duplex hæc enim obtinebat apud Romanos consuetudo. Alii legunt, *sinister sederas:* alii, *ad mulos sederas, &c.*

[r] *Divinum illum virum*] Diocletianum qui Salonæ ubi privatus vivebat per literas a Maximiano ad resumendum imperium invitatus: 'Utinam,' inquit, 'Salonæ possetis visere olera nostris manibus instituta, profecto nunquam istud tentandum judicaretis.'

pœnitet, nec amisisse se putat, quod sponte transcripsit. 5. Felix beatusque vere, quem vestra, tantorum Principum, colunt obsequia privatum. Sed et ille multijugo fultus imperio, et vestro tegitur lætus umbraculo, quos scit ex sua stirpe crevisse, et glorias vestras sibi juste vindicat. 6. Hunc ergo illum, qui ab illo fuerat frater ascitus, puduit imitari; hunc illum in Capitolini Jovis templo jurasse pœnituit. Non miror, quod etiam genero pejeravit.

CAP. XVI. 1. Hæc est fides, hæc religio Palatini sacrarii devota penetralibus, ut lente et cunctanter, jam scilicet cum illis belli consiliis, itinere confecto, consumtis copiis mansionum, ne quis consequi posset exercitus, repente intra parietes consideret purpuratus, et bis depositum [a] tertio usurparet imperium, literas ad solicitandos exercitus mitteret, fidem militum præmiorum ostentatione turbaret; secure scilicet [t] usurus exercitu, quem venales manus habere docuisset. 2. Quo quidem illius errore

et recentt. 'Male Guelph. *et semper.*' Arntzenius.—5 Guelph. *lætus tegitur.* Rhen. Steph. Livin. Rivin. 1. et al. vett. *et sua stirpe;* al. *e s. stirpe;* Guelph. Exc. Schonhov. Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Grut. et recentt. *ex s. stirpe.* 'Plurale *glorias* asserui ad Eumen. pro Instaur. Schol. VI. 4.' *Arntz.* Mox, *juste sibi* Guelph.—6 *Hunc ergo eum* Guelph. *qui ab illo f. fratre* P. Steph. *quæ ab illo f. fratre* Livin. *qui .... frater* Vet. Livin. Cuspin. Rhen. et ceteræ edd. *hinc illum* Rivin. 1. et edd. ante Grut. *huic illum* Grut. et qui deinceps secuti usque ad Arntzenium, qui e codd. Guelph. et Put. dedit *hunc illum;* Cuspin. *huic illum ne Cap.,* &c. Rhenan. Steph. et Livin. *huic illum et Cap.,* &c. Exc. Schonhov. *huic illumine Cap.,* &c. Vet. Putean. Vet. Livin. Exc. Lang. Cuspin. al. *in Cap.* &c. Edd. ante Arntz. *Non mirum;* Vet. Livin. *non miror;* Exc. Schonhov. et Cuspin. *non miror quod etiam jam g. p.* Mœrl. et Gud. *non miror, quod et g. p.*

CAP. XVI. 1 Puteol. typothetæ vitio, *devota penetrabilis;* Vet. Putean. Exc. Schonhov. et al. omnes, *penetralibus.* Guelph. *conctanter.* Mox, *cum illis* desunt in Mœrl. Paulo post, *turbare tentaret* edd. vett. Acidalius τὸ *turbare* addititium putat. Codd. vero Gud. et Mœrl. habent *turbaret,* omissa voce *tentaret.* 'Elegantiorem hanc codd. lectionem restitui, cujus altera est glossa. Usum hunc imperfecti, quo magis conatum, quam effectum exprimat, ostendi ad Arator. I. 594.' *Arntz.*—2 *Quid? quod illius* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. et edd. vett. *Quod quidem illius* Cuspin. *Quo quidem illius* Vet. Putean.

NOTÆ

[a] *Bis depositum*] Primum Mediolani, ubi Diocletiani, quem patris loco habebat, exemplo, et auctoritate inductus, deposuit purpuram. Tum resumtam imperium iterum Treveris abdicavit. Ac tandem tertio usurpavit imperium.

[t] *Se cure scilicet*] Εἰρωνικῶς· haud enim tutum est eo uti exercitu, qui venales habere manus didicerit.

declaratum est, Imperator, quantus te militum tuorum amor complecteretur, qui te omnibus donis, quae ille promiserat, omnibus honorum oblationibus prætulerunt. 3. Rara illa virtus continentiæ, vix a paucis sapientiæ præceptoribus, tamen aliquando, servata, propter te, Constantine, omnium hominum est facta communis; nec solum hi, quos ratio literariæ vitæ quiesque mitigavit, sed etiam ille militarium ardor animorum, respectu tui, lucra contemsit.[e] 4. Fuerint aliqui exercitus alacritate ac viribus tuis similes; tibi uni contigit exercitum habere sapientem. 5. Multi olim fortasse pravi duces, armis impares, largitione certarunt, sed brevis eorum fuit et caduca popularitas, quos facile vicit quisquis imitatus est. 6. Hic firmus, hic æternus est reipublicæ custos, quem ipsum per se milites amant, cui non blandita, nec vendita servit adulatio, sed simplex et sincera devotio. 7. Dona tua, Constantine, manifeste sunt grata militibus, sed hoc gratiora, quod tua sunt. Quæcumque porrigis, manu tua fiunt acceptiora. 8. Quam nemo potest tecum hac ambitione contendere!

[e] *Nec tantum illi quos ratio, disciplina, et vita quietior mansuetiores fecit, verum etiam milites animo ardentiores, tua causa quæstum neglexerunt.*

Vet. Livin. Exc. Lang. Guelph. Grut. et recentt. *omnibus horum* Guelph.—3 *Rara illas* Rhenan. *Rara illa* Vet. Putean. cum reliquis edd. *tantum aliquando* Puteol. Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. 1. *tamen aliquando* Vet. Putean. Vet. Livin. Mœrl. Guelph. Grut. et recentt. Cf. ad Sedul. II. 190. et Cl. Bondam Var. Lect. p. 108. *omni homini* Guelph. *est scientia communis* Livin. et nemo præterea; *est facta c.* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. aliæque edd. '*Nec solum hi*] Variant h. l. libri. Rhenan. et Steph. *nec solum his, quos literatæ vitæ quies, &c.* Liv. *nec solum hi, quos literæ, vitæ quies mit.* Cusp. *nec solum his, quos rō* (ratio) *l̄rae, vitæ quies m.* Eandem vocem *ratio* agnoscunt etiam codd. Liv. Bert. Lang. Put. *nec solum ii, quos ratio literariæ vitæ, quisque mitigavit:* forte *quiesque* addit Puteanus: atqui sic habet aperte Gud. ac Mœrl. In edd. Francof. Paris. Pat. et Cellar. *nec s. hi, quos ratio, literæ, vitæ q. m.* Sequor Put. et Mœrl. quorum lectio sine controversia ceteris elegantior est. *Literæ* ex compendio scripturæ non recte intellecto pro *literariæ* irrepsit.' *Jæger.* Vide Nott. Varr.—4 *Fuerunt aliqui* Mœrl. et Guelph. *tui similes* Mœrl. Rhenan. Steph. Cuspin. Livin. *tuo similes* Exc. Lang. et reliquæ edd. usque ad Arntz. *tuis similes* Gud. *habere exercitum* Guelph.—5 Guelph. Exc. Schonhov. Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. et edd. post Grut. *largitione*, probante Jæger. *largitate* Rhenan. Steph. Livin. al. vett. et Rivin. Mox, Guelph. *brevis fuit eorum.*—6 Guelph. *cui nec blandita servit.*—7 'H. Steph. et Patarol. distinguunt, *Q. porrigis manu tua, fiunt, &c.* sententiæ tamen vulgata aptior.' *Arntz.* *tua* deest in Mœrl.—8 *Quoniam ne-*

Insuperabile genus est largitionis, cum ipse militi præmium est imperator. 9. Itaque tribuis tu tuis quidem exercitibus etiam plura quam cupiunt, sed tuum te magis nomen, tua de memoria patris[u] auctoritas,[d] tua ætatis gratia, tua denique ista venerabilis forma commendat.

CAP. XVII. 1. Pulchrum enim, Dii boni! et cœleste miraculum, Imperator adolescens, in quo illa, quæ jam summa est, fortitudo adhuc tamen crescit: in quo hic fulgor oculorum, hæc veneranda pariter et grata majestas præstringit simul, et invitat aspectus. 2. Talem magnum illum regem,[a] talem Thessalum virum[b] mente concipio, quorum summa virtus pulchritudini conjuncta celebratur. 3. Non frustra enim doctissimi viri dicunt, naturam ipsam[c] magnis mentibus domicilia corporum digna metari,[e] et ex vultu hominis, ac decore membrorum colligi posse, quantus illos[d] cœlestis spiritus intrarit habitator. 4. Itaque te cum ingredientem milites vident, admirantur, et diligunt, sequuntur oculis, animo tenent, Deo se obsequi putant, cujus tam pulchra forma est, quam certa divinitas.

[d] *Propter patris tui recordationem.* [e] *Parare.*

mo Vet. Putean. improbante Jæger. *tecum potest* Guelph.—9 Vet. Putean. Bertin. Mœrl. Grut. et recentt. usque ad Arntz. *quidem tuis.* Bertin. Grut. et recentt. *tuæ æ. gratia;* Mœrl. Guelph. Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. et al. vett. *tua æ. gratia.*

CAP. XVII. 1 Vett. edd. Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. ante Grut. *majestas perstringit;* Vet. Livin. Grut. et recentt. *m. præstringit.*—2 Voc. *virum* deest in cod. Mœrl. Pro *pulchritudini,* idem codex et Guelph. habent *multitudini.*—3 Acidal. conj. *quantus illo.*—4 Copulam *et* ante *diligunt* omittunt Baun. et Jæger. contra codd.

NOTÆ

[u] *De memoria patris*] Præpositio *de* apud ejus ætatis scriptores ferme sumitur pro eo quod est *propter*. Ita apud Tertullianum et Cyprianum ceterosque ejus ævi scriptores.

[a] *Magnum illum regem*] Alexandrum, quem non minus formosum quam fortem fuisse historici ferunt.

[b] *Thessalum virum*] Achillem, cujus pulchritudinem Homerus multis in locis laudat.

[c] *Naturam ipsam*] Interdum tamen in turpi domicilio, hoc est in fœdo corpore, latet elegans et illustris anima. Vetus illud de Galba, viro quam ingenioso, tam deformi: 'Ingenium Galbæ male habitat.'

[d] *Quantus illos*] *Quantus illo* ut legit Acidalius.

CAP. XVIII. 1. Statim igitur ut fœdum illud facinus audierant, ultro a te proficiscendi signum petiverunt; cum viatica dares, id ipsum sibi moram facere, plusque jam se, quam sufficeret, ex largitionibus tuis habere dixerunt. 2. Inde arreptis armis portas petierunt, tot dierum iter a Rheno usque ad Ararim sine ulla requie peregerunt, indefessis corporibus, animis flagrantibus, crescente in dies ardore vindictæ, quanto propius accederent. 3. Tum quidem tua, Imperator, cura, qua refovendis eorum viribus a Cabillonensi portu navigia provideras, festinantibus præire non placuit. Segnis ille[e] et cunctabundus amnis nunquam fuisse tardior videbatur. Carinis tacite labentibus, et ripis lente recedentibus,[f] stare se, non ire clamabant. 4. Tum vero usum pedum manibus aggressi incubuere remigiis,[g] et naturam fluminis urgendo vicerunt, et tandem eluctati Araris moras, vix ipso Rhodano fuere contenti: parum illis videbatur concitus ruere, minus solito Arelate[h] properare. 5. Quid multa? confitendum est, Imperator, cum hoc tuo vigore corporis, hoc mentis ardore laborasti interdum, ut, quem ducebas, sequereris exercitum. 6. Tanto enim omnes impetu ferebantur, ut, cum illum, Arelate deserto,

CAP. XVIII. 1 Guelph. *plus jam se sufficere.*—2 Pro *portas*, Schonhov. conj. *portus.* Guelph. *Ararin.* Edd. quædam vett. *inde fessis.* Vet. Livin. Bertin. Mœrl. et Guelph. *accederent cum, &c.*—3 Voc. *cura* deest in Guelph. *navigia prævideras* in eodem codice. *pæne non placuit* edd. ante Arntz.—4 Edd. ante Grut. *incubuere navigiis;* et sic etiam Rivin. i. *remigiis* Mœrl. Guelph. Exc. Schonhov. Vet. Livin. Vet. Putean. Bertin. Cuspin. Grut. et recentt. Mox, edd. ante Arntz. *flumini.* Vide Nott. Varr.—5 '*Cum hoc tuo*] Superflua omnino est vox princeps *cum;* forsan etiam tertia *tuo.*' Grut.

NOTÆ

[e] *Segnis ille*] Arar, vel Araris, *la Saone.* Fluvius Galliæ Comatæ, Sequanos ab Æduis separans, atque ad Lugdunum Rhodano congrediens. Oritur ex Vogeso monte in confinio Lotharingiæ. Claudian. 'Lentus Arar, Rhodanusque celer,' &c.

[f] *Ripis lente recedentibus*] A portu enim solventibus, ut est apud Virg. Æneid. III. 72. terræ videntur recedere: sed quia non satis celeriter provehebantur, ripæ lentius, quam optabant, videbantur ipsis recedere.

[g] *Incubuere remigiis*] Virg. Æneid. VI. 294. 'Nunc o lecta manus, validis incumbite remis, Hectorei socii.'

[h] *Arelate*] *Arles*, urbs Galliæ Narbon. Archiep. ad Rhodanum fluvium. De qua Ausonius in Catal. Clararum Urbium.

comperissent abiisse Massiliam, confestim navibus evolarent, effusoque cursu non jam Rhodani curricula, sed ipsa quodammodo ventorum flamina præverterent. 7. Tantus illos incenderat amor numinis tui, ut, quamvis scirent oppugnandam esse munitissimam civitatem, sufficere sibi crederent, pervenire.

CAP. XIX. 1. Massilia[i] enim, ut audio, in profundum mare prominens, et munitissimo accincta portu, in quem angusto aditu meridianus refluit sinus, solis mille quingentis passibus terræ cohæret, qua firmissimus et turribus frequens murus opponitur. 2. Quippe olim Græcos, Italosque illuc[j] convenas, cum artibus ingenioque pollerent, etiam ipse docuit locus, omnia, quæ bello usui forent, largius in eam partem, quæ adiri posset, impendere, cum natura in ceteris sumtum operis remisisset. 3. Itaque illam tum, gravi fato, Cæsari portas pro duce seniore[k] claudentem, terra marique, admotis machinis, aggeribus exstructis, navalibus præliis sæpius oppugnatam quam territam, vix obsessio diuturna patefecit; cum tamen Græculi magistratus et ipsum Cæsarem, et mox duces ejus, et copias, non tam viribus suis, quam mœnibus, repulissent. 4. At enim

—6 *abiisse Massiliam* Vet. Livin. Cf. sup. XIV. 1. *effuso jam cursu* Guelph. improbante Arntz. *flava præverterent* Vet. Livin. unde ille conj. *flabra.* 'Nihil mutandum.' *Jæger.*—7 Cuspin. Rhenan. Steph. Rivin. al. ante Grut. *prævenire;* Mœrl. Guelph. Vet. Putean. Bertin. Francof. Acidal. Paris. Patarol. Grut. et recentt. *pervenire.*

CAP. XIX. 1 'Mœrl. *profundum maris:* minus recte.' *Jæger.* *mediterraneus sinus* ex conj. Pontani et Livin. receperunt Baun. Cellar. et Jæger. *marinus* conj. Acidal. *solis,* quod non comparet in Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. et textu Rivin. auctoritate codd. Livin. Bertin. Put. Mœrl. Guelph. stabilitum, legitur in edd. Grut. et recentt. *ducentis passibus* Mœrl.—3 *Itaque jam tum* Livin. *Itaque illam tam* Mœrl. et Guelph. Mox, *tamen* deest in iisdem codd. *et nos duces* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. 1. al. ante Grut. *et mox duces* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Cuspin. Exc. Schonhov. Mœrl. Grut. et recentt. et sic conj. Acidal.—4 *At enim non primo* edd.

NOTÆ

[i] *Massilia*] *Marseille,* ad oram maris Mediterranei. Vide Paneg. seq. cap. III. not. 9.

[j] *Græcos, Italosque illuc*] In hanc urbem Galliarum vetustissimam, artes omnes et literas Græci et Itali ex suis oris primum induxerant.

[k] *Pro duce seniore*] Pompeio. Quod quidem ipsi exitio fuit. Vide Comment. Cæsaris de Bello Gallico.

primo tuo, Imperator, adventu, primoque impetu exercitus tui nihil ejusdem Massiliæ altitudo murorum, nihil creberrimæ turres, nihil loci natura remorata est, quo minus et portum caperes, et urbem continuo, si velles. 5. Quippe tanta fiducia murum omnem milites invaserant, ut statim sine dubio ascensuri fuissent, nisi in parandis, quas admoverant, scalis conjecturam oculorum sublimitas fefellisset. 6. Sic quoque multi, scalarum brevitate decepti, quod superat ascensui, extentis corporibus æquabant, et succedentium humeris sublevati jam intervalla pinnarum uncis manibus invaserant: adeo nihil periculi in vindictæ executione metuebant, ut sibi non murum scandere, sed ex æquo congredi viderentur.

CAP. XX. 1. Sed, o singularem tuam, Constantine, pietatem, et sua semper officia etiam inter arma servantem! signum receptui dedisti, et victoriam distulisti, ut omnibus tibi liceret ignoscere, ne quid atrocius faceret miles iratus, quam clementiæ tuæ natura pateretur. 2. In quo licet optimi Imperatoris solicitudine caveris, ut inducti in fraudem milites pœnitendi tempus acciperent, atque ultro veniam precarentur; nos tamen, qui mitissimos sensus tuos intuemur, (nihil est enim tam perspicuum, quam in pectore tuo bonitas) illi te intelligimus pepercisse, quem, si prima copiam habuisset irruptio,[f] eripere ferro nemo potuisset.

[f] *Si copia facta fuisset primo impetu irrumpendi.*

ante Grut. Vide Nott. Varr. *celeberrimæ turres* edd. vett. et Rivin. *creberrimæ turres* Guelph. Mœrl. Vet. Putean. Bertin. Exc. Lang. Cuspin. Grut. et recentt. probantibus Livin. et Jac. Gronov. ad Melam II. 5. 25. et sic conj. Meurs. Auct. Philol. c. 31. *si velis* Guelph. edd. vett. et Rivin. *si velles* Exc. Lang. Grut. et recentt.—5 Edd. vett. et Rivin. l. *invaserunt*; Guelph. Bertin. Grut. et recentt. *invaserant*. Edd. vett. et Rivin. *nisi parandis*; Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Guelph. Grut. et recentt. *nisi in parandis*. Guelph. *quas admorant*.—6 *Sed sic quoque* Bertin. Grut. et recentt. usque ad Arntzen. qui, codd. Guelph. et Mœrl. et edd. Cuspin. Rhenan. Stephan. Livin. aliasque vett. secutus, τὸ *Sed* delevit. *extensis corporibus* Mœrl. *intervalla præviarum* Rhenan. R. Steph. Livin. et Rivin. l. *pinnarum* Guelph. Mœrl. Bertin. Exc. Lang. Cuspin. H. et P. Stephan. et recentt. et sic conj. Rhenan. l. *perticarum* conj. Meurs. Auct. Philol. c. 31. l. *pennarum* Vet. Putean. Mox, *metuebant* ignorat Guelph. *videretur* edd. Puteol. et Rhenan.

CAP. XX. 1 ‘Cod. Mœrl. *et tua semper*: minus recte.’ *Jæger*. *receptui si[illegible]uelph.* *neu quid atrocius* conj. Livin.—2 Mœrl. et Guelph. *solicitu-*

3. Ita, quod ad pietatem tuam pertinet, Imperator, et illum, et omnes, quos receperat,[l] reservasti. Sibi imputet, quisquis uti noluit beneficio tuo, nec se dignum vita judicavit, cum per te liceret, ut viveret: tu, quod sufficit conscientiæ tuæ, etiam non merentibus pepercisti. 4. Sed ignosce dicto,[m] non omnia potes: Dii te vindicant et invitum.

CAP. XXI. 1. Quod quidem nobis semper optandum est, ut prosperos habeas etiam ultra tua vota successus, qui omnem spem in gremio majestatis tuæ ponimus, et tuam ubique præsentiam, quasi dari possit, expetimus. 2. Ecce enim, dum a limite[n] paulisper abscesseras, quibus se terroribus barbarorum[o] perfidia jactaverat scilicet, dum sibi illa proponunt,[g] quando perveniet? quando vincet?[p] quando fessum reducet exercitum? cum repente, audito reditu tuo, velut attoniti conciderunt, ne tuum pro republica votum amplius, quam unius noctis, cura tetigisset.[h] 3. Postridie enim quam, accepto illo nuntio, geminatum itineris laborem sus-

[g] *Quam terrificis minis ostentaverunt se nobis perfidi barbari, dum secum illud reputant.*

[h] *Plus una nocte te solicitum tenuit.*

dine carueris. Guelph. inverso ordine, *tuos sensus.* Mox, *fere nemo* Guelph. Rhenan. Steph. Livin. al. vett. et Rivin. 1. *ferro nemo* Bertin. Exc. Lang. Exc. Schouhov. Cuspin. Grut. et recentt.—3 Acidal. conj. *quos deceperat,* Livin. conj. *conservasti.*—4 'Guelph. *te judicant etiam invitum;* sed vulgatum tuetur Pacati locus, 'Tui te vindicant, et invitum.'' *Arntz.*

CAP. XXI. 1 Edd. ante Arntz. omnes, *ultra vota;* Gud. Vet. Putean. Bertin. *ultra tua vota.*—2 Vet. Put. *te terroribus.* 'Guelph. *quando proveniet, qui vincet:* male; respicit enim illud vulgatum, 'veni vici.'' *Arntz.* *quando proveniet? quando veniet?* Cuspin. Rhen. Steph. Livin. Rivin. 1. et al. vett. *quando p. q. vincet* Vet. Livin. Bertin. Grut. et recentt. *nec tuum* edd. vett. *me tuum* Bertin. *ne tuum* Guelph. Mœrl. et edd. recentt. *tetigit* edd. ante Arntz. *tetigisset*

NOTÆ

[l] *Quos receperat*] Fortasse, *quos deceperat.* Ita placet Acidalio. Facit pro illa conjectura id quod est superius: 'Ut inducti in fraudem milites pœnitendi tempus acciperent.'

[m] *Sed ignosce dicto*] Mirificus locus, et, si quis alius est, artificii plenus. Quia enim Constantinus Maximianum aut revera strangulari jusserat, aut jussisse credebatur, necem hanc Deorum ultioni attribuit, atque ipso invito contigisse ait. Quem locum pæne exscripsit Pacatus in Theodosii Paneg. c. 44. 'Sed bene est, quod non omnia potes: tui te vindicant et invitum.'

[n] *A limite*] A Rheni limitibus.

[o] *Barbarorum*] Francorum.

[p] *Quando vincet*] Adulatorie dictum: quasi Constantino unum et idem fuerit aliquo pervenire et ibi vincere.

ceperas, omnes fluctus resedisse, omnem, quam reliqueras, tranquillitatem rediisse didicisti; ipsa hoc sic ordinante fortuna, ut te ibi rerum tuarum felicitas admoneret, Diis immortalibus ferre, quæ voveras, ubi deflexisses ad templum,[q] toto orbe pulcherrimum, immo ad præsentem, ut vidisti, Deum. 4. Vidisti enim, credo, Constantine, Apollinem tuum,[r] comitante Victoria, coronas tibi laureas offerentem, quæ tricenum singulæ ferunt omen annorum. Hic est enim humanarum numerus ætatum, quæ tibi utique debentur ultra Pyliam senectutem.[s] 5. Et immo quid credo? vidisti, teque in illius specie recognovisti, cui totius mundi regna deberi vatum carmina divina cecinerunt. 6. Quod ego nunc demum arbitror contigisse, cum tu sis,

Mœrl. Guelph. et Bertin.—3 Ed. Rhenan. *fluctus recedisse*, ex vitio typographi; ceteræ omnes et Vet. Putean. *f. resedisse.* Guelph. *quam reliqueris.* Vet. Livin. *redisse.* Guelph. Gud. edd. Rhenan. R. et H. Steph. et Rivin. *ornante fortuna*; P. Steph. et qui secuti, *ordinante fortuna.* Pro *voveras*, edd. quædam ante Rittersh. *noveras.* Edd. ante Jæger. *ut venisti.*—4 Guelph. *tricenorum s. f. o. annorum.* Rivin. et edd. ante Grut. *Hic est humanarum*; Guelph. Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Grut. et recentt. *Hic est enim, &c.* Arntz. typographi lapsu, *Hoc est.* Mox, *utique debent* edd. vett. et Rivin. *u. debentur* Vet. Putean. Guelph. Mœrl. Livin. Francof. Paris. Cellar. Patarol. et Jæger.—5 *Immo quod credo* Rivin. 1. et edd. ante Grut. *quid dico credo* Vet. Putean. *quid credo* Guelph. Mœrl. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Grut. et recentt. *etsi quid credo? immo vidisti* conj. Acidal. *in illius spem* edd. Puteol. Cuspin. Exc. Schonhov. *in illius specie* Mœrl. Guelph. Vet. Livin. Rhenan. Steph. Francof. Paris. Cellar. Patarol. et Jæger.—6 '*Quid enim* Mœrl. men-

NOTÆ

[q] *Templum*] Apollinis, quod Augustoduni erat celeberrimum: de quo jam in Orat. pro Restaur. Schol. n. 9.

[r] *Apollinem tuum*] Videtur Constantinus præcipuo cultu Apollinem coluisse, quod confirmant nummi aliquot in quibus sub Apollinis forma exhibetur: titulus SOLI INVICTO. Sed hanc superstitionem felicissime ejuravit imperatorum omnium primus Christianus.

[s] *Pyliam senectutem*] Id est, Nestoris ita dicti a Pylo patria, quæ agri Me[illegible]ci oppidum est, in tractu oc[illegible] [illegible]lopennesi, ubi regnabat. [illegible] Nestor tria sæcula vixisse tam sæpe apud auctores dicitur, non intelligendum, inquit Muretus, quasi trecentos annos vixisset, ut falso putant, quicumque γενεὰν pro centum annis semper accipiunt, sed octogenario majorem: γενεὰν enim triginta sæpe annos significare tantum ostendit Variar. Lect. x. 8. Quanquam secus sentiunt Plautus, Propertius, Ovidius, Juvenalis, et alii, qui non uno in loco trecentos Nestorem annos vixisse disertis verbis aiunt. Et vero nihil esset causæ cur Nestoris senectus tantopere celebraretur, si is nonaginta tantum annos attigisset.

ut ille, juvenis, et lætus, et salutifer, et pulcherrimus Imperator. 7. Merito igitur augustissima illa delubra tantis donariis honestasti, ut jam vetera non quærant. Jam omnia te vocare ad se templa videantur, præcipueque Apollo noster, cujus ferventibus aquis[t] perjuria puniuntur, quæ te maxime oportet odisse.

CAP. XXII. 1. Dii immortales, quando illum dabitis diem, quo præsentissimus hic Deus,[a] omni pace composita, illos quoque Apollinis lucos,[b] et sacras sedes, et anhela fontium ora circumeat? quorum scaturigines, leni tepore nebulosæ, arridere, Constantine, oculis tuis, et osculis sese inserere velle videantur. 2. Miraberis profecto illam quoque numinis tui[c] sedem, et calentes aquas sine ullo soli ardentis

dose.' *Jæger.* Livin. conj. *et juvenis.* Mox, *et* ante *lætus* ignorat Guelph. —7 Patarol. et Jæger. *templa videntur,* ex conj. Livineii. ' Illud contra omnes codd. non sum ausus recipere, et potest hoc tempus pro indicativi futuro accipi, ut supra notavi.' *Arntz.* *frequentibus aquis* Rivin. ' Unde habuerit, me latet.' *Arntz.* *optant adiisse* conj. Acidal.

CAP. XXII. 1 Guelph. et Vet. Livin. *et sacras ædes.* Guelph. *leni tempore.* Mox, Livin. conj. *velle videntur.*—2 Rhenan. Steph. Livin. *muneris tui;* Guelph. Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. P. Steph. et recentt. *numinis tui.* ' Mœrl. et Gud. mendose, *solis ardentis.*' Jæger. ' Male Guelph.

NOTÆ

[t] *Cujus ferventibus aquis*] De aquis perjurii ultricibus multa referunt auctores. Apud Palicos in Sicilia fontem fuisse aiunt, in quem, teste Aristotele lib. de Admirandis Auditionibus cap. 55. si inscriptam jusjurandi tabellam projiceret juraturus aliquis, supernatabat tabella, si fidem servaturus erat; sin minus, ibat illa pessum, perjuro combusto. Macr. Satur. v. 19. ' Hanc aquam vitæ integris hominibus suavem esse, perjuris vero lethiferam.' Idipsum de eodem fonte tradit Diodorus Siculus lib. XI. quem tamen Solinus cap. 4. in Sardinia ponit; in quo errare Salmasio et aliis visus est, qui in Sicilia eum fuisse volunt; eumque perjuris non necem ut alii volunt, sed cæcitatem tantum attulisse. Idem Philostratus in Vita Apollonii refert de fonte juxta Tyanam Cappadociæ urbem Jovi sacro, ' qui et frigidus ebullire, et cum ceteris foret innoxius, perjuris pustulas liventes, et vomicas facere calamitosas dicebatur.' Idem extat apud Plin. XXXI. 2. De fonte alterius generis agit Ovid. Fast. lib. V. in quo dum se perjuri mercatores abluerent a Mercurio petebant, ut non præterita tantum, sed et futura perjuria aqua eluerentur: ' Ablue præteriti perjuria temporis, inquit; Ablue præterita perfida verba fide . . . nec curent superi si qua locutus ero.'

[a] *Præsentissimus hic Deus*] Constantinus.

[b] *Apollinis lucos*] Augustodunum, ubi hæc omnia.

[c] *Numinis tui*] Id est, Apollinis, supra cap. XXI. not. [r].

[illegible] [illegible] [illegible] tristitia est saporis, aut halitus, sed [illegible] [illegible] [illegible] odore sinceritas, qualis fontium frigidorum.[a] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] munera, constitues privilegia, ipsam deni[illegible] [illegible] meam,[1] ipsius loci veneratione, restitues. [illegible] [illegible] civitatis antiqua nobilitas, et quondam fraterno [illegible] Romani nomine gloriata, opem tuæ majestatis ex[illegible] [illegible] illic quoque loca publica, et templa pulcherrima [illegible] [illegible]tate reparentur; sicut hic video hanc fortuna[illegible] civitatem,[e] cujus natalis dies tua pietate celebra[illegible], [illegible] cunctis mœnibus resurgentem, ut se quodammodo [illegible] olim corruisse, auctior tuis facta beneficiis. 5. Vi[illegible] Circum maximum, æmulum, credo, Romano: video [illegible], et forum, opera regia, sedemque justitiæ in tan[illegible] altitudinem suscitari, ut se sideribus et cœlo digna et [illegible] promittant. Quæ certe omnia sunt præsentia mune[illegible] [illegible] Quæcumque enim loca frequentissime tuum numen illustrat, in iis omnia et hominibus, et mœnibus, et mune[illegible] augentur: nec magis Jovi et Junoni[g] recubantibus

[a] *[illegible] [illegible] et odore sincera, quam fontes gelidi sunt sinceri.*

[illegible] [illegible]' Arntz.—4 Puteol. Rhenan. H. Steph. et Rivin. *expectant;* Vet. [illegible]. Exc. Schonhov. Grut. et recentt. *expectat.* Rivin. et edd. ante Grut. [illegible] [illegible] *loca;* Vet. Putean. Guelph. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Cus[illegible] Exc. Schonhov. Grut. et recentt. *illic quoque loca.* Voc. *publica* deest in [illegible]. Mox, in eodem codice, *sic hic video;* Livin. conj. *sicuti video.* Ber[illegible] et Guelph. *fortissimam civitatem,* improbante Livineio. ' Vulgatæ favet [illegible] *gaudeat,* et *auctior beneficiis,* quæ magis fortunam commendat.' [illegible] 5 Edd. vett. *præsentia tua munera;* Cellar. Patarol. Jæger. *præsen[illegible] [illegible] munera,* ex conj. Livineii; *tua* deest in Guelph. Vet. Livin. et Bertin. 5 Pro *frequentissime* Acidal. conj. *præsentissimum.* Guelph. Rivin. 1. et [illegible] ante Livin. *illustrant.* Livin. primus edidit *illustrat,* eumque secuti sunt [illegible]. Acidal. conj. *lustrat.* Edd. vett. *et hominibus omnia;* Vet. Putean. [illegible] *hominibus;* Bertin. *omnia et hominibus;* Mœrl. et Guelph. *in iis omnia* [illegible] *hominibus, et, &c.* quod restituit Arntz. *Jovi, Junonique* Bertin. Francof. [illegible]. Patarol. Cellar. *Jovi, ac Junoni* Mœrl. *Jovi, et Junoni* Guelph. Rhe-

NOTÆ

[d] *Patriam meam*] Hanc orationem [illegible] Eumenii, aut alicujus certe Ædu[illegible] [illegible]atoris esse hinc liquet.

[e] *[illegible] fortunatissimam civitatem*] [illegible] [illegible], ubi hanc orationem

[f] *Præsentia munera*] An *præsentia tuæ.*

[g] *Jovi et Junoni*] Sumtum illud ex Homeri Iliad. Ξ. 347. ubi de utroque agens Τοῖσι δ' ὑπὸ χθὼν δῖα, κ. τ. λ. *Ollis summisit tellus herbamque recen-*

novos flores terra summisit, quam circa tua, Constantine, vestigia urbes et templa consurgunt. 7. Ideoque hoc votis meis sufficit, ut patriam meam videas, ducente pietate, quia statim erit restituta,[h] si videris. Sed enim ista felicitas, viderit, an adhuc meæ debeatur ætati.

CAP. XXIII. 1. Interim, quoniam ad summam votorum meorum tua dignatione perveni, ut hanc meam qualemcumque vocem, diversis otii et palatii officiis[i] exercitam, tuis auribus[j] consecrarem, maximas numini tuo gratias ago; tibique, quod superest, commendo liberos meos, præcipueque illum, jam summa fisci patrocinia[k] tractantem, in quem me totum transtulit pietas; cujus felix servitus, si quando respexeris, maxime tuæ conveniet ætati. 2. Ceterum, quod de omnibus liberis dixi, lata est, Imperator, ambitio. Præter illos enim quinque, quos genui, etiam illos quasi meos numero, quos provexi ad tutelam fori, ad officia palatii. Multi quippe ex me rivi non ignobiles fluunt, multi secta-

nan. Steph. Cuspin. et Livin. idque restituit Arntz.—7 Mœrl. *ducentem pietate.* Acidal. Grut. et Cellar. *felicitas videris;* Gud. *f. videas.* Alii omnes *viderit.* Voc. *ista* deest in Guelph.

CAP. XXIII. 1 Guelph. *ut hanc qualemcumque.* Codd. Mœrl. Guelph. Vet. Livin. Puteol. Cuspin. Rhenan. Steph. Rivin. 1. quod displicet Livineio; adeoque hic, et Francof. et edd. recentt. particulam *in* omittunt.—2 *Præter illos quinque* Mœrl. improbante Jæger. *ex meri humo ignobiles* edd. vett. *ex mea humo* conj. Rhenan. *ex meri vino* Vet. Puteani, qui conj. *Multi quippe ex me rivi nobiles fluunt;* vel, *M. q. ex me rivi non ignobiles;* Bertin. habet, *ex meo rivo ignobiles;* Acidal. conj. *ex mea domo non ignobiles;* Grut. et edd. recentt. *ex me rivi non ignobiles.* Vide Nott. Varr. ' Pro *fluunt*, Cuspin.

NOTÆ

tem, Lotumque, halantemque crocum, mœstumque hyacinthum, Plurimus ut molli surgebat in aëra sylva.

[h] *Statim erit restituta*] Invitat Constantinum ut Augustodunum divertat, eamque urbem, uti Treveros, reficiendam curet.

[i] *Otii et palatii officiis*] Fuerat enim sacræ memoriæ magister, de quo officio supra Paneg. IV. 11. Præterea Mænianis Scholis a Constantio præfectus fuerat, quod otii officium vocat.

[j] *Tuis auribus*] Habita coram te oratione consecrarem.

[k] *Fisci patrocinia*] *Summa fisci patrocinia tractare*, nihil aliud est quam fungi munere advocationis fisci, seu esse advocatum et patronum fisci: quæ duo munera interdum ab uno eodemque gerebantur. Is autem causis fiscalibus pro fisco interveniebat; in aula, apud comitem thesaurorum, id est, sacrarum largitionum; in urbe, apud præfectum ærarii; in provinciis vero, apud procuratorem

tores mei etiam provincias tuas administrant, quorum successibus lætor, omniumque honorem pro meo duco, et, si forte hodie infra expectationem mei dixero, in illis me confido placuisse. 3. Si tamen hoc quoque tuum mihi numen indulserit, ut ex hac oratione non eloquentiæ, quod minimum est, sed quantulæcumque prudentiæ, et devotæ tibi mentis testimonium referam, cedant privatorum studiorum ignobiles curæ; perpetua mihi erit materia dicendi, qui me probaverit, Imperator.

fuant: inepte.' *Livin.* Mox, Guelph. et Mærl. omittunt *etiam*. 'Abesse posset.' *Arntz.*—3 *Sed tamen* edd. ante Grut. et sic Rivin. *Si tamen* Vet. Livin. Bertin. Guelph. Grut. et recentt. probante Livineio. *mihi tuum* Guelph. *quod minimum est* edd. ante Arntz. *quod minimum est* Mærl. et Guelph. *cedat* Guelph.

NOTÆ

Cæsaris. Atque hic quidem nihil decernere poterat, quin prius advocatum fisci audiisset lib. ultima cod. de advocatis fisci.

EUMENII

GRATIARUM ACTIO

CONSTANTINO AUGUSTO

FLAVIENSIUM NOMINE.

De hujus Panegyrici auctore, et quo tempore ac loco pronuntiatus sit, in Eumenii Vita Panegyrico quarto a nobis præfixa diximus.

SYNOPSIS PANEGYRICI.

In Exordio reddit rationem cur Flaviensium nomine imperatori gratias agere Treveris maluerit, quam Augustoduni, dum in ea urbe esset imperator.

Distributio I. Quam merito Constantinus Æduis subvenerit. II. Quanta eorum causa fecerit, cap. II.

I. Pars. Ædui omnium primi fratres populi Romani a senatu appellati, iidem reipublicæ supra ceteros populos addicti, Galliarum adversus tyrannos quantum in ipsis fuit defensores; et ideo Constantii liberalitatem experti, cap. III. septem mensium obsidionem acerbissimam ferre maluerunt, ac demum Claudio imperatore, cujus opem implorarant, in Gothica expeditione occupato, cum auxilii spes nulla esset, urbem hostibus diripiendam tradere, quam fidem suam violare, cap. IV. Huc usque quam bene meritis Æduis subvenerit; nunc quam graviter afflictis. Novi census acerbitate premebantur, cap. V. Accedebat soli iniquitas, cap. VI. Magna ex parte vasta loca et squalida, abrupta itinera.

II. Pars. Eorum urbem ingreditur Constantinus mirifico concurrentium populorum studio, cap. VII. Benigne singulos compellat quid omnium maxime sua causa factum velint, cap. IX. Relaxat censum, definit vectigalium numerum reliqua debita remissurus, quantum fisco suo deberent interrogat: iis septem millia capitum remittit, hoc est, quartam amplius partem censuum: utrum id sufficeret percontatus, cap. X. quinque annorum reliqua vectigalia remittit.

In fine lustrum illud laudat: atque inde ad quinquennalia principis laudanda orationem convertit, cap. XIII.

CAP. I. 1. SI Flavia Æduorum, tandem æterno nomine[a] nuncupata, sacratissime Imperator, commovere se funditus,[b] atque huc venire potuisset, tota profecto coram de tuis in se maximis pulcherrimisque beneficiis una voce loqueretur, tibique, restitutori suo, immo, ut verius fatear, conditori, in ea potissimum civitate[c] gratias ageret, cujus eam similem facere cœpisti. 2. Sed cum[d] id non potest, gestit animo. Quod natura non patitur, clamoresque suos, quibus quotidie laudes tuas tollit in cœlum, exaudiri a te non sinit longinquitas sua, id, quod fieri decebat, gaudiorum patriæ meæ nuntium sponte suscepi, ut essem jam non privati studii literarum,[e] sed publicæ gratulationis orator. 3. Nolui enim, sacratissime Imperator, cum in illo aditu palatii tui[f] stra-

CAP. I. 1 Guelph. Puteol. Rhenan. H. Steph. et Rivin. *sacer imperator.* Vid. infra n. 3. et ad Mamertini Genethl. I. 1. *tota perfecto* Guelph. *cœpistis* Rhenan. H. Steph. et Rivin. *cœpisti* Guelph. Exc. Schonhov. et edd. recentt. —2 *Sed id non potest* edd. vett. *Sed quoniam id non potest* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. *Sed cum id non potest* Guelph. Vide Nott. Varr. *Quæ natura* Rivin. et edd. ante Grut. *Quod natura* Guelph. Grut. et recentt. *interjecta longinquitas* edd. vett. *interjecta* deest in Mœrl. et Guelph. *sponte suscepit* H. Steph. *s. suscepi* aliæ edd. et sic legit Acidal.—3 *Volui enim* Cuspin. *sacer imperator* Guelph. Puteol. Cuspin. Rhenan. Steph. Rivin. ‘Male;

NOTÆ

[a] *Æterno nomine*] Augustodunum intelligit, quam urbem Eumenius Flaviam appellat. Credo ut Flavio Constantino potius aduletur, quam ex rei veritate. Cur enim apud Ammianum Marcellinum nulla hujus nominis mentio? maxime cum is apud imperatorem ageret, qui esset ex Flavia gente. An id ei nominis contigisse dicamus, quod Romæ? quæ cum olim Commodiana a Commodo Augusto dicta sit, nullum reliquit hujus nominis vestigium.

[b] *Commovere se funditus*] Haud absimile illud Tullii in Pison. cap. 52. ‘Mihi Roma ipsa, prope concussa sedibus suis, ad complectendum conservatorem suum procedere visa est,’ &c.

[c] *In ea potissimum civitate*] Trevirensi ubi commorari imperatores solebant, cum in Galliis versabantur, proindeque ubi habitam hanc orationem volunt Livineius et Rhenanus.

[d] *Sed cum* [*quoniam*] Id est, sed quoniam revera non potest ad tuos pedes accidere, saltem id gestit animo, quod supra rerum naturam et conditionem esse agnoscit.

[e] *Privati studii literarum*] Eumenium agnosce, quem Constantius Æduensibus scholis præfecerat.

[f] *Palatii tui*] Describit infra quo-

tum ante pedes tuos ordinem indulgentiæ tuæ voce divina, porrectaque hac invicta dextera sublevasti,[a] numini tuo gratias agere. 4. Nec mihi verba, quamvis imparata, defuissent. Quis enim aut præparare se ad beneficia tam insperata potuisset, aut ab tanta gratulatione cohiberet?[g] 5. Sed habui rationem loci ac temporis, ne meus ille ardor animi, studiumque dicendi tibi quidem (quod mihi ad immortalitatem sufficeret) probaretur, sed propter assistentium paucitatem minus, quam te dignum esset,[b] iret in populos, si te, uno die de salute nostra multa tractantem, moraretur oratio, quæ pro magnitudine meritorum tuorum festinare non posset.

CAP. II. 1. Nunc itaque, cum in hac urbe, quæ adhuc assiduitate præsentiæ tuæ præ ceteris fruitur, (habebit enim felicitatis æmulam[h] Flaviam nostram,) totus tibi amicorum tuorum comitatus, et omnis imperii apparatus assistat, et cum omnes homines omnium fere civitatum aut

[a] *Divina et plena humanitatis tuæ voce erexisti.*
[b] *Quam tuæ majestati conveniret.*

sacer enim cum de homine dicitur, quid fere significet, satis constat.' *Jæger.* Vid. sup. ad n. 1. '*In* ante *illo* ignorat Guelph. quod a præcedenti *m* videtur absorptum.' *Arntz.* Pro *stratum*, Mœrl. et Guelph. *stantem.* Mox, Livin. conj. *amplissimum ordinem.* Guelph. *ac invicta*, improbante Arntz.—4 Livin. et Acidal. conj. *imparato.* 'Mœrl. *imperato;* Gud. *quanquam imperator*, quod confirmat conj. Livineii, per se jam satis probabilem, ac tantum non certam.' *Jæger.* *preparare ad* Rhenan. Steph. Livin. al. vett. et Rivin. *p. se ad* Vet. Putean. Vet. Livin. Cuspin. Bertin. Grut. et recentt. *præparari* conj. Acidal. '*a tanta* Chassenæus.' *Livin.* Acidal. conj. *cohiberi;* Baun. *cohibere.*—5 Chassen. *et temporis.* 'In Mœrl. legitur falso, *stud. divinandi.*' Jæger. *in populo sed te* Rhenan. Steph. Livin. Cuspin. et al. ante Grut. ex quo Livin. et Acidal. conj. *in populos et te.* Guelph. etiam *in populo.* Vet. Putean. Gud. Mœrl. *si te.* 'Male, si seriem orationis consideres.' *Jæger.* *illo die* conj. Livin. *multa tractante* Rivin. Rhenan. et Steph. sed Rhenan. in marg. habet 'al. *tractantem;*' et sic Vet. Putean. Exc. Schonhov. aliique libri, probante Jægero.

CAP. II. 1 Male *quæ adhuc* desunt in ed. Rivin. *felicitas* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. et al. ante Grut. *felicitatis* Guelph. Vet. Putean. Bertin. Exc. Lang. Cuspin. Grut. et recentt. *assistant* Exc. Lang. *assistit* Guelph. Mœrl.

NOTÆ

modo Constantinus Augustodunum ingressus in palatio exceptus sit, cap. VIII.

[g] *Cohiberet*] Fortasse *cohibere;* vel, ut emendat Acidalius, *præparari* et *cohiberi.*

[h] *Felicitatis æmulam*] Imperatores identidem Augustoduni commorabantur.

publice missi, aut pro se tibi supplices adsint, dicam, Imperator, ea, quæ libenter agnoscas, et ceteri nobis indulta non crederent, nisi te agnoscente dixissem. 2. Primum est autem, sacratissime Imperator, in agendis gratiis ostendere, id, quod indultum sit, non fortuitæ felicitatis, sed justæ fuisse clementiæ. Nam cum omnes homines, etiam non indigentes,[i] juvare boni sit Principis, tum præcipue bene meritis, et graviter affectis[j] subvenire sapientis est. 3. Quod cum ostendero, non tam studio prædicandæ patriæ meæ, quam officio demonstrandæ providentiæ tuæ, tum potissime beneficiorum tuorum magnitudinem prosequar, tam majore voto,[k] quam ingenio. 4. Quænam igitur gens toto orbe terrarum in amore Romani nominis Æduis se postulet anteponi? qui primi omnium inter illas imma-

Rhenan. Steph. Cuspin. Rivin. 1. 'Nihil esse mutandum facile patet.' *Jæger.* *ac cum* Vet. Livin. *at cum* Guelph. *Imp. quæ* Chassen. ap. Livin. '*ut ceteri* Guelph. et Exc. Schonhov. non male. Deterius Guelph. mox *cederent.*' Arntz. *te cognoscente* edd. ante Jæger. *te agnoscente* Vet. Livin. Bertin. Gud. et Mœrl.—2 Guelph. Puteol. Rhenan. H. Steph. et Rivin. *sacer imperator.* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. et al. vett. *fortunæ felicitatis;* Vet. Putean. Vet. Livin. Exc. Lang. Mœrl. Gud. Francof. Grut. Paris. Patarol. Cellar. Jæger. *fortuitæ felicitatis,* uti jam Acidalius ex conjectura emendavit. Pro *felicitatis,* Jæger. conj. *facilitatis.* Mox, edd. vett. *coram non indigentes;* unde Ritters. conj. *cura non indignos* ; vel, *cura indigentes.* Vet. Putean. *etiam non indig.* et sic legit Acidal. Vide Nott. Varr.—3 *Quod cum ostendam* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. ante Grut. *Q. c. ostendero* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Gud. et edd. recentt. Pro *demonstrandæ,* Guelph. habet *prædicandæ,* 'quod ex proximo male videtur librarii memoriæ inhæsisse.' *Arntz.* *tuam majore* Gud. Cuspin. Livin. *tuam* deest in Bertin. et Chassen. *tam majore* edd. recentt. Vid. Nott. Varr.—

NOTÆ

[i] *Etiam* [*coram*] *non indigentes*] Livineius pro *coram* scriptum putat *gratiam.* Mox, *indigentes,* id est, gratia *non indigentes:* ex qua voce conflatum est *coram.* Acidalius legit, *etiam non indigentes.*

[j] *Graviter affectis*] An *graviter afflictis?* ut infra, cap. v. 'Dixi quam bene meritis Æduis subveneris, Imperator; sequitur ut dicam quam graviter afflictis.' Certe quidem in omnibus exemplaribus et editionibus est *affectis,* et vox illa hoc sensu usurpatur.

[k] *Tam majore voto*] Non hic emendatione opus, ut nonnullis videtur; nam Virgilius Æn. VII. 787. 'Tam magis illa fremens, et tristibus effera flammis, Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.' Ita Lucretius, Plautus, Terentius, et alii, pro 'tanto magis.' Ac Tullius pro Deiotaro, cap. 8. 'Per dexteram te istam oro ... non tam in bellis et in præliis, quam in fide firmiorem.'

nes et barbaras[l] Galliæ gentes plurimis senatus consultis fratres populi Romani appellati sunt; et, cum a ceteris Rhodano ad Rhenum usque populis ne pax quidem posset, nisi suspecta, sperari, soli etiam consanguinitatis nomine gloriati sunt: 5. et nuper, ut media prætercam, Divum Claudium, parentem tuum, ad recuperandas Gallias[m] soli vocaverunt, et ante paucissimos annos, quod maxime prædicandum, plurima patris tui[n] beneficia partim rebus effecta perceperunt, partim animo significata lætantur.

CAP. III. 1. Fuit olim Saguntus[o] fœderata, sed cum jam tædio Punici belli novare imperium omnis cuperet Hispania:[p] fuit amica Massilia;[q] protegi se majestate Romana gratulabatur: imputavere se origine fabulosa in Sicilia Mamertini,[r] in Asia Ilienses:[s] soli Ædui,[t] non

4 *Romani populi* Guelph. Mox, Livin. conj. *ab Rhodano.* 'Nil necesse.' *Acidal. soli et* edd. ante Arntz. *soli etiam* Vet. Put. Bertin. et Guelph. improbante Livin.—5 *soli invocaverunt* conj. Arntz. *prædicandum est* Chassen. *animo servata* in eodem codice. 'Nec vere, nec verisimiliter.' *Jæger.*

CAP. III. 1 Voc. *jam* deest in Guelph. *belli Punici* Chassen. *sed protegi* conjecturam Livineii et Acidal. receperunt Cellar. et Jæger. '*potestate Romana* Mœrl. et Gud. quod minus convenire liquido apparet.' *Jæger. Hedui* edd. vett. '*Ædui* codd. et sic aliis in locis etiam scribi debet.' *Schonhov.*

NOTÆ

[l] *Immanes et barbaras*] Utrum dictum illud ab homine Gallo, et Romano imperatori gratuletur, an quod ei præter Æduos aliæ ipsi provinciæ barbaræ videbantur?

[m] *Ad recuperandas Gallias*] A Tetrico tyranno occupatas.

[n] *Patris tui*] Constantii. Vide Paneg. IV.

[o] *Saguntus*] Hodie *Morviedro*, oppidum olim clarissimum Hispaniæ Tarraconensis in finibus Edetanorum, ab Hannibale eversum; cum hi se et sua comburere accenso rogo, quam ei se tradere maluissent.

[p] *Hispania*] Infra in Pacati Pan. cap. IV.

[q] *Massilia*] Urbs Galliæ Narbonensis in ora provinciæ, ad mare Mediterraneum, olim non solum scholarum celebritate, atque emporio, sed etiam morum integritate clarissima, ut apud Plautum in Casina 'mores Massilienses' proverbii instar dicantur pro moribus integerrimis.

[r] *Mamertini*] Populi olim e Samo insula, a Messanensibus hospitio excepti, occupata urbe, illam Mamertinam appellarunt: unde Tullius Act. IV. et VII. in Verrem Messana urbs, 'Mamertina,' et populi Messanenses, 'Mamertini' appellantur.

[s] *Ilienses*] Antiqui Ilii incolæ. Ilium autem, quæ et Troja, urbs Phrygiæ Minoris notissima inter Idam montem ad Orientem, et Ægæum mare ad Occidentem.

[t] *Ædui*] De Æduis, supra Paneg. IV. 4.

metu territi, non adulatione compulsi, sed ingenua et simplici caritate fratres populi Romani crediti sunt, appellarique meruerunt: quo nomine, præter cetera necessitudinum vocabula, et communitas amoris apparet, et dignitatis æqualitas. 2. Deinde, cum finitimæ nationes, ipsi illi Romanæ fraternitati, non gloriæ, invidentes, et usque in perniciem sui odiis incitatæ, Germanos sibi auxiliarios dominos invocassent, princeps Æduus[u] in senatum venit, rem docuit, cum quidem, oblato consessu, minus sibi vindicasset, quam dabatur, scuto innixus peroravit. 3. Impetrata ope, Romanum exercitum, Cæsaremque cis Rhodanum[v] primus induxit. Semita enim Galliæ usque ad id temporis Transalpina Gallia nominabatur. Sed enim Ædui totum istud, quod Rheno, Oceano, Pyrenæis montibus,[w] cunctis Alpibus continetur, Romano imperio tradiderunt, hybernis hospitaliter præbitis, suppeditatis largiter commeatibus, armis

amoris, quod servant Vet. Putean. Bertin. Cuspin. Guelph. Grut. et recentt. deest in edd. vett. et Rivin.—2 'Guelph. *fraternitatis:* male. Cf. ad Eumen. Constant. XXI. 2.' *Arntz.* *incitata* edd. Rhenan. et Rivin. 1. *incitatæ* Vet. Putean. *dominos* abest in Chassen. *ad senatum* Vet. Livin. Gud. et Mœrl. 'Sed vulgata recte habet.' *Jæger.* 'Vulgatam præfero; aliud enim est ap. Cæs. B. G. VI. 12. 5. ubi 'ad senatum profectus' dicitur Divitiacus.' *Arntz.* Pro *cum quidem*, Livin. et Grut. conj. *cumque idem.* 'Mihi non videtur necesse.' *Arntz.* *oblato consensu* Guelph. Rhenan. Steph. Livin. *oblata consessu* Schonhov. 'Propius verum.' *Jæger.* *oblato consessu* Bertin. Cuspin. Exc. Lang. Grut. Rivin. et recentt.—3 *Imperata* Livin. al. vett. usque ad Cellar. Vid. Nott. Varr. *Cæsaremque* deest in Mœrl. *Semita* suspectum fuit Acidalio. Edd. Rhenan. H. Steph. et Rivin. 1. *nominabitur*. Chassen. *Sed tantum Ædui;* unde Livin. conj. *Sed tum Ædui.* 'Nihil videtur mutandum; nam *sed enim* pro simplici *sed* poni, satis constat.' *Jæger.* Vet. Putean. delet *cunctis.* 'Si alii addicerent codd. *cunctis* delerem, nisi Alpes Julias, et Cotias intellexerit. Cf. Livin. infr. ad Incert. Constant. v. 4.' *Arntz.* *equitumque*

NOTÆ

[u] *Princeps Æduus*] Æduorum primarius magistratus, si Julio Cæsari credimus, Gallico quodam, sed corrupto vocabulo dicebatur *Vergobret.* An vero princeps Æduus alius ab eo fuerit, nescio. Certe Julius Cæsar Divitiacum principem Æduum sæpe vocat, nunquam Æduorum magistratum.

[v] *Cis Rhodanum*] Rhodanus fluvius maximus Galliæ Narbonensis, ex Adura monte, e regione Rheni oriens, ad Lugdunum accepto Arari, Viennam, Valentiam, Avenionem, et Arelatem alluit. *Le Rhône.*

[w] *Pyrenæis montibus*] Pyrenæi montes Galliam ab Hispania disterminant. De his supra, Plinii Paneg. cap. XIV. not. [i].

fabricandis, pedestribus equitum copiis auxiliantibus. 4. Ita in unam pacem sociatis omnibus Celtarum, Belgarumque populis, eripuere barbaris, quicquid junxere Romanis.

CAP. IV. 1. Dicet aliquis, vetera ista sunt: et quidem hoc sanctiora, quod vetera. Bonis enim meritis cum ætate[a] dignitas et pondus accedit. Atque, ut magno natu[b] parentes magis magisque in dies veneramur, et colimus; fratrum vero æqualitas, et liberorum suboles, blandiore licet, leviore tamen animos tangit affectu; ita beneficia antiqua graviora sunt, quamvis præsentia suaviora videantur. 2. Sed tamen, si illa vetustate obsoleverunt, quid hæc recentia, quæ pueri vidimus?[c] Attende, quæso, quanti sit, Imperator, quod Divum Claudium,[d] parentem tuum, ad recuperandas Gallias[e] primi solicitaverunt: expectantesque ejus auxilium, septem mensibus clausi, et omnia inopiæ miseranda perpessi, tum demum irrumpendas rebellibus Gallicanis[f] portas reliquerunt, cum fessi observare non possent. 3. Quod si vobis,[g] et conatibus Æduorum fortuna favisset,

copiis Exc. Lang. probante Grut. *pedestribus et equitum copiis* legi jubet Putean. Vide Nott. Varr.

CAP. IV. 1 Acidal. conj. *ista sunt. Sunt et, &c.* 'Non opus est: *et quidem* satis responsionem ad præcedens indicat.' *Arntz. hæc sanctiora* Guelph. *est ætate* Cuspin. unde Livin. conj. *ex ætate*, probante Grut. *magnos natu* Baun. et Patarol. ex conjectura Acidalii. *suaviora esse* Chassen.—2 Exc. Schonhov. *hi illa*. Cuspin. Rhenan. Steph. Rivin. al. ante Livin. *obsoluerunt;* Vet. Putean. Livin. Grut. et recentt. *obsoleverunt;* Guelph. *absoleverunt.* Mox, in eodem cod. *quanta sint.* Chassen. *ad occupandas Gallias.* 'Pro *primi*, male Guelph. *parum.*' Arntz. *servare non possent* Vet. Put. Post *non possent*, auc-

NOTÆ

[a] *Cum ætate*] Fortasse *ex ætate*.

[b] *Magno* [*magnos*] *natu*] Ita restitui ex Acidalio. In Puteana edit. est *magno natu*.

[c] *Quæ pueri vidimus*] Si Eumenius puer fuit sub Claudio secundo, anno nempe Christi CCLXIX. natum eum fuisse sub Gallieno anno circiter CCLXI. mihi verisimile fit.

[d] *Divum Claudium*] De hoc multa in Paneg. IV.

[e] *Recuperandas Gallias*] A Tetrico tyranno.

[f] *Rebellibus Gallicanis*] Bagaudis. De quibus supra. Bartholomæus vero a Chassenæo juris doctor, idemque fiscalis Æduensis patronus, in hac ipsa oratione quam inseruit in 'suo gloriæ catalogo,' quem librum characteribus Gothicis ante 150. annos Parisiis edidit; in contextum addit: 'Cumque omni tempore de populo Rom. bene meriti fuerint, tamen liberos in securitatem abduci, et agros suos vastari viderant.'

[g] *Quod si vobis*] Flaviæ genti.

atque ille reipublicæ restitutor implorantibus nobis subvenire potuisset,[h] sine ullo detrimento Romanarum virium, sine clade Catalaunica,[i] compendium pacis reconciliatis provinciis attulisset fraternitas Æduorum. 4. Ob hæc igitur merita, et prisca, Divus pater tuus civitatem Æduorum voluit jacentem erigere,[j] perditamque recreare, non solum pecuniis ad Kalendaria[k] largiendis, et lavacris, quæ corruerant, exstruendis, sed et metœcis[l] undique transferendis, ut esset illa civitas provinciarum velut una mater, quæ reliquas urbes quodammodo Romanas prima fecisset.

Cap. v. 1. Dixi, quam bene meritis Æduis subveneris, Imperator: sequitur, ut dicam, quam graviter afflictis: qui locus nimium quantum[m] plus mihi suppeditaret ora-

tius Chassen. *Cumque omni, &c.* Vide Not. Delph.—3 *Quod si nobis* Vet. Put. *Quod si votis* Markland. ad Stat. Sylv. i. 2. 195. *implorantibus vobis* Rhenan. et Steph. *i. nobis* emendavit Acidal. eumque secuti sunt recentiores. ‘Male Guelph. *subvenire posset.*’ Arntz. *Romanorum* edd. vett. *Romanarum* Vet. Putean.—4 Edd. vett. *ad Kalendaria;* Acidal. Grut. et Ritters. conj. *ad caldaria.* Mox, *methycis undique* Cuspin. Rhenan. Rivin. Steph. Livin. *metis undique* Mœrl. et Gud. *meticis undique* Vet. Put. Vet. Livin. Bertin. *methicis undique* Chassen. *metœcis* Grut. et recentt.

Cap. v. 1 ‘Forte legendum, *mirum quantum.*’ Putean. ‘Recte *nimium quantum.* Cf. Burm. ad Quintil. Inst. Or. iv. 2.’ *Arntz.* Chassen. *mihi plus*

NOTÆ

[h] *Subvenire potuisset*] Gothico bello distentus. In quo quidem, si Trebellio fides est, cecidit barbarorum trecenta viginti millia; navium duo millia demersit. Cæsi in ea clade Peucini, Trutungi, Ostrogothi, Virtingui, Sigipedes, Celtæ, etiam et Eruli, &c.

[i] *Sine clade Catalaunica*] Cum Aurelianus, an. Chr. cclxxiv. Tetrici tyranni exercitum, ipso tradente Tetrico, plane cecidit. Vidend. Vopiscus, Victor, Pollio, Zosimus, et Zonaras. Catalaunum autem urbs ampla Galliæ ad Matronam fluvium viginti leucis distat a Trecis Meridiem versus, et totidem a Verduno in Orientem. *Châlons sur Marne.*

[j] *Jacentem erigere*] Vide Paneg. iv. finem.

[k] *Ad Kalendaria*] Puta, inquit Livineius, Constantium pro liberalitate sua grandem reip. Flaviensium dedisse pecuniam, quam illi fœnori ad Kalendas pro more collocarent. Horat. Epod. ii. 68. ‘Jam jam futurus rusticus, Omnem relegit Idibus pecuniam; Quærit Kalendis ponere.’ Gruterus legit *ad Caldaria,* id est, ad lavacra reficienda.

[l] *Metœcis*] Id est, colonis. *Μέτοικοι οἱ, ἀφ' ἑτέρας πόλεως μεταστάντες, καὶ εἰς ἑτέραν οἰκοῦντες. Metœci sunt, qui aliam urbem inhabitant, priore relicta.* Ita Suidas ex Aristophane in Equitibus.

[m] *Nimium quantum*] Ita Tullius in Oratore cap. 87. ‘Tales qui in dicen-

tionis, si fas esset, audiente te, rebus tristioribus immorari. 2. Ut igitur in prædicandis laudibus patriæ meæ verecundia modum fecit, ne arroganter insurgerem; ita in commemorandis ejusdem malis et meus dolor, et tuarum aurium consuetudo cohibebit. Nihil enim libenter audis, nisi quo pro tuis [n] gratuleris. 3. Sed tamen, quæso, Imperator, injunge patientiam sensibus tuis,[a] ut, quemadmodum præstantes scientia medici non aspernantur vulnera inspicere, quæ sanant, ita nunc tu paulisper audias Æduorum labores, quos sustulisti. Neque enim potes sine experimento misericordiæ [o] ad laudem clementiæ pervenire. 4. Jacebat illa civitas, non tam innixa Romanis,[p] quam virium defectione prostrata, ex quo eam novi census exanimaverat acerbitas. 5. Nec tamen juste queri poterat, cum et agros, qui descripti fuerant, haberemus, et Gallicani census [q] communi formula teneremur, qui fortunis ne-

[a] *Impera id animo tuo.*

... *te de rebus.*—2 *Ut i. in meritis laudibus* Mœrl. et Gud. 'Male Chassen. *insurgerent.*' Arntz. Guelph. *ita commemorandis*, omissa præpositione. Rhenan. et al. vett. *dolor tuarum;* Vet. Putean. Exc. Schonhov. et edd. recentt. *dolor, et tuarum.* Mox, *quos pro tuis* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Francof. Paris. *quo pro tuis* Vet. Putean. Gud. Mœrl. Patarol. et recentt. Lipsius Epist. Quæst. IV. 27. emend. *nisi quod pro tuis pertuleris;* Chassen. *nisi quod tuis gratuleris;* Acidal. legit, *nisi quod tuis;* Ritters. *nisi quod pro tuis gratuleris.* Vide Nott. Varr.—3 *Sed tamen, imperator* Guelph. Pro *misericordiæ,* Livin. conj. *miseriæ.*—4 Pro *innixa Romanis,* Gud. et Mœrl. habent, *menium rõnis;* Vet. Livin. *nimium Rom.* unde Livin. conj. *juribus Rom.* Bertin. *menium rõnis;* Modius, *non tam mœnium ruinis;* Lips. in Excurs. K. in Tacit. Annal. I. legendum putat, *invisa Romanis.* Vide Nott. Varr. *exanimarat* Vet. Livin. et Guelph. Pro *acerbitas,* Cuspin. et Exc. Schonhov. habent *enormitas.* 'Sed potius vulgata.'—5 'Mœrl. *Gallicani census formula teneretur:* falso; hæc

NOTÆ

do nimium quantum valent;' sed et utrobique aliqui legunt *mirum quantum.*

[n] *Nisi quo* [*quod*] *pro tuis, &c.*] Corruptus locus, quem cum Acidalio restituo. Alii legunt, *nisi pro quo tuis gratuleris.* Alii, *nisi quos pro tuis gratuleris.*

[o] *Sine experimento misericordiæ*] Malim *miseriæ,* id est, nisi audias, nisi agnoscas alienam miseriam, clemens nec esse, nec haberi potes.

[p] *Non tam innixa Romanis*] Id est, non tam stabat hæc civitas, propter eam quæ inerat ipsi cum Romanis affinitatem, quam jacebat prostrata propter novum vectigal ipsi impositum.

[q] *Gallicani census*] Census duplici modo fiebat: vel per capita, sive per focos; vel per agros, qui propterea describebantur a censoribus, ut pro

mini possumus æquari. 6. Quo magis, Imperator, clementiæ tuæ gratias agimus, qui, remediis sponte concessis, fecisti, ut, quod non poteramus jure petere, juste obtinuisse videamur.

CAP. VI. 1. Habemus enim, ut dixi, et hominum numerum, qui delati sunt, et agrorum modum, sed utrumque nequam, hominum segnitia, terræque perfidia. Unde enim nobis Remus,[r] aut Nervius,[s] aut ipse ille de proximo Tricassinus[t] ager? aut arator? quorum reditus cum labore contendunt.[b] 2. Quanquam merito quivis ignoscat ipsis cultoribus, quos piget laborare sine fructu. Siquidem ager, qui nunquam respondet impendiis, ex necessitate deseritur, etiam inopia rusticanorum, quibus in ære alieno vacillantibus[c] nec aquas deducere, nec sylvas licuit excidere. 3. Ita quicquid olim fuerat tolerabilis soli,[d] aut corruptum est

[b] *Quorum reditus æquant labores.* [c] *Quibus ære alieno oppressis.*
[d] *Sic terra illa quæ quondam erat utcumque bona, &c.*

enim non junguntur apte sequentibus, *qui f. n. possumus æquari.*' Jæger. *communi* abest quoque in Guelph. *possumus comparari* Bertin.

CAP. VI. 1 '*Habemus inquiunt* Pithœus Advers. Subsec. II. 1.' *Schonhov.* '*inquiunt* neque est in codd. neque editis, et male ita citavit Pithœus; dat enim præcedentium rationem Eumenius. Male Chassen. *haberemus.*' Arntz. *et agrorum nomen* Guelph. *sed u. nequeam* Rhenan. H. Steph. Rivin. et al. ante Livin. *sed u. nequam* Vet. Putean. Guelph. Exc. Schonhov. Livin. Grut. et recentt. '*torvaque perfidia perdidimus* Chassen. corrupte.' *Livin.* *Remis aut Nervis* Puteol. Rhenan. H. Steph. Rivin. *Remus, aut Nervius* Vet. Putean. Guelph. Exc. Schonhov. Livin. et recentt. *unde enim nobis, venis, aut nervis* Chassen. *Tricacissimus* Chassen. Rhenan. Rivin. 1. *Tricassinius* Guelph. '*Tricassinus* Pithœus Advers. Subsec. II. 1.' *Schonhov.*—2 Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. al. vett. *quivis si ignoscat;* Vet. Putean. Exc. Lang. Chassen. Mœrl. Guelph. Exc. Schonhov. et edd. recentt. *quivis ignoscat.* Chassen. *cultoribus ipsis.* Livin. *quibus ære alieno.* Vet. Put. *aquas ducere.*—3 Guelph.

NOTÆ

numero et modo agrorum esset vel major vel minor. Igitur sensus est: Nos quidem exanimat novi census acerbitas, qui aliarum provinciarum fortunas æquare non possumus. Nihil est tamen cur conqueramur, cum et agros qui descripti sunt habeamus, neque quicquam a nobis petatur, quam pro communi Gallici censua formula debeatur.

[r] *Remus*] Remi, populi quorum urbs Remi, seu Durocotorum in Gallia Belgica, ad fluvium Vidulam.

[s] *Nervius*] Populi Galliæ Belgicæ, *ceux du Haynaut;* propter Tornacum ad Scaldim fluvium.

[t] *Tricassinus*] De Tricassino oppido supra Paneg. v. 14.

paludibus, aut sentibus impeditum. 4. Quin etiam ipse ille pagus Arebrignus[u] inani fertur invidia,[v] cujus in uno loco vitium cultura perspicua est:[w] nam retro cetera, sylvis et rupibus invia, securarum sunt cubilia bestiarum. 5. Illa autem, quæ subjecta et usque Ararim[x] porrecta planities,[y] fuit quidem, ut audio, aliquando jucunda, cum per singulorum fines[z] continua cultura procursus fontium vallibus patentibus evehebat: nunc autem, interclusis vastitate meatibus, quicquid humilitate sua fuerat uberius, in

sola soli.—4 Vet. Putean. Mœrl. et Guelph. *Areprignus;* Vet. Livin. cum edd. Puteol. et recentt. *Arebrignus.* Vide Nott. Varr. *ille ipse pagus* Guelph. *manu seritur invida* Rhenan. Steph. Livin. Baun. *inani seritur invidia* Exc. Schonhov. *inani fertur invidia* Pithœan. Mœrl. Cuspin. Francof. Paris. Cellar. Grut. Patarol. *inani fertur invida* Pulman. *seritur, invidia cujus* Chassen. Vid. Nott. Varr. *cujus in loco* Mœrl. Gud. Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *cujus uno loco v. c. perexigua est* Baun. et Jæger. ex conj. Acidalii. *in uno loco* Bertin. Exc. Lang. Cuspin. Grut. et recentt. *imo loco* conj. Livin. *vitium* deest in Baunii ed. Veneta. *sint cubilia* edd. Rhenan. Rivin. *sunt cubilia* Vet. Putean. Guelph. Exc. Schonhov. et edd. recentt. *cubicula* Chassen.—5 'Lege, *subjecta est et usque;* vel, *subjecta et usque.*' Putean. Pro *jucunda,* Acidal. legit *fœcunda.* Idem, pro *vallibus patentibus,* legit *canalibus latentibus;* vel, *et callibus.* Exc. Schonhov. *humiditate sua.* Voc. *sua* deest in

NOTÆ

[u] *Pagus Arebrignus*] Pagus non tantum sumitur pro villula, ubi aliquot rusticorum casæ conjunctæ sunt, accipitur etiam pro toto jurisdictionis tractu. Quo sensu Cæsar de Bello Gall. l. I. scribit Helvetiam totam in 40. divisam pagos, hodie 13. numerantur, quos Cantones appellamus. Sic Dionysius agrum Romanum ait fuisse in tractus quosdam distributum. Arebrignus autem est pagus Æduorum circa Ararim fluvium.

[v] *Inani fertur invidia* [*manu seritur invida*] Ita extat in aliquot veteribus exemplaribus, id est, ægre admodum seritur. In Puteana editione est *inani fertur invidia.*

[w] *Perspicua* [*perexigua*] *est*] Ita legit Acidalius pro *perspicua est.*

[x] *Ararim*] Araris. *La Saone,* de quo fluvio, supra Paneg. VII. 18.

[y] *Porrecta planities*] 'Augustodunum ab Oriente et Meridie montibus elevatur nemorosis; a Septemtrione vero, et Occidente vallibus deprimitur; saltem circa ejus medietatem, a qua planities amœnissima in Septemtrionem ad longitudinem duodecim mille passuum; ubi undequaque fontes, rivulique circumfluunt.' Hæc Bartholomæus a Chassenæo in Prooemio Comment. ad Consuetudines Burgundiæ, XII. 60. Plura de Æduensis urbis origine, dignitate, et situ videri possunt apud Petrum a Sancto Juliano, et Joannem Munerium, qui ambo commentarios eam in urbem ediderunt.

[z] *Cum per singulorum fines*] Sensus est: Cum assiduo cultu humum aut lapides hinc et inde aggerendo, veluti canales quidam ad altitudinem aliquam attollebantur, quibus per pa-

voraginem et stagna conversum.[a] 6. Ipsæ denique vineæ, quas mirantur ignari,[b] ita vetustate senuerunt, ut culturam jam pæne non sentiant. 7. Radices enim[c] vitium, quarum jam nescimus ætatem, millies replicando congestæ altitudinem debitam scrobibus excludunt; et ipsam propaginem non debitam, sed obtectam, produnt imbribus eluendam, et solibus perurendam. 8. Nec possumus, ut Aquitanis,[d] aliisque provinciis familiare est, novis vitibus locum ubique metari; cum supra saxa perpetua sint, infra humilitas pruinosa.

CAP. VII. 1. Nam quid ego de ceteris civitatibus[e] illius regionis loquar, quibus illacrymasse te ipse confessus es?

Chassen. *in voraginum stagna* Mœrl. et Gud. *conversum est* Ritters. *in voraginem est, et stagna* conj. Arntz.—6 Pro *pæne*, Rivin. in utraque ed. habet *bene.*—7 ‘*Replicando*] An *repastinando?* quod proprium verbum huic rei.’ *Acidal.* *altitudinem debitam scrobibus produnt imbribus eluendam*, omissis intermediis, Guelph. Pro *non debitam* Livin. conj. *non diditam;* Acidal. *non desitam*, aut *defixam;* Putean. et Bann. *non obtectam.* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. 1. al. vett. *perdunt imbribus;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Mœrl. Exc. Schonhov. Guelph. *produnt imbribus*, ‘quod recte recepit Grut. et seqq. radices enim propaginem prodebant, sive exponebant. Eadem hæc permutata ap. Mamert. Maxim. v. 2. Cf. Varr. Lectt. ad Plin. Paneg. IV. 5.’ *Arntz.*—8 *Ne possumus* Guelph.

CAP. VII. 1 Vet. Livin. Bertin. *civitatis illius regionibus.* ‘Non placet.’

NOTÆ

tentes valles in singulorum terras fontes inducerentur.

[a] *Conversum*] Adde *est.* Sensus erit: Nunc autem quicquid propter humilitatem loci melius irrigatum ab his aquis fuerat, adeoque et pinguius et uberius; id omne mutatum est in atram quandam ac lutulentam voraginem.

[b] *Quas mirantur ignari*] Id est, vineæ quas mirantur, qui ad luxuriam quandam foliorum, et ad sarmentorum inutilem sylvam attendunt, ignari quid in iis vitii lateat.

[c] *Radices enim*] Radices millies repastinatæ tantam fibrarum et surculorum sylvam egerant, ut scrobes ad debitam altitudinem fodi non possent, proindeque ipsa vitium propago non satis obtecta, vel corrumperetur imbribus, vel solis ardoribus ureretur. Pro *ipsam propaginem non debitam, sed obtectam,* lege *ipsam propaginem non obtectam.* Vox enim *debitam* e superiore versu in hunc haud dubie irrepsisse notat Puteanus, nisi forte cum Livineio legeris, *non diditam, sed obtectam,* nempe leviter, &c.

[d] *Aquitanis*] Populi eam Galliæ partem incolentes, quæ Garumna, montibus Pyrenæis, et oceano definitur. *La Guyenne.*

[e] *Ceteris civitatibus*] Augustodunum erat Æduensis ditionis caput, cui suberant aliæ civitates, ut ex Tacito supra probavimus.

2. Vidisti enim, non, ut per agros aliarum urbium, omnia fere culta, aperta, florentia, vias faciles, navigera flumina,[a] ipsas oppidorum portas alluentia; sed statim ab eo flexu, e quo retrorsum via ducit in Belgicam, vasta omnia, inculta, squalentia, muta, tenebrosa,[b] etiam militaris via sit, ac confragosa,[f] et alternis montibus[c] ardui aditus atque præcipites, ut vix semiplena carpenta, interdum vacua transmittant. 3. Ex quo sæpe accidit, ut obsequia nostra tarda sint,[g] cum paucarum frugum nobis difficilior sit evectio, quam ceteris plurimarum.[d h] 4. Quo magis, Imperator, pietati tuæ gratias agimus, qui, cum scires itinerum[i] regionum nostrarum aditum, atque aspectum tam fœdum, tamque asperum, tamen illo deflectere, et urbem illam, sola

[a] *Aptos ad navigandum fluvios.* [b] *Plena silentii, et tenebrarum.*
[c] *Propter montes interjectos.*
[d] *Cum pauca cibaria transportare nobis sit difficilius, quam aliis longe plura.*

Livin. *quibus i. tute ipse* Chassen.—2 Mœrl. *portas abluentia.* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *fluxu;* Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Exc. Schonhov. Grut. et edd. recentt. *flexu;* et sic conj. Acidal. *fluxu quo* Chassen. In Guelph. cuncta sunt omissa post *alluentia* usque ad *inculta.* Mox, *et ut militaris* edd. vett. Rivin. et Jæger. *etiam militaris* Vet. Livin. Bertin. Guelph. Francof. Paris. Cellar. Patarol. Grut. et recentt. *via sit confragosa* edd. ante Arntz. *via sit ac confragosa* Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Gud. *via situ confragosa* conj. Livin. *et ut via militaris sit, at confragosa* Grut. *ardua atque præceps* edd. ante Arntz. *ardui aditus atque præcipites* Vet. Put. *sed alternis motibus ardui aditus atque præcipites* Gud. et Mœrl. Vide Nott. Varr. *transmittat* edd. ante Arntzen. *transmittant* Vet. Put. Gud. Mœrl.—3 Gud. Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. *parvarum frugum;* Exc. Lang. et Mœrl. cum edd. recentt. *paucarum frugum.* Vide Not. Delph.—4 'Potest a glossa esse vox *itinerum.*' Acidal. *tam fœdum, atque asperum* Chassen. *tum illo* Livin. et P. Steph. *tamen illo* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. Chassen. aliique libri et

NOTÆ

[f] *Via sit, ac confragosa*] *Via situ confragosa* Livin. Cum enim viæ militares planæ esse ubique soleant, et ad comportandos commeatus faciles, vel via militaris apud Æduos erat confragosa, quod maxime facit ad regionis illius exaggerandam miseriam.

[g] *Tarda sint*] Ut si quando obsequii nostri ratio exigit ut cibaria tibi et commeatus afferamus, non nisi ægre et tarde id fiat, atque serius quam vellemus.

[h] *Ceteris plurimarum*] Non videtur abs re huic loco attexere quod Chassenæus hoc loco addit ex Ms. *Horum locorum, Imperator, ingenium est hujusmodi, ut te eorum aspectum non horruisse loco sit summi beneficii, recreasse vero plane non hominis, sed divinum opus omnes fatebuntur, nos proprie benevolentia colemus sempiterna.*

[i] *Itinerum*] Fortasse abundat vox ista.

opis tuæ expectatione viventem, illustrare dignatus es. 5. Boni Principis est, libenter suos videre felices; sed melioris, invisere etiam laborantes. 6. Dii boni! quisnam ille tum nobis illuxit dies! jam enim ad prædicanda remedia numinis tui, ordine suo, pervenit oratio,[e] cum tu, quod primum nobis signum salutis fuit, portas istius urbis intrasti, quæ te, habitu illo in sinum reducto, et procurrentibus utrimque turribus, amplexu quodam videbatur accipere.[f]

CAP. VIII. 1. Miratus es, Imperator, unde se tibi tanta obviam effunderet[j] multitudo, cum solitudinem ex vicino monte vidisses. Omnes enim ex agris omnium ætatum homines convolaverunt, ut viderent, quem superstitem sibi libenter optarent. 2. Quod enim ad propagandos[k] aliorum Principum dies, solenni verborum more,[l] juratur, tibi,

[e] *Nunc cursus orationis eo deductus est, ut commemorem quæ remedia attulerit his malis tua majestas.*

[f] *Quæ urbs te videbatur excipere curvo sinu suo, et turribus utrimque projectis quasi amplectendo.*

scripti et impressi. Mox, Guelph. *ut urbem*, improbante Arntz.—6 *Di min.* Bertin. unde Livin. conj. *Di immortales.* 'Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. mendose, *jam enim ad prædicanda remedia ordine numinis tui supervenit*; sed veram scripturam ex suo cod. et Bertin. protulit Livin. eamque exhibent quoque ceteri.' *Jæger.* 'Depravatam quoque lect. habet Guelph. eamque retinuit Rivin. quamvis inde a Grut. placuisset altera.' *Arntz.* *numinis tui ordine* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. *suo pervenit* Bertin. 'Lege, (*jam enim ad p. r. numinis tui ordine suo pervenit oratio*) *cum*.' Acidal. Idem, pro *salutis*, legit *ad salutem*. Edd. ante Arntz. *ipsius*; Vet. Livin. Bertin. Guelph. *istius*. Hæc in Mss. confundi, monet Drakenb. ad Sil. VI. 309. '*quæ tu* Mœrl. vitiose.' *Jæger.* Pro *habitu*, Acidal. conj. *aditu*, vel *ambitu*. 'Guelph. *in suum reducto*: vitiose.' *Arntz.* *utrimque tenoribus* Chassen.' Edd. ante Arntz. *videbantur*; Mœrl. et Guelph. *videbatur*, ut non ad portas, sed ad urbem referatur. 'Recte; non enim in suum reductæ erant portæ, sed urbs.' *Arntz.*

CAP. VIII. 1 Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *unus se;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Cuspin. Chassen. Guelph. Exc. Schonhov. P. Steph. et edd. recentt. *unde se;* et sic conj. Rhenan. *convolaverant* conj. Acidal. et Ritters.—2 Edd. vett. *ad propagandos aliorum principum solenni;* Cuspin. *ad prop. ad aliorum, &c.* Præpositio *ad* deest in Bertin. *ad prop. annos aliorum* conj. Ritters. *annos* etiam Rhenan. et Faber. *dies* Vet. Putean. Mœrl. et Gud. *sollennium* Bertin. 'Elegantior est vulgatæ lectionis hypal-

NOTÆ

[j] *Obviam effunderet*] Constantini in Augustodunum urbem ingressus.

[k] *Ad propagandos*] Anton. Schonhovius addit *annos.*

[l] *Solenni verborum more*] Variæ erant ejusmodi acclamationes. Nam apud Tertull. Apologet. acclamat populus, 'De nostris annis tibi Jupiter augeat annos.' Apud Senecam Ep. XXXI. et LXXI. 'Tanto melior, surge

Constantine, soli, ultra omnium nostrum fata victuro, securi vovemus,[m] cui tam longa ætas propria debeatur. 3. Magna est profecto vis post diuturnam ægritudinem atque mœstitiam surgentium gaudiorum. Caluit in nobis ultra vires nostras animus ad lætitiam,[g] et, quodam præsagio venturæ felicitatis elati, tanta te exultatione suscepimus, quasi jam indulgentiam, quam daturus eras, haberemus.[h] 4. Exornavimus vias, quibus in palatium pervenitur, paupere quidem supellectile; sed omnium signa collegiorum,[n] omnium Deorum nostrorum simulacra protulimus; paucissima clarorum instrumenta modulorum, per compendia sæpius tibi occursura, protulimus. 5. Divites nos crederet,

[g] *Animus lætitia gestiit.*
[h] *Quasi jam frueremur beneficio, quod accepturi eramus.*

lage.' *Jæger.* Pro *juratur*, Ritters. conj. *vovetur.* Mœrl. *omnium nostrorum.* Vide inf. XIV. 4. *victuri* edd. ante Livin. et Rivin. *facta victuri* Chassen. *victuro* Vet. Putean. Guelph. Exc. Schonhov. Livin. et recentt. 'neque aliud postulat sententia; recte itaque recepit Livin.' *Arntz.* *secure fovemus* edd. vett. *securi fovemus* Guelph. Mœrl. Vet. Livin. Bertin. Pro *fovemus*, Acidal. et Fornerius Rer. Quot. II. 6. conj. *vovemus;* Exc. Schonhov. *favemus.* Rhenan. H. Steph. et Rivin. 1. *longe ætas;* Vet. Putean. et edd. recentt. *longa ætas;* et sic conj. Acidal.—3 Voc. *nostras* abest in Bertin. *ut quodam* Rivin. edd. vett. *et quodam* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Guelph. Gruter. et recentt. *venturæ felicitatis* ex codd. Bertin. Mœrl. et Guelph. recepit Arntz. cum antea legeretur *futuræ felicitatis.* Mox, *susceperimus* Bertin. Chassen. Rhenan. et Steph. *suscepimus* Vet. Putean. Guelph. Cuspin. Livin. et edd. recentt. *qua futurus eras* Rhenan. Steph. *qua usurus eras* Chassen. *quam usurus eras* Livin. *quam daturus eras* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Cuspin. Exc. Schonhov. et edd. recentt. *quam daturus esset* Mœrl. Vide Nott. Varr.—4 Rhenan. Steph. Livin. et Rivin. *supellectile, omnium,* omisso *sed,* quam voc. exhibent Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Mœrl. Guelph. Exc. Schonhov. Grut. et recentt. *supellectili* Guelph. *simulacra pertulimus* Rhenan. Steph. Livin. et Rivin. 1. *s. protulimus* Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Exc. Schonhov. Gruter. et recentt. *simulata protulimus* Guelph. in quo sequentia usque ad *Divites* sunt omissa, ex frequenti librariorum more, intermedia omittentium, si idem verbum recurrat, ut mox iterum *protulimus.* Chassen. *industria modulorum.* 'Nihil mutandum.' *Jæger.* *occursura pertuli-*

NOTÆ

et inspira:' et Nat. Quæst. lib. VI. 'Vade fortiter, vade feliciter.'

[m] *Securi vovemus*] Tutum est tibi longos annos precari: haud dubie enim vota nostra implebuntur, siquidem tibi etiam absque votis nostris longa ætas debetur ut optimo principi.

[n] *Omnium signa collegiorum*] Adducor facile ut putem in collegiis eruditorum hominum signa et imagines asservari solitas. Hæ vero prolatæ sunt ad solennem Constantini ingressum exornandum.

qui veritatem studio æstimaret. Sed enim providentiam tuam latere non potuit, quamvis bene dissimulata, paupertas: intellexisti officiosam et honestam inopum vanitatem.

CAP. IX. 1. Sponte nos ad numinis tui aditum vocare, sponte affari, sponte, quid opis desideraremus, interrogare dignatus es. 2. Hæc sunt, Imperator, vera beneficia, quæ non precibus efflagitata, sed ex voluntaria tua bonitate proveniunt, et, citra ullam petendi molestiam,[o] adipiscendi voluptatem dederunt. 3. Neque enim parvi negotii est, Imperatorem totius orbis pro se peculiariter rogare, sub tantæ majestatis affectu[p] perfricare frontem, vultum componere, confirmare animum, verba concipere, trepidanter dicere, apte desinere, expectare responsum. 4. Has omnes difficultates, Imperator, verecundiæ nostræ remisisti,[q] non solum ultro percunctando, quid remedii posceremus, sed etiam tibi ipsi suggerendo,[i] quæ nos tacebamus, dum nos

[i] *Tecum ipse disquirendo.*

mus edd. vett. *o. protulimus* Vet. Livin. Bertin. Cuspin. et Exc. Schonhov. idque primus dedit Gruter. eumque secuti sunt recentt. præter Rivin. l. Voc. *protulimus* delent Livin. et Patarol. eamque non solum otiosam, sed et insuavem repetitionem putat Jæger. 'Patarolum in delenda voce contra codd. sequi non sum ausus, quamvis Jægero assentiar.' *Arntz.*

CAP. IX. 1 Edd. ante Jæger. *aditum vocas;* Bertin. et Vet. Livin. *vocares,* adhærente in fine litera prima sequentis verbi; hinc Livin. conj. *vocare,* uti legitur in Vet. Putean. Gud. et Mœrl. *quod opus* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. et Rivin. *quid opus* Vet. Putean. Vet. Livin. et Mœrl. *quid opis* Guelph. Exc. Lang. cum edd. Francof. et recentt. *opus* omissum est in Chassen. quamvis ex eo habeat Livineius; *sponte* ante *quod opus* omiserant Livin. et P. Steph. *desideremus* Mœrl. *desideramus* Chassen.—2 Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *tua benignitate;* Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Guelph. Grut. et recentt. *tua bonitate.* 'Utrum malis, parum referre puto.' *Jæger.* '*ut citra* Guelph. male.' *Arntz.*—3 *Imp.* edd. vett. *Imperatorem* Vet. Putean. et sic conj. Acidal. 'Vocis compendium, quod in antiquis est edd. ipsa jubet sententia ita exponere.' *Arntz.* Pro *affectu,* quod servant Mœrl. Guelph. Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Francof. Paris. Patarol. *affatu* conj. Livin. *aspectu* Gruter. et Acidal. *intrepidanter dicere* conj. idem Acidal. '*aperte desinere* Guelph. male.' *Arntz.*—4 Guelph. et Vet. Livin. *renuisti,*

NOTÆ

[o] *Petendi molestiam*] Vetus est effatum, 'Nihil carius emi, quam quod precibus emendum est.' Et vero beneficii sui gratiam extinguit, qui non votum rogantis occupat. Vide Senecam de Beneficiis.

[p] *Majestatis affectu* [*aspectu*] Gruteri emendationem in contextum inserui, pro eo quod erat antea, *majestatis affectu.*

jacentes ad pedes tuos clementissimo attollis affatu. 5. Vidimus misericordiam tuam humentibus oculis eminentem. 6. Ibant per hæc ora lacrymæ, nobis salutares, tibi gloriosæ; et nos invicem, jam dolore discusso, flebamus gaudio. Nam sicut agros, diuturno ardore sitientes, expetitus votis imber ubertat,[r] ita lacrymæ tuæ pectora nostra gaudiis irrigabant: ut, quamvis nefas esset te flente lætari, vinceret tamen gratulatio religionem, cum lacrymæ illæ pietatis essent indices, non doloris.

CAP. X. 1. Et hæc quidem nobis ad summam gratulationem sufficere potuissent, etiamsi remediorum nostrorum spem distulisses, et, quibus nos opibus levaturus esses, dubium reliquisses: sed tam promta in te est natura bonitatis, ut, quod pia mente conceperis, statim voce declares. 2. Sic ingenui, largique fontes, ut ubique prosint, ire festinant: sic celeriter in terras cœlo missa[a] perveniunt; sic denique divina illa mens, quæ totum mundum hunc gubernat, quicquid cogitavit, illico fecit. 3. In quo tamen, Imperator, si consilium amici alicujus callidioris[b] admitteres,[*]

[*] *Ab astutiore aliquo peteres.*

pro *remisisti*. Mœrl. *percontando*. Livin. P. Steph. *attollis afflatu;* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. Chassen. aliæ edd. *a. affatu*. Guelph. *clementissime*.—5 *Vidimus minimam* edd. vett. *V. miam* Cuspin. *V. misericordiam* Vet. Livin. Rhenan. Cuspin.—6 Pro *ubertat*, Acidal. conj. *uberat*. Chassen. *essent pietatis*.

CAP. X. 1 Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. et Rivin. *etsi remediorum;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Guelph. Grut. et recentt. *etiamsi remediorum*. Mox, Ritters. conj. *naturæ bonitas*. Pro *conceperis*, Petrus Daniel conj. *conceperas*. Rivin. 1. et edd. ante Grut. *declarares;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Chassen. Guelph. et Mœrl. *declares*.—2 *Sic irrigui* conj. Cortius. *ut ubique possint* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *ut u. prosint* Mœrl. Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. *ut ubi prosint, ire festinent* Guelph. *illud fecit* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *illico fecit* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Mœrl. Guelph. Grut. et recentt.—3 Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Baun. *consilium amici callidioris;* vox *amici* deest in Bertin.

NOTÆ

[q] *Remisisti*] Frequens apud ejus ævi scriptores loquendi modus. Ita Paneg. XI. 18. 'Parvi autem, Imperator, putas esse beneficii, quo rogandi mihi periculum remisisti?'

[r] *Ubertat*] Lege *uberat*, ut supra Paneg. Plinii cap. XXXII. quem tu consule.

[a] *Cœlo missa*] Tale illud Paneg. VII. 8. 'Illa inquam, illa majestas, quæ Jovis subjecta nutu, nec Iridi Deum nuntiæ, sed pennis commissa victo-

esset, quod fortasse reprehenderet; nimium te scilicet facile ea, quæ sis tributurus, aperire, et, sine ullo artificio, cito promere, quæ sperari diu debeant. Nescis, Imperator, tua commendare beneficia; præstandi celeritate occupas tempus optandi. 4. Sed enim indulgentiæ celeritate vicisti, Imperator, ipsa elementa, quibus animamur, et vivimus. Diu venturi hominis partus optatur; diu vagitus inconditi locuturam differunt vocem; diu fruges hyems cohibet, ver elicit flores, æstas solidat,[c] calor ematurat.[d] Tu nobis vitam pariter totam dedisti; tu fructus meritorum tuorum statim nos metere, et in conditis referre [e] jussisti. 5. Relevaturus censum, definisti numerum: reliqua debita remissurus, quantum deberemus, interrogasti. Quæ interrogatio manifesta promissio fuit. Nam cum is, qui

Francof. Paris. Patarol. Cellar. *concilium alienus* Vet. Livin. Bertin. *consilium alicujus* Vet. Putean. *alicujus* etiam Gud. Mœrl. *callidioris* abest in Bertin. *reprehenderetur* edd. ante Arntz. *reprehenderet* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Guelph. 'Non placet.' *Livin.* Chassen. Rivin. et edd. ante Livin. *sperare;* Vet. Putean. et Guelph. cum edd. recentt. *sperari,* ut conj. Acidal. *præstanti celeritate* Chassen.—4 *Etenim* Jæger. *animam vivimus* Guelph. Rhenan. Steph. Livin. et Rivin. 1. *animamur, et vivimus* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Grut. et edd. recentt. *animamur, vivimus* Cuspin. et Exc. Schonhov. omissa particula *et.* 'Forte *animalia vivimus.*' Rhenan. *paratus optatur* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. 1. *partus optatur* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Exc. Lang. Gud. Mœrl. Grut. et edd. recentt. ut conj. Acidal. *vagitus inconditu* Guelph. Cf. Markland. ad Stat. Sylv. v. 5. 82. *æstas flore solidat* edd. ante Arntz. *flore* deest in Vet. Putean. et Mœrl. 'An *calore maturat?* ut *flore solidat.*' Acidal. 'Acidalii conjectura est in Chassen. Non necesse, præsertim si lectionem *flores* secundum codd. tuearis.' *Arntz.* Pro *meritorum*, Acidal. conj. *munerum*, vel *remediorum.* Mox, *et inconditis* edd. vett. *et in conditis* Vet. Putean. *condis* Bertin. *condita* conj. Acidal. *et in conditis ferre* Mœrl. et Gud. Denique Acidal. legi jubet, *jussisti Revelaturus.* 'Acidalii emendatio pertinet ad quasdam edd. in quibus post *jussisti* positum est minus tantum distinguendæ sententiæ signum.' *Arntz.*—5 Voc. *debita* delent Ritters. Cellar. et Jæger. *dimissurus* Guelph.

NOTÆ

riæ, tam facile te comitata est, quam cito ad terras cœlo missa perveniunt.'

[b] *Amici...callidioris*] Retineo vocem *amici*, quæ abest in editione Puteana.

[c] *Solidat*] Virg. Georg. I. 179. 'Area tum primum creta solidanda tenaci.'

[d] *Ematurat*] An *maturat?*

[e] *Et in conditis referre*] Metaphora ducta a messoribus, qui non simul et metunt, et messes condunt in horrea. Mos autem bonorum principum semper fuit, attritis bello, vel alia calamitate civitatibus ac provinciis, onerum fiscalium vacatione aut indulgentia subvenire.

omnia potest, quid sibi debeatur interrogat, non curiose percunctatur, ut sciat; sed liberaliter cupit audire, quantum remittat.

CAP. XI. 1. Separate igitur utraque dicam: neque enim quasi per saturam[f] confundenda sunt tanta beneficia. Septem millia capitum[g] remisisti, quintam amplius partem nostrorum censuum; et tamen, utrum sufficeret hoc nobis, sæpius requisisti. 2. O nos utrumne verecundos nimium dicam, an satis gratos? qui reticuimus, hæsimus, indulgentiæ tuæ ample fluenti modum fecimus.[b] Plus adhuc præstare cupiebas, si ausi fuissemus exposcere. 3. Quantum sit hoc, Imperator, beneficium, quam necessarium nobis, quam utile etiam devotionis officiis, non queo satis dicere.[c] Remissione ista[h] septem millium capitum, viginti quinque millibus de-

[b] *Temperationem adhibuimus liberalitati tuæ largiter sese effundenti.*
[c] *Quam utile etiam ad præstanda obsequia, quibus tibi devovemur integra.*

'*Omnia potest*] Bene *potest:* nec male *possidet.*' Acidal. *sed libenter* Chassen. 'Non placet.' *Livin.*

CAP. XI. 1 *S.* i. *utique dicam* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. 1. *utraque dicam* Bertin. *de utroque* Cuspin. et Exc. Schonhov. *utroque* Vet. Livin. *utrumque* Gud. et Mœrl. cum edd. Grut. et recentt. 'Mihi præ ceteris placet lectio Cuspin. nec tamen extrudo vulgatam.' *Jæger.* 'Cum *utraque* notatur cod. Bertin. auctoritate, neque ego intercedo, ceteroquin *utrumque* non male.' *Arntz. satyriam* Rhenan. et Steph. *satyram* Livin. Gud. Mœrl. *saturam* Bertin. Grut. et recentt. *tua beneficia* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *tanta b.* Vet. Putean. Bertin. Cuspin. Guelph. Grut. et recentt. *quartam amplius* edd. ante Arntz. *quintam a.* Gud. Mœrl. Vet. Putean. Bertin. *an sufficeret* Vet. Livin. Bertin. Gud. Mœrl.—2 *Quos utrumne* Chassen. 'Nihil muto.' *Arntz. dicam nimium* edd. ante Arntz. *nimium dicam* Guelph. *ausi essemus* Chassen. —3 Rhenan. H. Steph. Rivin. 1. *immo* pro *imperator*, unde nonnulli *immo quam*, ut est in Chassen. neque ea lectio displicet Arntzenio. *Imp.* Vet. Putean. *Imperator* Guelph. Exc. Schonhov. et edd. recentt. Mox, *etiam*

NOTÆ

[f] *Per saturam*] 'Satura,' ut Festus lib. XVII. scribit, erat cibi genus ex variis rebus conditum, vel secundum aliorum interpretationem genus carminis, in quo multis de rebus conjunctim et confuse disputabatur: ex quo satura lex, quæ multis aliis conferta legibus, olim dicebatur; vel νόμος πολλὰ περιέχων, id est, *lex quæ de pluribus rebus loquitur.* Dicta a copia rerum, quasi a saturitate. Hinc satiræ nomen, quod vitiorum genus omne insectetur. Inde etiam saturum carmen.

[g] *Septem millia capitum*] Capita sunt tributa, quæ in singula capita indicebantur. Glossæ veteres, *Tributum capitulare,* ἐπικεφάλαιος φόρος.

[h] *Remissione ista*] Viginti quinque mille homines centum pendebant. Itaque huic eidem numero cum quartam amplius census partem remisis-

disti vires, dedisti opem, dedisti salutem; plusque in eo consecutus es,[i] quod roborasti, quam recidisti in eo, quod remisisti; 4. quatenus tantum[j] tibi firmum, certumque redditum est id, quod irrito petebatur. Siquidem desperatio perferendi debiti etiam id, quod dari poterat, inhibebat; nec erat ratio conandi, cum non esset spes ulla complendi. 5. O divinam, Imperator, tuam in sananda civitate medicinam! Sicut ægra corpora, et onerata stupentium torpore membrorum, resecata aliqua sui parte, sanantur, ut imminuta vigeant, quæ exaggerata[k] torpebant; ita nos, nimia mole depressi, levato onere, consurgimus.

CAP. XII. 1. Nescit taxare[d] indulgentiam tuam, qui te putat septem millia capitum sola donasse. Donasti omnia, quæ stare fecisti.[e] 2. Quanquam enim adhuc sub pristina sarcina vacillemus, tamen levior videtur, quia vicino perfertur:[l] exonerandi[m] præsumtio[f] dat patientiam

[d] *Æstimare.*
[e] *Septem hominum millia beneficio complexum esse. Complexus es omnes quos pendendo tributo pares fecisti.*
[f] *Fiducia certa levationis oneris.*

deest in Mœrl. *vigintique* Guelpherb. *dedidisti vires* ed. Rivin. *dedisti* Vet. Putean. et Exc. Schonhov. *quam roborasti* Chassen. *quam rescidisti* conj. Putean. et ita est in Chassen. 'Non opus. Cf. Wopkens. Animadv. ad Pacat. Paneg. XIII. 2.' *Arntz.*—4 Edd. ante Arntzen. *quater tantum;* Gud. et Mœrl. *quatenus tantum.* 'Vulgata lectio, quam edd. omnes tuentur, non videtur sollicitanda.' *Jæger.* *ter firmum* Rhenan. Steph. Livin. et Rivin. *tibi firmum* Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Exc. Schonhov. Gud. Mœrl. Grut. et recentt. Vide Nott. Varr. 'Voc. *id* deest in Guelph. male.' *Arntz.* *ratio* deest in eodem codice.—5 Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *exacerbata torpebant;* Vet. Putean. *exagerata;* Vet. Livin. Bertin. Mœrl. et Guelph. *exaggerata;* Acidal. conj. *exacervata.*

CAP. XII. 2 Rhenan. Steph. Livin. *quia nemo præfertur;* Cuspin. *perfer-*

NOTÆ

set, dedit vires viginti quinque millibus, effecitque ut minore suo incommodo deinceps tributum solverent.

[i] *Plusque in eo consecutus es*] Plusque tibi consecutus es sublevando alios, atque ut facilius censum pendere possent efficiendo, quam tibi ademisti suum septem millibus tributum remittendo.

[j] *Quatenus* [*quater*] *tantum*] Rotundat numerum; nam quater septem viginti octo conficiunt; Augustoduni vero censa duntaxat erant viginti quinque millia capitum. Hunc autem locum alii alio modo legunt, sed male meo quidem judicio.

[k] *Exaggerata*] Alii legunt *exacervata;* alii *exacerbata.*

[l] *Quia vicino* [*non omnis*] *perfertur*] In editione Puteana est, *quia nemo vi-*

sustinendi. 3. Certe et nunc liberi parentes suos cariores habent, et mariti conjuges non gravate tuentur, et parentes adultorum non pœnitet filiorum, quorum onera sibi remissa lætantur. Ita omnium pietas, olim fessa,[g] respirat, et suos quemque juvat numerare securum, cum plures adjuvant obsequia paucorum.[h] 4. Quo magis spe futuri temporis elevamur. Recreatur animus securitate præteriti, remissisque reliquis, nihil est, quod respectandum, timendumque sit,[i] quod aliquid virium venturis pensitationibus necet.[j] 5. Ita duorum temporum, quæ sunt maxima, molestia liberati sumus; unum,[n] atque id minimum, brevi labore transigimus. 6. Nam cum præteritum tempus pro modo suo longum, futurum autem infinitum sit; præsens

[g] *Antea oppressa.* [h] *Cum multitudo capitum singulorum onus minuit.*
[i] *Et remissis iis quæ solvenda restabant, nihil est quod cavendum sit.*
[j] *Quod aliquatenus minuat facultatem solvendi in posterum tributi.*

tur. ' Livineius ex suo et Bert. cod. affert, *quia vicino nemo præfertur;* et ita legitur in ed. Francof. Paris. priore, Pat. Cellariana. Gud. et Mœrl. *quia vicino perfertur.* Puteanus conjicit, *quia animo præfertur;* quod nullam speciem habet. Livineius probat τὸ *perfertur;* ita enim paulo ante, ' desperatio perferendi debiti,' &c. Difficilius vero ipsi videtur vox *nemo,* pro qua, ante veteres codices inspectos, reposuerat *animose,* h. e. certa spe et fiducia, scilicet solvendi; commode ad sensum, nec remote a literis, sed turbat scriptura vetus, quam negat se expedire. Acidalius emendat, *quia non omnis porro feretur,* quod explicant sequentia: ' Exonerandi præsumtio dat patientiam sustinendi.' Profert quoque aliam rationem, eadem sententia, minore mutatione, *quia non perferetur.* Baunius ex diversis hisce lectionibus et conjecturis locum ita restituendum esse judicavit, *quia non omnis perfertur,* et hoc in textum recepit. Facillima mihi videtur emendatio Acidalii et sensui accommodatissima, *quia non perferetur.* Ex *no,* superscripta lineola, factum videtur *nemo;* et ex hoc *vicino,* quæ vox totidem fere ductibus, quot *nemo,* constat. Hæc prima mali labes. Deinde vox *nemo,* ascripta in margine codicis alicujus cum alio exemplo collati, in textum reducta.' *Jæger.* Vide Nott. Varr. —3 *Certe et tum* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. C. *et nunc* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Cuspin. Guelph. Exc. Schonhov. Grut. et recentt. *quenquam juvat* Chassen. Pro *adjuvant,* Mœrl. *advocant.*—4 Chassen. *remissis reliquis,* omissa conjunctione *que.* ' Non audiendus Gud. qui *spectandum* habet.' *Jæger.* Mox, *venturis* deest in Chassen. Cf. de hac voce sup. VIII. 3. Pro *necet* Livin. conj. *neget;* Chassen. habet *nocet.*—5 Chassen. *atque id nimium.*—6 Rhenan. Steph. et Rivin. *aut infinitum;* Vet. Putean. et edd. recentt. *autem infinitum;* et sic conj. Faber et Acidal. *præsens breve,* omisso

NOTÆ

cino præfertur. Alii, sublata voce *nemo,* legunt *quia nemo præfertur.* Acidalius, *quia non omnis porro feretur.* Alii, *quia non perferetur.* Ex his omnibus conjecturis ita mihi restituendus integritati visus est locus.

[m] *Exonerandi*] Παθητικῶς.

[n] *Unum*] Præsens videlicet tem-

tempus breve, et semper in partem utramque mutabile, cum et a præterito relinquatur,[k] et transeat in futurum; unus hic annus prope sensum non habet difficultatis, duorum temporum indulgentiis coarctatus, et quasi terminus quidam positus felicitati, et utriusque confinii,[l o] quæ nos et præterito liberos facit, et in futuro securos.

CAP. XIII. 1. Quinque annorum nobis reliqua remisisti! O lustrum, omnibus lustris felicius! o lustrum, quod merito hanc imperii tui æquavit ætatem![p] Nobis ergo præcipue[m] te Principem Dii nostri creaverunt, quibus singulis hæc est nata felicitas, ex quo tu imperare cœpisti. 2. Quinquennalia tua nobis, etiam perfecta, celebranda sunt. Illa enim,[q] quinto incipiente suscepta, omnibus populis jure

[k] *Et a præterito dividatur.*
[l] *Et inter utriusque temporis fines medius.*
[m] *Nostra præcipue causa.*

tempus, Livin. *et præterito* Guelph. *temporum præteritorum indulgentiis* Chasseu. *sensum non habet difficultas duorum t. i. coartatur* Guelph. *et utriusque confinii* edd. omnes, præter Baun. in qua legitur *utriusque confinis*, ut ad *terminus*, vel potius *annus* referatur. Gud. et Mœrl. habent *et utrumque confinii*. Jæger. conj. *positus, felicitati utriusque confinis*. Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. et edd. ante Grut. *qui nos et in præterito;* Vet. Livin. Bertin. Guelph. cum edd. Grut. et recentt. *quæ nos et præterito*. 'Hanc lectionem, *quæ nos et præterito liberos facit, et in f. s.* receperunt editores Francof. Parisienses, Cellarius, et Patarol. Ms. Mœrl. *quæ nos et præterito liberos facit, et in futurum securos*. Quod si conjecturæ nostræ, in annotatione præcedente propositæ, locus detur, retineam *quæ;* sin minus, malim *qui*, ut referatur ad *annus*. Particulam *in* ante *præterito* non censeo delendam; nam *præterito liberos facere*, quo modo hic accurate dici possit, non video. *In præterito liberos facere* autem affine videtur locutioni, qua usus est Plinius Paneg. XL. 3. 'in præteritum subvenire,' et Sueton. Domit. c. 9. 'venia in præteritum donare.' Si lectio cod. Mœrl. *in futurum* recipienda esset, etiam hic *in præteritum* legi deberet.' *Jæger.* 'Etiam Guelph. *quæ nos et præterito*. Hanc lectionem postquam dedisset Grut. omnes præter Rivin. expresserunt, et potest abesse præpositio.' *Arntz.*

CAP. XIII. 1 *Dii creaverunt*, omisso *nostri*, edd. ante Arntzen. *Dii nostri c.* Vet. Putean. et Guelph. *Dii numinum* Bertin. unde Livin. conj. *immortales*. 'Ob *nobis* vocem inserui. Cf. ad Eumen. pro Instaur. Schol. I. 2. Constant. XVI. 9.' *Arntz.* *quibus singularis* rectum arbitrabatur Livin. 'Mihi vulgata est fortior, et neminem excipiat.' *Arntz.*—2 Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *quæ te incipiente;* Vet. Livin. Cuspin. *quanto incipiente;* Bertin. Grut. et recentt. *quinto incipiente;* Gud. *quinto incepisti*, deleto τῷ *suscep-*

NOTÆ

pus, atque id minimum.

[o] *Confinii* [*confinis*] Legendum alii putant *confiniis*, vel *confinium*.

[p] *Æquavit ætatem*] Lustrum imperii tui.

[q] *Illa enim*] Confert quinquennalia

communia; nobis hæc propria, quæ plena sunt. 3. Præclara fertur Catonis oratio de lustri sui felicitate.[r] Jam tunc enim, in illa vetere republica, ad censorum laudem pertinebat, si lustrum felix condidissent, si horrea messis implesset, si vindemia redundasset, si oliveta larga fluxissent.[s] 4. Quid ergo nos convenit gratulari de hoc indulgentiæ tuæ lustro? lustro, quo, licet nulla frugum cessarit ubertas, fecisti tamen, ut omnia videantur fuisse largiora, quam fuerint. 5. Valet enim, nos tantum habuisse, quantum debere desinimus: valet, plena fuisse horrea, plenas cellas, cum in nullis reliquis[t] hæreamus. 6. Hoc nobis est[u] ista largitio, quod terra, mater frugum, quod Jupiter, moderator aurarum. Quicquid illi parcius dederant, nobis tamen ex beneficio tuo natum est.

CAP. XIV. 1. Quænam toto orbe terrarum auri argentique metalla tam larga sunt? quis Tagus, quisve Pactolus tanto fluxit auro, quantum liberalitate tua consecuti sumus? non enim majoris est muneris abs te accepisse. 2. Quinimmo, quanto est durius extorqueri,[*] quod proprium fu-

[*] *Privari per vim eo.*

ta.—3 Guelph. Puteol. Rhenan. H. Steph. et Rivin. *condidisset.* Vulgatam jam dedit Livin. Mox, Putean. conj. *large fluxissent;* Ritters. *si olivitas larga fluxisset.*—4 Voc. *lustro* abest in Vet. Livin. ' Chassen. *fuerit ubertas,* quod melius videtur convenire cum ' parcius dederant,' sect. 6.' *Jæger.* Guelph. vulgatum habet. *largiora videantur fuisse* Vet. Bertin.—5 Pro *desinimus,* Chassen. habet *debuimus;* Livin. conj. *desivimus.* Huic conjecturæ favet Guelph. in quo *descivimus.*—6 Rhenan. Steph. Livin. Cuspin. Rivin. *parcius dederunt;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Guelph. cum edd. Grut. et recentt. *p. dederant.* ' Gud. non bene, *tuo tutum est.*' Jæger.

CAP. XIV. 1 Edd. ante Arntzen. *fluxerunt auro;* Vet. Livin. Bertin. Gud. *fluxit auro.* Cf. ad Mamert. Genethl. VII. 4. In Puteolani ed. *flexerunt* est a typographo. *nos enim* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *non enim* Guelph. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Grut. Paris. Cellar. Patarol. Jæger. ' Mendose, ut puto.' *Livin.* Puteanus conj. *non enim m. esset.* Vide Nott.

NOTÆ

Constantini, cum remissione tributi in quinque annos, quam singulis concessit.

[r] *De lustri sui felicitate*] Nullibi, quod sciam, extat illa oratio: laudatur tamen a veteribus grammaticis.

[s] *Larga fluxissent*] An *large?*

[t] *Cum in nullis reliquis*] Cum expediti simus cura solvendi, quod reliquum erat.

[u] *Hoc nobis est*] Tua illa liberalitas nobis instar est abundantis terræ, &c.

erit, quam non acquirere quod fuerit alienum; tanto dulcior est remissa solvendi necessitas, quam lucrandi optata commoditas. 3. Quam multi, Imperator Auguste, quos inopia latitare per saltus, aut etiam in exilium ire compulerat, ista remissione reliquorum in lucem exeunt, in patriam revertuntur, desinunt pristinam accusare pauperiem, desinunt odisse agrorum suorum sterilitatem, resumunt animos, operi præparantur, culturam melioribus annituntur auspiciis, revisunt domos, referunt vota templis! 4. Præsertim cum tu omnium nostrum conservator adveneris, et quasi ille majestatis tuæ comes [v] et socius, flagrabit tota civitas,

Varr.—2 Guelph. *tanto est...est dulcior.*—3 Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *et in patriam; τὸ et* delent Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Guelph. cum ed. Grut. et recentt. probante Ritters. 'Nulla enim est particulæ hic inserendæ idonea ratio.' *Arntzen.* 'Cuspin. et Exc. Schonhov. bis *desinant;* sed hoc locum habere non potest.' *Jæger.* *paupertatem* Mœrl. *præparant culturam* Cuspin. Rhenan. Steph. al. vett. et Exc. Schonhov. *præparantur, culturam, &c.* Vet. Putean. Vet. Livin. et Guelph. Vide Nott. Varr. *dona templis* Rivin. et edd. ante Grut. qui e Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. recepit *vota templis,* eumque secuti sunt recentt.—4 'Clarius mihi quidem videatur, *præsertim vero cum tu, &c.* immisso *vero.*' Livin. *omnium nostrorum* edd. ante Arntz. Livin. conj. *nostrum,* et sic habet Mœrl. Facile hæc permutantur. Cf. supra VIII. 2. *reservator* Rhenan. Steph. Livin. *conservator* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Cuspin. Guelph. P. Steph. et recentt. *et quasi illa majestatis* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. 'Pro *illa* cod. Liv. Bert. Put. Mœrl. *ille,* quod verum arbitratur Livineius, et editores posteriores amplexi sunt. Livineius vero et verba transponit, hunc in modum, *et ille quasi majest. &c.* etsi, quem auctor velit, expedire se negat. Fortean, inquit, Faustum, e Minervina filium. Sed hunc Faustum s. Crispum filium, eo tempore, nondum fuisse Cæsarem, adeoque nec socium, monet Cellarius. Acidalius primum reprehendit Rhenanum, qui pro *quasi illa* legendum esse suspicatur *quasillus,* quæ vox qua ratione huc quadret, nemo fortasse poterit assequi. Deinde ita legi jubet, *et pietas, illa majestatis tuæ comes et socia.* Pietatem vocat benignitatem illam, qua in Flavienses erat usus. Puteanus conjicit, *adveneris, aut quis alius majestatis tuæ comes et socius, flagr.* ut Paneg. VI. 2. 5. 'Inter omnes participes majestatis tuæ,' &c. Sed quisnam hic socius et comes majestatis sit habendus, non indicat; nec sibi ipse satisfecisse videtur hac conjectura. Profert enim alteram: *adveneris, quasi illa majestatis tuæ comes et socia flagrabit tota civitas, &c.* Majestatis comes, propter veterem splendorem et fraternitatem Pop. Romani, ut supra, III. 1. 'Quo nomine,' inquit, 'et communitas amoris apparet, et dignitatis æqualitas.' Sed hæc ratio admodum aliena est h. l. Acidalio accederet Cellarius, accederemus et nos, si libri pro *socius* haberent *socia.* Verum, cum in nullo eorum ita

NOTÆ

[v] *Ille majestatis tuæ comes*] 'Quem velit,' inquit Livineius, 'non expedio; forsitan Faustum e Minervina filium.' Acidalius legit *et pietas illa majestatis tuæ comes, &c.* ut pietas vocetur benignitas illa qua Constantinus in Flavienses erat usus.

gaudiis perstrepet, et, cum proficisceris, fortasse retinebit. Dabis enim veniam amori nostro, contumeliam[w] feres. 5. Omnium sis licet dominus urbium, omnium nationum, nos tamen etiam nomen accepimus tuum jam, non antiquum; Bibracte quidem[x] hucusque dicta est Julia, Pola, Florentia; sed Flavia est civitas Æduorum.

legatur, potior nobis est sententia Livineii. Filius enim Constantini dicitur tantummodo *quasi* socius majestatis; et sic, puto, dici potuit, licet nondum re ipsa esset Cæsar. Plin. Epist. VIII. 16. 1. permittit servis, 'quasi testamenta' facere, quæ legitimis opponuntur. s. 2. Servis—'quasi civitas' est domus; quæ a vera civitate distinguitur. Similiter etiam *quasi socius majestatis* esse potest, qui a vero socio, i. e. Cæsare differt, eamque dignitatem nondum est consecutus.' *Jæger.* Vide Nott. Varr. Mox, *tuæ* deest in Vet. Putean. et Guelph. *amoris nostri* edd. vett. *amori nostro* Guelph.—5 Cuspin. Rhenan. Stephan. Livin. Rivin. al. vett. *et nomen;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Guelph. cum edd. Grut. et recentt. *etiam nomen.* Puteol. et Livin. *Bribracte;* Vet. Putean. Guelph. Vet. Livin. Rhenan. Chassen. *Bibracte.* Pro *quidem,* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Guelph. Cuspin. et Exc. Schonhov. habent *quod.* Vide Nott. Varr. *Julia Polia* Cuspin. Livin. Grut. Paris. Patarol. 'Hinc pugnat Livineius adversus Julium Polium Florentium.' *Jæger.* *Julia, Polia* Steph. *Julia, Pola* Baun. et Cellar. 'Interpunctionem recte jam habet Rhenan. De Pola, Julia dicta, vide Valesium ad Ammian. XIV. 11.' *Arntz.*

NOTÆ

[w] *Amori nostro, [amoris nostri] contumeliam]* Quod cum injuriosum tibi esse videatur, tamen ex amore tui faciemus.

[x] *Bibracte quidem]* Hoc est, inquit Valesius in sua notitia Galliarum, *Bibracte* quidem in Æduis, ut et Pola Istriæ, et Florentia Tuscorum, a Julio Cæsare nomen acceperunt, et Juliæ sunt cognominatæ: at civitas Æduorum primaria, nimirum Augustodunum, a Flavio Constantino, et Flavio Constantio, restitutoribus suis, Flavia, incolæ Flavienses appellantur.

PANEGYRICUS IX.

DE AUCTORE, ET QUO LOCO AC TEMPORE PRONUNTIATUS SIT.

[Ex Ed. Delph.]

HABITA est hæc oratio anno Christi 313. post Maxentii cladem, mense opinor Januario, Treveris, antequam Constantinus inde ad pacandos Germaniæ tumultus discederet. Auctor incertus. Tamen Puteanus hunc Nazario tribuit: 'Quod,' inquit, 'conjicio ex stylo, et ex loco Panegyrici Nazarii Constantino dicti qui sic incipit: 'Non commemorabo,' inquit, 'hic tectas continuis stragibus ripas, non oppletum acervis corporum Tiberim: perstringi hæc satis est, quod et pridie prolixius mihi dicta sunt.' Nempe in hac ipsa Oratione, qua fusius describitur prælium, quo Maxentius debellatus est a Constantino: deinde ex ordine, quo omnes nostri Panegyrici constituuntur in veteribus libris: subjicitur enim huic Panegyricus Nazarii, qui incipit, 'Dicturus Constantini,'' &c.

INCERTI PANEGYRICUS

CONSTANTINO AUGUSTO DICTUS.*

SYNOPSIS PANEGYRICI.

In Exordio accessurum se ad Imperatorem laudandum negat, nisi nefas esset ei, quem propter res leviores sæpe laudasset, propter recuperatum imperium non gratulari.

Distributio: I. Quam fortiter Constantinus adversus Maxentium bellum susceperit. II. Quam feliciter confecerit.

I. Pars. Dissuadentibus amicis, auspiciis adversantibus, imperii sociis pæne desperantibus, cum quarta tantum exercitus parte Alpes transgressus, iturus adversus hostes duplo plures, cataphractos, et pro facinorum conscientia nunquam cessuros, cap. II. Maxentium Severus, Galerius, et Maximianus adorti erant cum ingenti exercitu, omnes infeliciter, cap. III. Sed pro Constantino justitia pugnabat. Hujus virtutes cum Maxentii vitiis conferuntur, cap. IV.

II. Pars. Segusium, c. V. Taurinos, c. VI. Mediolanum, c. VII. Veronam, cap. VIII. Aquileiam capit, ubi ex pertinacioribus alios morte afficit, alios gladiis in vincula mutatis constringi jubet, cap. XI. Victo ad septimum ab urbe milliare Maxentio, eoque inter fugiendum e Mulvio ponte in Tiberim collapso, cap. XIV. victor et triumphans in urbem ingreditur, cap. XIX. Quam dissimilis Cinnæ, Mario, et Syllæ, cap. XX. Quam clemens erga cives, erga milites bonus, quos victoriarum socios habiturus in inferiorem Germaniam secum deducit, cap. XXI. Constantii gloriam superat, cap. XXIV. Ob quæ omnia singularibus a senatu honoribus donatur, cap. XXV. In fine Jovem precatur pro æternitate Principis, cap. XXVI.

Cap. I. 1. Unde mihi tantum confidentiæ, sacratissime Imperator, ut post tot disertissimos homines, quos et in urbe

* *Panegyricus dictus Divo Constantino Augusto* vett. codd. nullo auctoris adjecto nomine.

Cap. I. 1 Bertin. ap. Livin. *ut post tot homines disertissimos.* Idem codex,

sacra,[a] et hic rursus audisti, dicere auderem? nisi nefas esse ducerem, et commissi cujusdam sacrilegii religionem vererer, si is, qui semper res a numine tuo gestas prædicare solitus essem, hæc tanto majora pristinis silentio præterirem; per quæ non pars aliqua servata, sed universa sibi res est publica restituta. 2. Neque enim ignoro, quanto inferiora sint ingenia nostra Romanis. Siquidem Latine et diserte loqui illis ingeneratum est,[b] nobis elaboratum: et, si quid forte commode dicimus, ex illo fonte et capite facundiæ imitatio nostra derivat.[a] 3. Sed, quamvis conscius mihi infirmitatis ingenitæ, et inchoati potius studii, quam eruditi, cohibere me silentio nequeo, quo-minus de recuperata urbe,[c] imperioque Romano, et tandem ex diuturna convulsione solidato,[b] et ipse aliquid coner effari: ut inter tantos sonitus disertorum[c] mea quoque vox tenuis exaudita videatur. 4. Etenim si in rebus bellicis, ipsisque præliis non solum tubæ, ac litui,[d] sed etiam Spartanæ tibiæ[e] incentivum aliquod feruntur habuisse; (credo, quia magnos animos parvo licet modulo sufficit incitari) cur ego in me de tuo favore diffidam, ut sermonem meum studio

[a] *Imitando detorquemus in nostros usus.*
[b] *Et firmato post multorum annorum agitationem.*
[c] *Ut inter tot eloquentium oratorum applausus.*

rursus hic. Mox, in utraque ed. Rivin. *et universa,* improbante Arntz. *est respublica* edd. vett. *res est publica* Vet. Putean. ‘Hoc restitui, auribus, ni fallor, suavius.’ *Arntz.*—2 Bertin. ap. Livin. *nostra sint ingenia.*—3 ‘Legam, *infirmi ingenii.*’ Acidal. Idem mox, *tenuis exaudiatur.*—4 Puteol. et Livin. *incentivum aliquid;* Vet. Cuspin. Rhenan. *i. aliquod.* Mox, edd. vett. *sui viri-*

NOTÆ

[a] *Et in urbe sacra*] Romæ. *Et hic*] Opinor Treveris, unde Constantinus discessum parabat in Germaniam, ut in Constantini Vita observavi.

[b] *Illis ingeneratum est*] Nobis ingenerata dicuntur, ad quæ facti videmur a natura, sic ut nullo nobis labore constent: elaborata vero ea quæ non sine magna contentione efficimus.

[c] *Recuperata urbe*] Post Maxentii cladem.

[d] *Tubæ, ac litui*] Hoc differunt quod ‘tuba’ recta esset, ‘lituus’ incurvu; illa peditum foret, hic vero equitum: sæpe tamen promiscue accipiuntur ab auctoribus.

[e] *Spartanæ tibiæ*] Λακεδαιμόνιοι τὰς ἐξόδους, κ. τ. λ. *Lacedæmonii non ad tubarum fragorem, sed ad tibiarum et lyræ modulos citharæque, prælium inibant.* Pausanias in Laconicis. Plutarchus περὶ μουσικῆς.

potius tui cultus, quam suis viribus metiaris?[d] 5. Experiar igitur, ut possum, quanquam oppletis[f] auribus tuis, ut sic dixerim, insusurrare, sine æmulandi fiducia cupidus imitandi.

CAP. II. 1. Ac primum illud arripiam, quod credo neminem adhuc ausum fuisse; ut ante de constantia expeditionis tuæ dicam, quam de laude victoriæ. 2. Transacto enim metu[g] adversi ominis, et offensione revocati,[e] utar libertate erga te nostri amoris, quem tunc inter metus et reipublicæ vota suspendimus. 3. Tene, Imperator, tantum animo potuisse præsumere, ut bellum, tantis opibus, tanto consensu avaritiæ, tanta scelerum contagione, tanta veniæ desperatione conflatum, quiescentibus, cunctantibusque tunc imperii tui sociis,[h] primus invaderes? 4. Quisnam te

[d] *Ut orationem meam æstimes potius ex studio tibi placendi, quam ex sua tenuitate.*

[e] *Nam prætermisso et metu quem incutiebat infelix auspicium, et offensione quæ fuit in eodem iterando.*

bus; Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Exc. Lang. Paul. Steph. et recentt. *suis viribus.*—5 Puteol. Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *oppletus viribus;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Exc. Lang. Exc. Schonhov. P. Steph. et edd. recentt. *oppletis auribus;* sic etiam conj. Acidal. *oppletus,* sive *oppressus, virtutibus tuis* malit Modius Novant. Lect. Epist. 25. Pro *insusurrare,* idem ibid. *susurrare.*

CAP. II. 1 *Ac p. i. eripiam* Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. 1. al. vett. *Ac p. i. arripiam* Rhenan. Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Exc. Lang. Exc. Schonhov. P. Steph. et edd. recentt. Ita quoque conj. Acidal. Cf. Pacat. III. 2.—2 *T. enim nutu* edd. vett. *T. e. metu* duo codd. Vatt. et Vet. Putean. ut conj. Langius. Hanc lect. recepere Patarol. et recentt. *et offenso revocati* Exc. Schonhov. Cuspin. P. Steph. Grut. Baun. Rivin. 2. *et offensio revocati* Puteol. Rhenan. H. Steph. Rivin. 1. *et offensionis revocatæ* Livin. *et offensa revocati* Patarol. Cellar. *et offensione revocati* Jæger. e cod. Putean. Vide Nott. Varr.—3 Bertin. ap. Livin. *an tantum animo.* Mox, *tanta scelerum contagione* desunt in edd. vett. Rhenan. H. Steph. Livin. al. et Rivin. extant tamen in Vet. Putean. Bertin. ap. Livin. Cuspin. Exc. Schonhov.

NOTÆ

[f] *Oppletis*] Aliorum oratorum sermonibus.

[g] *Transacto enim metu* [*nutu*] Id est, significatione adversi ominis. Alii legunt *metu* pro *nutu.* Mox pro *offenso* legam *offensa,* vel *offensione.* Infra dicit contra haruspicum monita id bellum esse susceptum: quare crediderim primum ductum esse auspicium, quod adversum fuit, tum illud idem revocatum ac repetitum, iterum adversum fuisse. Hoc, et ea quæ consequuntur, huic loco, qui multum vexavit interpretes, lucem afferent.

[h] *Imperii tui sociis*] Galerio et Licinio Augg. Severo et Maximino Cæsaribus.

Deus, quæ tam præsens hortata est majestas, ut, omnibus fere tuis comitibus et ducibus,[i] non solum tacite mussantibus,[j] sed etiam aperte timentibus, contra consilia hominum, contra aruspicum monita,[k] ipse per temet liberandæ urbis tempus venisse sentires? 5. Habes profecto aliquid cum illa mente divina, Constantine, secretum, quæ, delegata nostri Diis minoribus cura,[f] uni se tibi dignatur ostendere. Alioquin, fortissime Imperator, sic quoque, cum viceris, redde rationem. 6. Rhenum tu quidem, toto limite dispositis exercitibus, tutum reliqueras;[l] sed hoc majores pro te suscepimus metus, quod nobis potius, quam tibi, consulebas; nostramque pacem magis, quam bellum, quod aggrediebare, firmaveras.

[f] *Quæ cum nostri curam Diis minoribus committat.*

Mœrl. et in edd. Vienn. Grut. et edd. recentt.—4 Livin. *potens hortata;* Vet. Cuspin. Rhenan. al. *præsens hortata.* Mox, *sed omen aperte* Rhenan. H. Steph. Rivin. al. vett. *sed omnem aperte* Livin. *sed etiam aperte* Vet. Putean. Vatican. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Exc. Schonhov. Mœrl. P. Steph. et recentt. Vide Livin. ad Plin. Paneg. LXXVII. 7. *contra auspicium* Rhenan. H. Steph. Livin. al. vett. et Rivin. *c. haruspicium* Vet. Putean. *c. aruspicium* Vet. Livin. Cuspin. P. Steph. et edd. recentt.—5 *H. p. aliquod* conj. Livin. recepit Grut. eumque secuti sunt alii usque ad Arntz. *H. p. aliquid* omnes codd. cum edd. Cuspin. Rhenan. H. Steph. Livin. et Rivin. *ipsa mente* conj. Livin. Pro *delegata*, Putean. conj. *denegata.* Pro *cum viceris*, nescio quis *cur viceris.*—6 Edd. vett. Cuspin. Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. al. vett. ante Grut. *tuum reliqueras;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. et edd. recentt. *tutum reliqueras;* et sic conj. Acidal. *firmaveras, næ tu, &c.* editio Rhenani.

NOTÆ

[i] *Comitibus et ducibus*] Comites, unius; duces, multarum civitatum rectores erant, quæ singulæ suos comites haberent.

[j] *Tacite mussantibus*] Virg. Æn. XI. 346. 'sed dicere mussant.' Æn. XII. 657. 'Mussat rex ipse Latinus.'

[k] *Contra aruspicum monita*] Haruspices vates fuere vel Hetrusci, vel ab Hetruscis haruspicinam edocti: quorum ars in eo præcipue versabatur, ut inspectis victimis futura prænuntiarent. Qui autem vocem illam ab 'hara' seu ab hostia sumta in hara cum Donato repetunt, 'haruspices' scribunt: qui vero ab 'aris' cum Isidoro deductum volunt, scribunt 'aruspices.' Quæ hic sunt de infelici omine, de haruspicibus, de adverso auspicio, fortasse accipienda sunt de Labaro, quod sub hujus expeditionis initium Constantino visum est. Crucem enim mali apud Romanos ominis fuisse, nemo opinor nescit. De prodigio illo vide Constantini vitam ad annum 307.

[l] *Reliqueras*] Majorem exercitus partem ad Rhenum adversus Francos tutandum reliquerat.

CAP. III. 1. Næ tu, Imperator, nimio nostri amore nescisti ad securitatem nobis vere providere, qui non omnia tecum arma [m] movisti,[g] cum tua conservatio salus nostra sit. 2. Et quid opus erat ipsi Rheno instructis et militibus et classibus, quem jampridem barbaris nationibus virtutis tuæ terror obstruxerat? An ostentare voluisti diligentiam tuam, divisis copiis[n] inter custodiam pacis et belli? an etiam jactanter et gloriose probare, liberandæ urbi te sufficere cum paucis? 3. Vix enim quarta parte exercitus contra centum millia armatorum hostium Alpes transgressus es: ut appareret penitus considerantibus, (id quod nos fugit in amore trepidantes)[h] non dubiam te, sed promissam divinitus petere victoriam. 4. Duxerat magnum Severus exercitum, et hostem suum,[o] perfidia desertus, armaverat. Majores postea copias Maximianus admoverat, et ipse transfugis[p] circumcisus videbatur prospere refugisse. Ipse denique, qui pater illius credebatur,[q] discissam ab humeris

[g] *Qui non omnes copias tecum duxisti.*
[h] *Quod nos præ amore tui trepidi non agnovimus.*

CAP. III. 1 Edd. vett. *in tua conservatione;* et sic Rivin. 1. *cum tua conservatio* Vet. Putean. Vet. Livin. Mœrl. Bertin. Cuspin. Rhenan. H. Steph. Livin. Grut. et recentt.—2 *Et quid erat opus* Vet. Livin. '*ostentare noluisti* Vet. inepte.' *Livin.* Mox, *aut etiam* omnes, præter Mœrl. in quo *an etiam.* Deinde, *sed gloriose* conj. Livin. 'Quod parum probabile.' *Jæger.*—3 Baun. e conjectura Livineii, *appareret penitius;* ed. Venet. 1728. *a. penitlus,* vitiose pro *penitius.* Mox, *tui amore* Mœrl. 'Sed non est solicitanda vulgata lectio.' *Jæger.*—4 Vox *circumcisus* deest in edd. Cuspin. Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. al. ante Grut. Eam vero e cod. Bertin. assumserunt edd. recentt. Vet. Putean. Mœrl. et Vatic. habent *circumcisis;* Livin. conj. *circumcessus;*

NOTÆ

[m] *Arma*] Copias, exercitus.

[n] *Divisis copiis*] Aliis ad Rhenum relictis, aliis in Italiam ductis.

[o] *Hostem suum*] Maxentium, adversus quem Severus Cæsar a Galerio Augusto missus, Maxentii artibus proditus a suis, raptim fugere necesse habuit pæne solus; mox vel Ravennæ, vel Romæ, in via Appia, a Maxentio ipso interfectus est.

[p] *Et ipse transfugis*] Maximianus Herculeus præclare secum actum putabat, quod Maxentii manus effugisset, amissis copiis pæne omnibus, quæ item ad Maxentium transfugerant.

[q] *Qui pater illius credebatur*] Adversus eos, qui Maxentium Maximiani verum filium fuisse putant, multum facit hic locus, et cap. IV. 'Ut omittam quod erat ille Maximiani suppositus,' &c. iterumque, 'Ut falso ge-

purpuram detrahere conatus, senserat in illud dedecus sua fata transisse. 5. Mille et sexaginta annis[r] contractas ex toto orbe divitias monstrum illud, redemtis ad civile latrocinium manibus, ingesserat. 6. Ad hoc aliena matrimonia, innocentium capita cum bonis passim donando, usque ad mortem devotionibus obstrinxerat:[i] patricios omnes, aut insidiatos sibi, aut palam aliquid pro libertate conatos, pœnis affecerat, armis oppresserat. 7. Et inter hæc utebatur ejus urbis majestate, quam ceperat; totam Italiam conductis ad omne facinus satellitibus oppleverat.

Cap. iv. 1. Hæc omnia, Imperator, cum cogitares, scires, videres, nec te paterna gravitas, nec tua natura temerarium esse pateretur, dic, quæso, quid in consilium,[a] nisi divinum numen, habuisti? 2. An illa te ratio ducebat, (sua enim cuique prudentia Deus[b] est) quod, in tam dispari contentione,[c] non poterat melior causa non superare;

[i] *Præterea alienas conjuges, innocentium hominum vitam, et bona sine discrimine parricidis dando, eos ita sibi devinxerat, ut suam ipsi vitam devoverent.*

'hoc est, ni fallor, cinctus atque circumdatus; sed tali mutatione non est opus.' *Jæger.* Mox, edd. vett. et Rivin. 1. *detrahere contatus;* Vet. Putean. Vat. Exc. Schonhov. cum ed. Livin. et recentt. *d. conatus,* ut conj. Acidal.—6 *Adhæc aliena* edd. quædam vett. *usque ad mortem devotionis* edd. vett. e conj. Putean. *u. ad mortem devotionibus* Pithœan. *mortis devotionem* conj. Livin. *ad mortem devotos* Acidal. *obstrinxerat parricidas* edd. ante Arntz. *o. patricios* Vet. Putean. *o. parricios* Vat. Vid. Isaac. Casaubon. ad Strab. p. 64. *omnes insidiatos* Puteol. Livin. Rhenan. H. Steph. al. vett. et Rivin. *omnes autem insidiatos* Exc. Lang. Grut. et edd. recentt. *o. ante insidiatos* Cuspin. et P. Steph. *o. aut insidiatos* Vet. Livin. probante Livineio. '*Lege, parricidas, insidiatos sibi.*' Acidal. Mox, idem Acidal. *omnes armis.*

Cap. iv. 1 Exc. Lang. ap. Livin. *et te paterna.* Edd. vett. *dic quæ et quid;* τὸ *et* abest in edd. Livin. Rhenan. H. Steph. Rivin. *dic, quæso, quid* Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Exc. Lang. Vet. Putean. P. Steph. et recentt. et sic conj. Rhenan. *in consilio* edd. vett. *in consilium* Vet. Putean. *divinum tuum*

NOTÆ

neri invideamus,' &c. et illud Victoris: 'Maxentium suppositum ferunt arte muliebri tenere mariti animum laborantis auspicio pravissimi cœpti a puero,' &c. id est, a prole mascula. Deinde Anonymus Valesii: 'De cujus (Maxentii) origine mater ejus, cum quæsitum esset, Syro quodam genitum esse respondit.'

[r] *Mille et sexaginta annis*] Bellum enim Maxentii illud incidit in an. U. C. 1060.

[a] *In consilium* [*in consilio*] Alii, *in consilium.*

[b] *Sua . . . cuique . . . Deus*] Respexit ad illud Virg. Æn. IX. 185, 'An sua cuique Deus fit dira cupido?'

[c] *Dispari contentione*] Supra enim

et, innumerabiles licet ille copias pro se objiceret, pro te tamen justitia pugnaret? 3. Ut enim omittam illa, quæ non decet comparari; quod erat ille[d] Maximiani suppositus, tu Constantii Pii[e] filius; ille despectissimæ pravitatis, detortis, solutisque membris, nomine ipso abusiva appellatione mutilato,[f] tu, quod sufficit dicere, tantus ac talis; 4. ut hæc, inquam, omittam, te, Constantine, paterna pietas sequebatur; illum, ut falso generi non invideamus, impietas; te clementia, illum crudelitas; te pudicitia soli dicata conjugio,[g] illum libido, stupris omnibus contaminata; te divina præcepta, illum superstitiosa maleficia: illum denique spoliatorum templorum, trucidati senatus, plebis Romanæ fame enectæ piacula; te abolitarum calumniarum,[h] te prohibitarum delationum, te conservatio, atque homicidarum sanguinis gratulatio. 5. In tam di-

numen Vet. Livin.—2 Livin. *justitia pugnabat;* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. ceteri *j. pugnaret.*—3 Mœrl. *despectissimæ parvitatis.* Pro *detortis,* Arntz. conj. *distortis.*—4 Vett. edd. Cuspin. Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. 1. *ut hoc, inquam;* Vet. Putean. Bertin. ap. Livin. Mœrl. cum edd. Grut. et recentt. *ut hæc, inquam.* Pro *soli dicata,* quod exhibent Vet. Putean. Vet. Livin. Mœrl. P. Stephanus, et edd. recentt. *sola dicata* dant Rhenan. H. Stephanus, Livin. et al. vett. *probitatum delationum* Cuspin. Rhenan. H. Stephanus, Rivin. 1. al. ante Grut. qui primus e Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Schonhov. Mœrl. edidit, *prohibitarum delationum,* eumque secuti sunt recentt. sic etiam conj. Rhenan. et Acidal. *probatarum* Livin. Mox, *te* deest in Vet. Putean. et Mœrl. 'Deleam hinc et post *gratulatio* reponam.' *Livin.* Vide Nott. Varr. *homicidiarii sanguinis* Exc. Lang. Baun. al. ante Arntz. *homicidarii s.* Francof. Paris. Cellar. Patarol. *homicidiarum s.* Mœrl. *homicidarum s.* Vet. Putean. Vet. Livin. cum edd. Cuspin. Rhenan. H. Steph. et Livin.

NOTÆ

c. III. Constantinum alloquens, 'vix quarta parte exercitus contra centum millia armatorum hostium Alpes transgressus es.'

[d] *Erat ille*] Elegans Maxentii et Constantini oppositio. Illius mores, crudelitatem, libidines, stupra, proscriptiones, calumnias et magicas artes vide apud Euseb. Zonaram, et Eutrop. &c.

[e] *Constantii Pii*] Extat nummus in Tristani Commentariis Histor. cujus titulus D. CONSTANTIO PIO PRINCIPI. Vide Paneg. VII. cap. 8. not. 7. et quæ ibi sunt notata.

[f] *Nomine . . . mutilato*] Indicare videtur Maxentium a Maximiano dictum truncato et mutilato nomine.

[g] *Soli dicata conjugio*] Igitur Minervinam, ex qua Crispum suscepit, uxoris loco habuit. Vide Constantini Vitam.

[h] *Abolitarum calumniarum*] Victor Schotti de illo: 'Commodissimus multis rebus fuit, calumnias sedare legibus severissimis,' &c. Idipsum habet Euseb. et Paneg. VI. cap. 38.

versa causarum ratione divino consilio, Imperator, hoc est, tuo, non militum multitudinem, sed partium merita numerasti.

CAP. V. 1. Magnus Alexander, cum, præter Macedonas[i] suos, cunctæ Græciæ,[j] universo Illyrico[k] innumerabilem delectum posset indicere, nunquam tamen majores quadraginta millium copias duxit; inhabile regenti ratus quicquid excederet,[*] et turbam potius, quam exercitum. 2. Tu vero etiam minoribus copiis bellum multo majus aggressus es; tanto scilicet tua virtute propria potior, quanto ille numero instructior. 3. Et ille quidem contra leves Medos,[l] et imbelles Syros, et Parthorum arma volatica, et Asiaticos, optantes mutare servitium, rem gessit prælii unius eventu: tibi vincendi erant[m] milites, pro nefas! paulo ante Romani, armis omnibus, more primæ classis, armati,[n] et, pro facinorum conscientia, nunquam nisi morte cessuri. 4. Probavit hoc prima obstinatio eorum, qui sub ipsis Alpium jugis, munitissimo licet muro ac situ tenentes oppidum,[o] ausi fuerunt, te imminente, resistere, ac portas

[*] *Cum posset ex universa Illyria innumerabiles copias contrahere, nunquam plus quadraginta millibus militum conduxit, existimans inutile esse imperatori quicquid hunc numerum superaret.*

CAP. V. 1 *Illyrico i. dilectum* edd. quædam ante Arntz. *I. i. delectum* edd. antiq. *tamen* deest in edd. Chouet. Rivin. Baun. et al. vett. id vero exhibent Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Mœrl. Exc. Schonhov. P. Steph. Francof. Paris. Cellar. et Jæger. *quadraginta millibus* conj. Livin. *exercitum judicabat* Livin. sed deest in Vet. Livin. Cuspin. Rhenan.—3 *Medos* omittit Mœrl. *et Asiacos* in eodem codice, *erant vincendi* Vet. Livin. *et proh! facinorum* Bongars.—4 Pro *munitissimo,* Livin. et Acidal. conj. *munitissimum.* Pro

NOTÆ

[i] *Macedonas*] De Macedonia supra Paneg. III. cap. 17.

[j] *Cunctæ Græciæ*] Varii variis temporibus fuere Græciæ limites. Itaque si late sumitur, Epirum, Macedoniam, et Thessaliam complectitur: si vero strictius, Achaiam tantum, Peloponnesum, et insulas.

[k] *Universo Illyrico*] Illyricum inter Macedoniam, ad Ortum; Istriam, ad Occasum; Pannoniam, ad Septemtrionem; et mare Adriaticum, ad Meridiem.

[l] *Leves Medos*] Medi Persis, Parthis, et Assyriis finitimi ad Mare Caspium habitant.

[m] *Tibi vincendi erant*] Elevat quantum potest Alexandri victorias, ut Constantini virtus major appareat.

[n] *More primæ classis, armati*] Id est, cataphracti.

[o] *Oppidum*] Segusiam, de qua urbe vide Paneg. X. cap. 17.

claudere; non credentes illi quidem, ut audio, te ipsum adesse; 5. quis enim crederet, tam cito a Rheno ad Alpes Imperatorem cum exercitu pervolasse? sed qui tamen non solum præsenti numini tuo, verum etiam nuntiato nomini cedere debuissent. 6. Luerunt igitur illico dementiæ suæ pœnas, cum oblatam sibi a clementia tua veniam recusassent. Neque enim vallo, fossaque obsessio inchoata est; nec cuniculis agendis,[p] nec machinis admovendis, nec incutiendo ariete tentati quassatique sunt muri; sed statim injectæ faces portis, scalæ propugnaculis: nec solum fundis eminus, telisque missilibus, sed hastis, gladiis. Ita res simul cœpta et patrata,[q] junctusque rebellibus fuit conatus et exitus.

CAP. VI. 1. Gomphos,[r] urbem Thessaliæ, quoniam abnueret obsequium, C. Cæsar uno die sustulit.[s] Sed ille Græculos homines adortus est, tu Subalpinos: ille solos incolas, tu etiam militare præsidium: ille non potuit captos a direptione defendere, tibi licuit clementiam tuis victoribus imperare. 2. Sed illa quidem Gomphensium clades

licet, Acidal. malit *scilicet*.—5 Rivin. et edd. ante Grut. *sed tamen qui;* Grut. et recentt. *sed qui tamen;* Vet. Livin. *sed qui;* τὸ *qui* omisit solus Livin. *nuntiationi nominis* solus Livin. *nunciato nomini credere* Vet. Livin. Bertin. Cuspin. *nuntiato nomini* edd. ante Livin. Jæger. et recentt. *credere* Exc. Schonhov. *debuisset* Rivin. 1. et edd. ante P. Steph. *debuissent* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Exc. Schonhov. P. Steph. et recentt. *debebant* solus Livin.—6 *Luerunt igitur*] In Exc. Schonhov. omisso *igitur*, hæc præcedentibus junguntur, *cedere debuissent, luerunt illico, &c.* Paulo post, *nec statim* legit Acidal. quia in ipsius edd. varia deerant, de quibus vid. Jæger. in Nott. Varr.

CAP. VI. 1 Exc. Lang. *abnueret imperium.*—2 *Sed illi quidem* Puteol. Rivin. Livin. Francof. Paris. Patarol. *Sed illinc q.* edd. Vienn. Cuspin. P. Steph. *S. illic q.* conj. Livin. *Et illic q.* vel *Et ibi q.* conj. Grut. Pro *illi* Mœrl. et Exc. Lang. *illa.* Cellar. et Jæger. edidere, *Et illa quidem.* Mox,

NOTÆ

p *Cuniculis agendis*] Nota rationem expugnandarum urbium illo tempore usurpatam. Vide Lipsium de Militia Romana.

q *Simul cœpta et patrata*] Sallust. Jugurth. 'Uno die inter duos reges cœptum, atque patratum bellum fuit.'

r *Gomphos*] Gomphi urbs Thessaliæ, apud Epiri confinia, primoque inde venientibus occurrens, Gonno finitima: a Larissa supra 40. mill. pass. in Occasum distans; de qua Statius Sylv. IV. 'Et crebris iter alligare Gomphis.'

s *Uno die sustulit*] De hac Cæsaris expeditione vide Dionem lib. XLI.

documento ceteris fuit; tibi paulo post alia in Taurinatibus campis[t] pugna pugnata est, non trepidantibus ex victoria tua rebellibus, sed iratis, incensisque ad ulciscendum animis, quos fortunæ inclinatio restinguere debuisset:[b] nec vero temere ac passim vagis hostibus, ut facile palantes cæderentur; 3. sed acie in cunei modum[u] structa, descendentibus retro in altitudinem lateribus; quæ, si cum prima avide confligeret, reflexa impeditos certamine circuiret. 4. Sed tu id providens, præmissis utrimque, qui obviam irent, et simul, si quid insidiarum lateret, excuterent, ipse, obfirmato illo capite, dejectaque acie in fugam versa, tanto majorem in processu stragem edidisti, quanto[c] amplioribus subsidiis instructa constiterat. 5. Ita usque ad Taurinatium muros fusi, cæsique, obseratasque nacti portas ab incolis, etiam corporum suorum mole clauserunt.

Cap. vii. 1. Quid tibi aliud sperare potuisti, miles infelix, turpissimo illi tunc devote prodigio?[d] jam enim non insulto, sed doleo. 2. Constantinum tu tantum san-

[b] *Quos fortuna inclinata coërcere debuisset.*

[c] *Sed exercitu composito in figuram cunei lateribus retro abeuntibus in profunditatem; ut dum anterior pars exercitus nostri certaret animose, latera hostium explicata circumdarent nostros occupatos certamine. At tu præcavens illud, præmissis qui occurrerent obviam, et simul explorarent, an aliquid insidiarum lateret: tu ipse conjecto in fugam pertinaci illo rostro, et facie cunei aperta, tanto majorem fecisti stragem in progressu certaminis, quanto, &c.*

[d] *Quem tam prodigiosa ac turpis clades manebat.*

campis gravior pugna Mœrl. *tua victoria* edd. vett. *victoria tua* Bertin. Cuspin. P. Steph. et recentt. *restringere debuisset* edd. vett. Rivin. 1. 2. al. ante Cellar. *restingere d.* Cuspin. *restinguere* Mœrl. P. Steph. Cellar. et Patarol. ut conj. Ritters. et Acidal.—3 Bertin. *quæ s. cum*, ubi τὸ *s.* valet 'scilicet,' inquit Livin. 'Non male: *si* certe ferri commode non potest.' *Jæger.* *quæ sic cum* Puteol. *si* deest in Baun. *quæ si cum* reliquæ edd. 'Non video, cur *si* displiceat.' *Arntz.*—4 Pro *dejectaque*, Livin. conj. *detectaque*; Arntz. conj. *deductaque.* Pro *edidisti*, ed. Puteol. habet *cecidisti*, improbante Arntz.

NOTÆ

[t] *Taurinatibus campis*] In campis qui circa Taurinum sunt. Taurinum autem urbs Italiæ subalpinæ, Pedemontii caput. Hodie *Turin*.

[u] *Acie in cunei modum*] Id est, exercitu in cunei modum composito. 'Cuneus autem multitudo peditum, quæ primo angustior, inde latior, et adversariorum ordines rumpit. Milites caput Porcinum appellant extremam partem cunei.' Vegetius.

guinis fundere coëgisti; cui, quia salutem vestram a vobis impetrare non licuit, pæne displicuit ipsa victoria. 3. At non Taurinatibus, neque ceteris Italiæ civitatibus idem animus fuit, qui te, Imperator, exultantes gaudio certatim ad se vocaverunt. 4. Missæ ab omnibus legationes, oblati undique commeatus: ut appareret, quamdiu desiderassent, cui se tam promte, bello adhuc restante, committerent. 5. Qui fuit dies ille,[a] quo Mediolanum ingressus! quæ gratulatio principum civitatis! qui plausus populi! quæ securitas intuentium! te matrum, te virginum quæque duplici fructu fruebantur, cum pulcherrimi Imperatoris formam viderent, et licentiam non timerent. 6. Ostentare se omnes, et tripudiare, sine ullo de reliquiis belli metu, et auspicium victoriæ[b] tuæ pro consummatione metiebantur. 7. Non Transpadana provincia videbatur recepta, sed Roma. Quis enim crederet, tantis successibus tuis ullum obstaculum fore, quo minus omnes exercitus se clementiæ tuæ traderent, cum virtutis experimentum novissent? 8. Muros vi ceperas, acie palam viceras. Quis tam demens videbatur, ut aut obsideri auderet, aut congredi? præsertim cum tu, dies aliquot Mediolani resistens, tempus sibi omnibus consulendi dedisses, ut de te sperarent.

CAP. VII. 2 Puteolani ed. *tamen sanguinem.*—4 'Cuspin. *quem diu desiderassent;* non placet.' *Livin.* Paul. Steph. etiam, *quem diu.* Mox, cod. Puteani, *cui se omnes prompte;* unde ille, *cui se omnes tam prompte committerent;* Puteol. *cui se omnes propter bello;* Cuspin. P. Steph. et edd. recentt. *cui se etiam prompte* Livin. 'Ex codd. nullum est auxilium, quorum si vel unus addiceret, libenter illud *omnes* insererem, propter præcedentia *omnibus* et *undique.*' Arntz.—5 Livin. conj. *ingressus es.* Mox, Puteol. *te matrum et virginum? quam duplici;* Pulman. *te matrum virginum quæque, &c.* unde Putean. *te matrum virginumque, quæ, &c.* Bertin. etiam, *virginumque;* Cuspin. et Mœrl. *virginum quæque.* Vide Nott. Varr.—6 Livin. Baun. P. Steph. *reliquis belli;* Bertin. Mœrl. et edd. recentt. *reliquiis belli.* Cf. sup. ad Eumen. Const. VI. fin. et XIII. 1.—7 Livin. *successibus ullum;* Bertin. Cuspin. ceteri omnes *s. tuis ullum.*—8 Cuspin. ap. Livin. *omnibus sibi.* Mœrl. *ut de te sperare liceret;* Arntzen. pater, *ut bene sperarent.*

NOTÆ

[a] *Qui fuit dies ille*] Triumphalis Constantini in urbem Mediolanum ingressus.

[b] *Auspicium victoriæ*] Ex felici victoriæ initio, de ejusdem confectione existimantes.

CAP. VIII. 1. Sed enim ærumnosa illa, et jampridem, media ætate [c] nostra, civili sanguine maculata Verona maximo hostium exercitu tenebatur, acerrimis ducibus, pertinacissimoque præfecto; [d] scilicet, ut quam coloniam [e] Cn. Pompeius aliquando deduxerat, Pompeianus [f] everteret. 2. O miserabilem Veronensium calamitatem, quos non tam tua, quam intestina satellitum pressit obsidio! quippe Athesis [g] ille, saxis asper, et gurgitibus vorticosus,* et impetu ferox, oppugnationem prohibebat, omnemque retro regionem evehendis copiis [h] tutam, defensamque præstabat. 3. Quod tamen ne diutius hostem juvaret, providentia tua factum est, cum superioribus in locis, qua lenior amnis, et ignari hostes erant, exercitus parte pro-

* *Crebris verticibus rapidus.*

CAP. VIII. 1 Edd. ante P. Steph. *et pridem;* Bertin. Caspin. et edd. recentt. *et jam pridem.* Mox, *et pugnacissimo præfecto* Rhenan. H. Steph. et Rivin.—2 Voc. *asper* deest in Bertin. *oppugnatione* Vet. Putean. et Mœrl. *in evehendis* Bertin. unde Livin. et Acidal. conj. *invehendis,* quam conjecturam recepit Jæger.—3 Rhenan. Steph. Rivin. al. ante Grut. *qua levior amnis;* Vet. Putean. et edd. recentt. *qua lenior amnis,* ut conj. Acidal. *parte trajecta*

NOTÆ

[c] *Jampridem, media ætate*] Id est, ante 30. circiter annos cum 'Sabinus Julianus invadens imperium a Carino in campis Veronensibus occisus est.' Victor Schotti. Itaque auctor hujus Panegyrici tum agebat annum 60. cum hanc orationem habuit. Certe quod media ætate sua contigisse istud ait, id est, cum esset in flore ætatis, quæ 'ætas media' dicitur, ut observavi Paneg. VII. cap. 1. not. 3. *Verona* autem urbs est ad fluvium Athesim, Tridentum inter et Mantuam, *Verone.*

[d] *Pertinacissimo præfecto*] Ruricio, viro strenuissimo.

[e] *Coloniam*] De illa colonia, Tacit. Hist. lib. III. 'Quæsitum inde, quæ sedes bello legeretur. Verona potior visa, patentibus circum campis ad pugnam equestrem, qua prævalebant: simul coloniam copiis validam in rem famamque videbant.'

[f] *Pompeianus*] Utrum Ruricium intelligit, natum forte in Pompeii oppido? an Carinum fortasse e familia Pompeii? An demum Constantinum?

[g] *Athesis*] Fluvius ex finibus Rhætorum Tridentum et Veronam alluens, et in Mare Adriaticum se exonerans, *l'Adige.* De quo Virgil. Æn. IX. 680.

[h] *Evehendis copiis*] Advehendo commeatu. Infra cap. XVIII. ad Tybrim, 'tu Romæ tuæ altor copiis subvehendis.' Seneca de Benef. VI. 7. 'Nec fluminibus gratias agimus, quamvis aut magna navigia patiantur, et ad subvehendas copias largo ac perenni alveo excurrant.'

jecta[i] ancipiti periculo, clausos obsessosque, omissa spe moræ, experiri armis coëgisti, adeoque omnes, qui eruptionem tentaverant,[j] cecidisti, ut ipse etiam dux[k] cum parte copiarum, ad arcessenda auxilia, muris excesserit, majorem miser adducturus exercitum, ut majore comitatu cladis occideret. 4. Quo quidem tempore præcipua apparuit tua, Imperator, cura simul et animi magnitudo, qui redeunti illi[l] minore exercitu congredi, quam obsidionem intermittere maluisti, ne respirare clausis, aut effugere, aut imminere tergo liceret.

CAP. IX. 1. Et primo quidem, ut audio, aciem instruxeras duplicem, mox, proviso adversariorum numero,[g] explicari statim in frontem ordines, et extendi latius arma jussisti, ex tuo animo nimirum animos tuorum omnium metiens: quamvis gravius inde pondus infringi posse impetu pauciorum.[h] 2. Laudare me existimas, Imperator,

[g] *Mox explorato hostium numero.*
[h] *Ex fortitudine tua æstimans fortitudinem tuorum omnium, ac ratus molem exercitus hosti licet graviorem, posse perrumpi vigore pauciorum.*

conj. Virdungus; et sic Exc. Schonhov. *parte provecta* Patarol. *obsessosque pejora experiri* edd. vett. *obsessosque omissa spe moræ experiri* Vet. Putean. Vatic. Mœrl. et Jæger. *obmissosque* Bertin. *obmissosque remora experiri* Vet. Livin. Vide Nott. Varr. *adeo qua omnis eruptio tentaverat* Rhenan. H. et P. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *adeoque omnes, qui eruptionem tentaverant* Vatt. Vet. Putean. Mœrl. Patarol. Jæger. et sic conj. Lips. Epist. Quæst. I. 22. *adeoque omnes* etiam Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. *adeoque omnes, qua eruptio tentata erat* conj. Livin. et Acidal. Mox, *etiam* deest in Vet. Livin. et Exc. Lang. *ad accersenda* edd. ante Grut. *ad arcessenda* Vet. Livin. Bertin. Grut. et recentt.

CAP. IX. 1 Verba, *animos tuorum omnium*, desunt in Vatt. et Vet. Putean. *quantumvis gravius* Exc. Lang. *inde* deest in iisdem Exc. *infringi posset* Rivin. 1. *infligi posse* conj. Patarol. *impetu imperii* Rhenan. Stephan. Livin. Rivin. 1. *impetu pauciorum* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Mœrl.

NOTÆ

[i] *Projecta*] An *trajecta?* Schonhovius.

[j] *Qui eruptionem tentaverant*] Aut, *qua eruptio tentata erat.* Sic enim Lipsius et Livineius legunt. Non, *qua eruptio tentaverat*, ut est in editione Puteana.

[k] *Dux*] Nempe Ruricius.

[l] *Qui redeunti illi*] Qui Veronam redeunti, post irruptionem factam, occurrere maluisti, cum ea tantum parte exercitus, quæ accincta erat ad bellum, in quo non erat parum periculi; quam ad copias omnes tecum educendas obsidionem intermittere, et obsessis dare locum aut respirandi,

cuncta, quæ in illo prælio feceris? Ego vero iterum queror.[m] 3. Prospexeras omnia, disposueras universa, summi Imperatoris officia compleveras. Cur ipse pugnasti? cur te densissimis hostium globis miscuisti? cur salutem reipublicæ in pericula tanta misisti? 4. An nescire nos putas, quod, cum nimio rapereris ardore, in media hostium tela deveneras, et, nisi viam tibi cædibus aperuisses, spem totius generis humani et vota deceperas? 5. Toto quippe impetu[n] ferebare, torrenti similis amni, quem abruptæ radicitus sylvæ, et convulsa funditus saxa sequerentur. 6. Quid tibi est,[o] Imperator, cum inferiore fortuna? Illos pugnare fas est, quibus suo cujusque fato aut vincendum est, aut cadendum; tu, cujus ex vita omnium fata pendent, ad ullum discrimen accedas? inter tot tela gladiosque versere? quis hoc a te exigit? aut quis pati possit, ut quicquam in te belli casibus liceat? deceat te, Imperator, hostem ferire? immo non decet laborare.

Cap. x. 1. Spectavit ex edito monte[p] Xerxes navale certamen. Augustus aliud agens[q] vicit apud Actium.

Exc. Schonhov. Cuspin. P. Steph. Grut. et recentt.—2 Mœrl. *interim queror;* Acidal. conj. *iterum quæro.*—3 Bertin. *disposueras omnia universa.*—4 Edd. ante Arntz. *quod dum nimio;* Mœrl. *quod cum nimio.* Mox, *deveneris* Puteol. Rhenan. R. H. et P. Steph. Chouet. Rivin. 1. '*deveneras* dederat Livin. quem secuti Grut. et reliqui, idque postulat sequens *deceperas.*' Arntz.—6 Vide infra Not. Delph. item Nott. Varr.

Cap. x. 1 *Spectans* edd. ante Grut. *Spectat* Vet. Putean. *Spectavit* Exc. Lang. Grut. et recentt. *Augustus aliquid agens* Cuspin. Rhenan. Steph.

NOTÆ

aut effugiendi, aut te insequendi.

[m] *Iterum queror*] An *iterum quero?* neque enim, ut notat Acidalius, antehac questus fuerat, sed quæsierat, ut ratio suscepti belli sibi redderetur.

[n] *Toto quippe impetu*] Simile illud Paneg. II. c. 5. 'Toto quippe prælio ferebare, non aliter quam magnus amnis solet hybernis imbribus auctus et nubibus.'

[o] *Quid tibi est*] Loco movenda fuit integra hæc phrasis juxta Acidalii mentem: quod nemini non probandum confido. In editione Puteana; *Quid tibi est, Imperator, cum inferiore fortuna? toto quippe impetu ferebare, torrenti similis, &c.*

[p] *Ex edito monte*] Ex monte Ægaleo, qui e regione Salaminis erat, Xerxes spectabat classem, quæ a Græcis plane deleta est. Herodot. lib. VII. Justin. lib. III. Diod. Sic. De Xerxe jam supra dictum, Paneg. VII. cap. 13. not. 1.

[q] *Aliud agens*] Bellum Actiacum fortasse sumit pro Siculo, in quo Au-

Fuit etiam, qui, sublatus in scalas[r] invicem nexas, concurrentes eminus vidit exercitus, ut nec interesset periculo, et adesset eventui. 2. Ignava, inquies, sunt hæc exempla; sed tuta: graviorque metus est periculi tui, quam lætitia victoriæ. 3. An non ipsi te, cæsis fugatisque hostibus, interfectoque etiam ipso eorum duce, comites[s] et tribuni corripuere lacrymantes, amplexique illud tuum anhelum pectus, cruentas manus, et quicquid de sanguine profundæ cædis emerserat, hinc atque inde clamarunt: 'Quid egeras, Imperator? in quæ nos fata projeceras,[t] nisi te divina virtus tua vindicasset? quæ hæc est impatientia? aut quo tibi manus nostras,[u] si versa vice pugnas ipse pro nobis?' 4. Hæc ego non dicerem, Imperator, neque ab aliis dicta memorarem, nisi, beneficio tuæ lenitatis, tutior esset nostra in verbis, quam tua in armis audacia. 5. Nova enim quadam varietate naturæ, confusoque virtutum temperamento, idem es et in præliis ferocissimus, et parta securitate mitissimus.

CAP. XI. 1. Cum enim, dato obsessis tempore pœni-

Livin. Rivin. 1. et al. vett. *A. aliud agens* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin, Exc. Lang. Mœrl. Grut. et recentt. et sic conj. Meurs. et Acidal.—2 Livin. *sunt exempla;* reliqui omnes, *sunt hæc exempla.* 'Rotundius fuerit, si ejiciamus voculas, *sunt hæc.*' Grut.—3 Cuspin. Rhenan. H. Steph. Livin. al. vett. et Rivin. 1. *ipsi, cæsis;* Vet. Putean. Bertin. alii codd. ap. Jæger. cum edd. Grut. et recentt. *ipsi, te cæsis.* 'Insere *te;* nisi mutandum verbum *corripuere.*' Acidal. *fugatis hostibus* Vet. Livin. Pro *projeceras* Baun. conj. *projecisses.* 'Nil opus.' *Arntz.*—5 Edd. vett. *idem es in præliis;* Vet. Putean. et ed. Cellar. *idem et in p.* Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Patarol. *idem es et in p.*

NOTÆ

gustus per Agrippam, aliosque exercitus duces, Pompeium inter Mylas et Naulochum superavit, an. U. C. 718. 'Dum ipse tam arcto somno devinctus esset, ut ad dandum signum ab amicis excitaretur. ... Neque prius surrexisset, ac militibus in conspectum fuisset, quam a M. Agrippa fugatæ essent hostium naves.' Sueton. Aug. c. 16. Nam in Actiaco bello, 'dextrum navium Julianarum M. Lario commissum, lævum Aruntio, Agrippæ omne classici certaminis arbitrium. Cæsar ei parti destinatus, in quam a fortuna vocaretur, ubique aderat.' Velleius II. 85.

[r] *Sublatus in scalas*] Quis ille tandem fuerit, nusquam reperi.

[s] *Comites*] De comitibus supra c. II. not. [i].

[t] *Projeceras*] An *projecisses?*

[u] *Quo tibi manus nostras*] Aut, *quo tibi manus nostras poscis?*

tendi, Aquileiam[a] quoque de legatis eorum ac supplicibus recepisses, cunctique se tibi dedidissent, quos obsidendo servaveras, ignovisti omnibus, et vitam, quam desperaverant, reddidisti. 2. Et quidem jussisti arma deponere, ut multo tutius victoris pietate tegerentur: ut tamen pertinaciæ suæ merita sentirent, corripi eos, vincirique jussisti, non ad supplicium, sed vitam; ne conscientiæ timore diffugerent, graviterque[b] delinquerent, conservarique iterum non mererentur, si servati non fuissent. 3. Sed unde tanto hominum numero tot vincula, quæ continere militares, et paulo ante armatas manus possent? 4. Stupere milites, qui perducendos susceperant, et custodiæ curam abnuere, et prorsus nescire, quid facerent; ipsi etiam, qui tibi in consilio erant, ipse etiam præfectus hærere; cum tu, divino monitus instinctu, de gladiis eorum[c] gemina manibus aptari claustra jussisti,* ut servarent deditos gladii sui, quos non defenderant repugnantes.

Cap. xii. 1. O pulcherrimum, et qui omnium oculis subjici debuisset, triumphum virtutis et clementiæ tuæ! cujus enim potentiæ fuit, hostibus arma deripere, ejus humanitatis, deditos ad impunitatem suis armis alligare, atque ita vincire, ut eos ferri illius, quod contra te gesse-

* *Conflari retinacula apta geminis manibus vinciendis.*

Cap. xi. 1 Liviu. *eorum supplicibus.* Rivin. et edd. ante Grut. *tibi dedissent;* Exc. Lang. Exc. Schonhov. Cuspin. Grut. et recentt. *tibi dedidissent:* et sic voluit Rhenan.—2 Acidalius conj. *graviusque delinquerent.* 'Si codd. adesset auctoritas, assentirer.' *Arntz.* *non merentur* Vet. Putean. et edd. ante Rhenan. *non mererentur* Vatic. Exc. Schonhov. Grut. et recentt.—4 Edd. vett. *qui producendos;* Vet. Livin. Bertin. Mœrl. et Jæger. *qui perducendos.* Mox, *cura abnuere* Vet. Livin. *tibi* omisit Rivin. *motus instinctu* Mœrl. 'Vulgata melior. Cf. Eumen. pro Instaur. Schol. xix. 3.' *Arntz.*

Cap. xii. 1 Patarol. et edd. vett. *arma diripere;* Grut. et recentt. *arma deripere.* Vid. Heins. ad Ovid. Met. iii. 52. *impunitatem sui alligare* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. et Vat. *ad pietatem sui alligare* Mœrl. 'Lectio nemini probanda.' *Jæger.* *ad impunitatem sui armis alligare* Exc. Put. *ad i. suis armis, &c.* Grut. Baun. Cellar. Patarol. ceteræque edd. *atque etiam* Rhe-

NOTÆ

[a] *Aquileiam*] De Aquileiensi expugnatione vide supra Paneg. vi. cap. 6. not. [f].

[b] *Graviter*] An *gravius?* ut Acidalio placet.

[c] *De gladiis eorum*] Militum enses in vinculorum formam conflari jussit.

rant, quotidie pœniteret. 2. Gladius ille, quem in te destrinxerat hostis infestus, ipse domini sui manus tenuit, et, paratus ad cædem, custos factus est ad salutem. 3. Magnus poëta,[d] dum bellorum toto orbe surgentium discursum, apparatumque describit, 'Et curvæ,' inquit, 'rigidum falces conflantur in ensem.' Triste nimirum tempus illud, cum instrumenta, cultui pecudum præparata, in cædem hominum verterentur. 4. At nunc rigidi illi, mortiferique mucrones in salutaria vincla curvantur, et exarmatum hominem non interimunt, sed coërcent; deditosque hostes gladii sui collisi obtusique tutantur, qui nihil illis prodesse integri, acutique potuerunt.

CAP. XIII. 1. Omnium ergo armorum ministeria ad diversos effectus arbitrio tuo serviunt, Imperator. Tibi vincunt gladii, tibi servant; te pugnante feriunt, te ignoscente custodiunt. 2. Ut Deus ille, mundi creator et dominus, eodem fulmine suo nunc tristes, nunc lætos[e] nuntios mittit: ita eadem sub numine tuo tela inimicos aut supplices tuos pernicie, aut conservatione discernunt. 3. Eripuisti, Imperator, adversariis tuis gladios, ne quis incumberet dolore[f] superatus: et eosdem manibus suis innoxios

nan. H. Steph. Rivin. al. vett. *atque ita* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Exc. Schonhov. Mœrl. P. Steph. Grut. et recentt. *vincere* Vet. Putean. Exc. Schonhov. Cuspin. Livin. Mœrl. et P. Steph. *vincire* Vet. Livin. Bertin. H. Steph. Grut. et recentt. 'Recte: si enim dediti fuerint, non amplius vincendi fuisse videntur.' *Jæger.*—2 Edd. ante Jæger. *te distrinxerat.*—3 *Triste nimirum t. id* edd. Baun. Patarol. Cellar. *Triste nimium t. id* Puteol. Rhenan. H. et P. Steph. Livin. Cuspin. *Triste nimirum t. illud aperiens, cum, &c.* Vet. Putean. Mœrl. Bongars. et Faber. *illud* etiam cod. Livin. *Turpe nimirum t. illud, cum* delevit Pithœan. 'Haud dubie etiam pro *verterentur* legere debebat *vertebantur.*' Jæger. Eldikius conj. *cultui segetum.*—4 Bertin. ap. Livin. *collisi obtunsique.*

CAP. XIII. 3 *Eripuisti adversariis,* omisso *imperator,* Bertin. ap. Livin. *dolore superasti* edd. vett. Vienn. Cuspin. *dolore superasti* Puteol. Rhenan. H. Steph. et Rivin. 1. 2. *dolore. Superasti, &c.* Livin. Francof. Paris. P. Steph.

NOTÆ

[d] *Magnus poëta*] Virgilius, Georg. I. 508.

[e] *Nunc tristes, nunc lætos*] Locus hic revocat in mentem illud Senecæ Quæst. II. 41. Jovi tres manubias dari, quarum prima moneat, secunda prosit, tertia adhibitis consilio Diis emittatur: quod quidem iisdem pæne verbis confirmat Festus.

[f] *Ne quis incumberet dolore* [*dolori*]

reddidisti, ut et clementiæ et vindictæ tuæ satisfaceres: quorum sanguini peperceras, arma fregisti. 4. Vita enim hominum, diu parta, semper servanda est, si liceat; ferrum inventu facile, usu mutabile. Ideo, quæ erant reparabilia, conflasti; quod redivivum non erat, reservasti.[b] 5. Quid simile fabulæ ferunt? conversa esse humana corpora in fontes, aut pecudes, aut aves? Fœda et degener talis conversio. Gladius, mutatus in manicas, hoc est, quod securitas[c] post timorem, quod umbraculum post calorem.[c] Splendorem mutatio perdidit,[d] sed aciem retudit.

Cap. xiv. 1. Studium, et humanitas tua hortata est, Imperator, ut hucusque exsultatio nostra verbis luderet.[e] Sed jam ad potiora redeamus. 2. Recuperata omni cis

[b] *Nam vita humana, diutino labore procurata, retineri perpetuo debet quantum fas est; contra vero ferrum facile invenitur, et ad quoscumque usus adhibetur. Quamobrem ferrum, quod revocari poterat in pristinam formam, conflando mutasti: conservasti vero quod revocari non poterat, nempe vitam.*

[c] *Id est ferrum prius timoris causam, nunc securitatis causam fuisse.*

[d] *Splendorem hac mutatione amisit.*

[e] *Ut lætitiam nostram hoc lusu verborum significaremus.*

Patarol. Baun. sic etiam emend. Eldikius. *dolori superatus* Cellar. *dolore super acie* conj. Putean. *dolore superatus* codd. Putean. et Mœrl. quod primus recepit Jæger. 'Verior scriptura, quam ex codd. dedit Jægerus, et recte explicuit.' *Arntz.* Mox, *ut clementiæ* edd. vett. et Rivin. 1. *ut et clementiæ* Vet. Livin. Bertin. Exc. Schonhov. Grut. et edd. recentt.—4 *Ut enim* Mœrl. Puteol. Rhenan. H. Steph. Rivin. 1. al. vett. *Vita enim* Exc. Lang. Cuspin. Exc. Schonhov. P. Steph. Grut. et edd. recentt. et sic conj. Acidal. *Ut enim vita hominum* conj. Rhenan. *Natura hominum* Vet. Putean. *etiam* est in Vat. sed alia manu. *servanda est, liceat* Livin. *s. est, si liceat* Grut. et recentt. *s. est, scilicet liceat* Cuspin. et P. Steph. *sic ferrum* Mœrl. Vet. Putean. *Ita quæ erant* Mœrl. 'minus apposite.' *Jæger.* Pro *redivivum*, Livin. conj. *recidivum*, e Virgil. Æn. vii. 322. Pro *reservasti* Bertin. ap. Livin.—5 *Cui simile ad lætitiam fabulæ* Vet. Putean. et Vatic. sine interrogandi nota; *Quid simile ad lætitiam* Cuspin. Exc. Schonhov. Mœrl. 'quæ ab interpolatore profecta esse videntur.' *Jæger.* *corpora in frondes* conj. Arntz. pater.

Cap. xiv. 1 Edd. ante Arntz. *hucusque ut;* Vet. Putean. et Mœrl. *ut hucusque.* Mox, *verbis eluderet* Rhenan. Puteol. H. Steph. Rivin. 1. *verbis eluderet* Vet. Putean. Cuspin. Exc. Schonhov. P. Steph. *verbis eluderetur* Mœrl. *verbis illud luderet* Vet. Livin. Exc. Lang. *verbis luderet* Livin. Francof. Paris. Cellar. Rivin. Patarol. Jæger. *ad aptiora* conj. Arntz. pater.—2 Puteol. H.

NOTÆ

Clarior erit sententia si legatur ut est in codice Pithœano, *ne quis incumberet dolore superatus;* vel, ut suspicatur Puteanus, *ne quis incumberet dolore super acie.*

[c] *Quod securitas*] Quod hoc loco est conjunctio.

Padum Italia,[h] ipsa jam ad te supplices manus Roma tendebat, cui portentum illud[i] insederat, nihil conari ausum ad tot nuntios suarum cladium. Quippe ipsa se vilissimi hominis obsidebat ignavia, et degeneres animos[j] timor arguebat. 3. Stultum et nequam animal[k] nusquam extra parietes egredi audebat. Ita enim aut prodigiis, aut metus sui præsagiis monebatur.[f][l] 4. Pro pudor! intra parietum custodias Imperator? Non ille aspirare in campum, non exerceri armis, non pulverem pati. Astutus quidem, ne virorum officia[m] tentantem contemnerent, qui viderent. Deambulare, et tantum in illo palatio marmoratis parietibus incedere. Nam in Sallustianos hortos[n] ire, peregrinatio et expeditio putabatur. 5. Et hæ quidem deliciæ toto illo tempore, quo urbem obsederat,[o] semet incluserat, turpissimam

[f] *Eo metu, quem auspicia ei incutiebant.*

Steph. Livin. al. vett. et Rivin. 1. *portentum id;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. P. Steph. et edd. recentt. *portentum illud.* Vide supra XII. 3. Pronomen deest in Rivin. 2. *degeneres, ut dictum est, animos* Bertin. *degeneres animos, ut dictum est* Mœrl.—3 Voc. *animal* deest in Bertin. Pro *monebatur,* Vet. Putean. habet *movebatur.*—4 Hæc verba, *contemnerent, qui viderent. Deambulare, et tantum,* desunt in edd. quibusdam vett. etiam in Baun. Vide Nott. Varr. Pro *viderent* Livin. conj. *viderant.* Idem mox, *in uno palatio.* 'Hæc mutatio nec necessaria est, nec satis probabilis.' *Jæger.*—5 Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. 1. al. vett. *tanto illo tempore;* Bertin. Cuspin. P. Steph. Grut. et recentt. *toto illo tempore.* Mox, *quo orbem obsederat* edd. ante Cellar.

NOTÆ

[h] *Cis Padum Italia*] Loquitur Treveris homo Gallus.

[i] *Portentum illud*] Maxentius.

[j] *Degeneres animos*] Sumtum illud ex Virg. Æneid. IV. 13.

[k] *Stultum et nequam animal*] Durum verbum, sed tamen Tullius haud multo honorificentius adhibet in virum consulem, quem præsentem in senatu compellabat: et Seneca de Benefic. II. 16. timidissimum animal appellat Alexandrum.

[l] *Monebatur*] Lege *movebatur,* ut auspicantur omnes interpretes: vel si hanc scripturam retinueris, sensus erit, ita facere eum admonebat metus, quem sua ei auspicia incutiebant.

[m] *Ne virorum officia*] Lubenter inseram *quidem;* ut sit, *ne virorum quidem officia tentantem.*

[n] *Sallustianos hortos*] Quos C. Crispus Sallustius, historicus insignis, vir opulentus, idemque magnificus, sub Quirinale extra Pomœrium ad Collatinam portam adornavit. Is Tullii temporibus vixit; neque desunt qui scribant Terentiam, Marci Ciceronis uxorem, ab eo repudiatam, Sallustio nupsisse.

hanc ejus formidinem protegebant. Non enim se imbellem, sed beatum, non inertem, sed securum videri volebat. 6. Quoties milites in concionem vocabat, se solum cum illis imperatorem, alios per limites pro se militare jactabat.[h] Fruimini, aiebat, dissipate, prodigite. Hæc erat miserorum brevis et caduca felicitas.

Cap. xv. 1. Ac ne tum quidem, cum tot adversa suorum prælia comperisset, obviam ire conatus est ad resistendum, ut Padi limite,[p] aut Apennini jugis uteretur:[i] sed literas, calamitatum suarum indices, supprimebat. Interdum etiam palam, ut usque ad portas veniretur, optabat: non intelligens, majestatem illam urbis, quæ pridem admotos exercitus[q] solicitaverat, jam flagitiis ipsius deformatam, et sedibus suis pulsam, ad tua auxilia transisse: nec ullis præmiis posse corrumpi, quos tibi, præter liberalitatem tuam, et sacramenti fidem, tot victoriarum gloriæ dicavissent.[j] 2. Quis enim miles, qui ductu atque auspiciis

[h] *Se unum pariter et illos imperatores esse, alios in finibus pro se arma ferre.*
[i] *Ut Padi liberum transitum, et Apenninorum montium haberet.*
[j] *Quos non tantum liberalitas tua et sacramenti religio tibi addixerat, sed etiam gloria ex tot victoriis tecum relatis.*

qui e conj. Livineii edidit *urbem.* 'Voc. *hanc* deest in Mœrl. bene, ni fallor.' *Jæger.*—6 Vet. Putean. *cum illis imperatore.* Mox, *alios per milites* Rhenan. H. Steph. Rivin. al. vett. *per milites* delet Acidal. 'Sed non adeo immedicabile hoc vulnus, ut recidendum sit.' *Jæger. per limites* P. Steph. Grut. et recentt. Vid. Schwarz. ad Paneg. II. 3. 9.

Cap. xv. 1 Edd. vett. *ad insistendum;* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. *ad resistendum.* Edd. vett. et al. ante Arntz. *cum Padi;* Vet. Putean. et Mœrl. *ut Padi;* Acidal. conj. *quasi Padi.* Paulo post, *qua pridem* Grut. Baun. Cellar. *quam pridem* Livin. improbante Jæger. *qui pridem* Rhenan. H. Steph. Rivin. 1. *quæ pridem* Exc. Schonhov. Vet. Putean. Vet. Livin. Exc. Lang. Mœrl. Bertin. Cuspin. Puteol. P. Steph. Patarol. Jæger. *admotus* edd. vett. *admotos* Vet. Livin. Exc. Schonhov. Exc. Lang. Bertin. Cuspin. P. Steph. et recentt. *flagitiis suis* Mœrl. improbante Jæger. *deformata* edd. Puteol. Rhenan. H. Steph. Rivin. 1. *deformatam* Vet. Putean. Exc. Schonhov. Livin. Grut. et recentt. *et s. suis propulsam* Mœrl. 'nec hoc probabile.' *Jæger.*—2 Livin.

NOTÆ

[o] *Urbem* [*orbem*] *obsederat*] Forte legendum *urbem.*

[p] *Padi limite*] Padus fluvius Italiæ maximus, ex Vesulo monte in Gallia subalpina oriens, non longe ab Augusta Taurinorum discurrit, ubi Placentiam Ferrariamque alluit. In Mare Adriaticum multis ostiis effunditur, *le Pau.*

[q] *Admotos exercitus*] Primum a Se-

tuis toties felicissime dimicasset, vulnera illi sua venderet? belli jam pæne confecti summam concederet? 3. At enim tu id ipsum de ardore totius exercitus sentiens, sine ulla hæsitandi mora, qua brevissimum per eos iter est, rapto agmine advolasti: celeritatem illam in re gerenda Scipionis,[r] et Cæsaris,[s] tunc maxime cupienti Romæ repræsentans. 4. Hæc est fiducia imperatoris invicti, et suorum mentibus freti, non dubitare, nec trahere bellum, sed proximum quodque pugnæ tempus putare victoriam. 5. Non enim res erat tibi, uti Q. Maximo cum Hannibale victore, ut, post res asperas, locum tempusque captares: sed urgere te successus tuos, et continuare victorias, sed quam primum subvenire urbi decebat. 6. Sapientis enim est imperatoris, fractis rebus, cunctando consulere; secundis, non deesse fortunæ.

CAP. XVI. 1. Itaque unum jam illud timebatur, ne ille, conterritus[a] his viribus, graviter afflictus, et in arctum redactus, boni consuleret, et debitas reipublicæ pœnas ob-

conj. *et jam pæne.*—3 Rhenan. Cuspin. Steph. Livin. *sentiens, non sine; τὸ non* delent Vet. Putean. Exc. Lang. Bertin. Grut. et recentt. et sic conj. Acidal. *in redeundo* Rhenan. Livin. Steph. Rivin. 1. *in regendo* Vet. Livin. *in re gerenda* Vet. Putean. Cuspin. Mœrl. Exc. Schonhov. P. Steph. Grut. et recentt. *in agendo* Baun.—4 Pro *non dubitare,* Lips. conj. *non ductare.*—5 Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *utique Maximo;* Exc. Voss. *ut e maximo;* Putean. conj. *ut Q. Maximo;* Lipsius, Livin. et Acidal. conj. *uti Q. Maximo;* et sic edidere Grut. et recentt. *et quam primum* Bertin. et sic conj. Acidal. *urbi debebat* Rhenan. H. Steph. Rivin. 1. *urbi decebat* Vet. Putean. Exc. Schonhov. Mœrl. Cuspin. Livin. et edd. recentt. 'Aut, *te* deleto, scribe *debebas;* aut, eodem retento, muta *decebat.*' Acidal.—6 Edd. vett. et Rivin. 1. *imperatoris est;* Vet. Livin. Bertin. Grut. et recentt.

CAP. XVI. 1 *Itaque u. jam timebatur* Livin. et Baun. *jam id timebatur* Cuspin. Rhenan. Puteol. P. et H. Steph. Rivin. *jam illud timebatur* Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Grut. Cellar. Patarol. Jæger. *conterritus his rebus* Rhen. Steph. Livin. Rivin. *contentus* Exc. Schonhov. Mœrl. Cuspin. Vet. Livin. *his*

NOTÆ

vero Cæsare, tum a Galerio ipso, demum a Maximiano Herculeo; qui omnes a suis militibus proditi, fugere necesse habuerunt.

[r] *Scipionis*] De Scipione Africano supra, Plin. Paneg. cap. XIII. not. [l].

[s] *Cæsaris*] Quanta celeritate Romam Cæsar cum Pompeio pugnaturus venerit, vide ejus Comment. de Bello Civili, et ceteros Romanæ historiæ scriptores.

[a] *Ne ille, conterritus*] Lipsius ita emendat hunc locum I. 22. 'Ne ille conterritus, suis rebus graviter afflictis, et in arctum redactis, mora consuleret.'

sidione differret. Quippe omni Africa, quam delere statuerat, exhausta,[b] omnibus insulis[c] exinanitis, infiniti temporis annonam congesserat. 2. Sed divina mens, et ipsius urbis æterna majestas nefario homini eripuere consilium, ut ex inveterato illo torpore ac fœdissimis latebris subito prorumperet, et, consumto per desidias sexennio,[d] ipsum diem natalis sui ultima sua cæde signaret, ne septenarium illum numerum, sacrum et religiosum, vel inchoando violaret. 3. At quomodo instruxit aciem tot annorum vernula purpuratus?[e] Ita prorsus, ne quis evadere, ne quis, ut fit, loco motus referre gradum, et instaurare prælium posset; cum a fronte armis, a tergo Tiberi flumine premeretur. 4. In quo ille non, mehercule, cogitavit necessitatem resistendi, sed propinquitatem refugiendi. Nisi forte jam sentiens, diem sibi venisse fatalem, ad solatium suæ mortis voluit secum trahere quamplurimos, ut omnes essent exitus sui comites, qui scelerum participes extitissent. 5. Quid enim aliud illum sperasse credendum est? qui jam ante biduum palatio emigraverat, et cum uxore[f]

viribus Vet. Livin. Bertin. Grut. et recentt.—2 *Sed domina mens* ed. Livin. *Sed divina mens* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. et ceteræ omnes edd. *per desidias senio* edd. ante Cellar. Mox, pro *ultima*, Acidal. conj. *ultimum*. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *septenarium numerum;* Vet. Livin. Bertin. Cuspin. P. Steph. Grut. et recentt. *s. illum numerum.* Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. Baun. *religiosum inchoando;* Vet. Putean. Bertin. Cuspin. Mœrl. Exc. Schonhov. P. Steph. Grut. et recentt. *religiosum, vel inchoando;* 'quod recipiendum esse satis superque claret.' *Jæger.*—3 *prælium possit* H. et P. Steph. Rivin. et al. vett. ante Livin. *p. posset* Vet. Putean. Livin. et edd. recentt.

NOTÆ

[b] *Africa . . . exhausta*] 'Maxentius Carthaginem terrarum decus, simul Africæ pulchriora vastari, diripi, incendique jusserat.' Aurel. Victor.

[c] *Omnibus insulis*] Inprimis Sicilia et Sardinia.

[d] *Consumto per desidias sexennio* [*senio*] Malim *sexennio* ut vult Petavius de Doctrina Temp. II. 87. sex enim annos tyrannidem occupavit donec ultima sexennii illius die; priusquam septenarium numerum inchoaret, victus in Tiberim delapsus est, ut dicit infra.

[e] *Vernula purpuratus*] Maxentius. Haud absimile illud Pacati in Theodos. de Maximo tyranno: 'Ille quondam domus tuæ negligentissimus vernula.'

[f] *Cum uxore*] Magnentia Urbica, prioris Galerii conjugis filia, cujus nummos refert Tristanus in Comment. Historicis.

ac filio[g] in privatam domum sponte concesserat, ut res est, Furiis terribilibus agitatus, et nocturnis pulsus ultricibus; ut tu jam olim expectatus habitator sacris illis ædibus diu exhalatis, expiatisque succederes?[a] 6. Et adeo ipse verum sibi dixerat,[b] et venturo tibi cesserat, quamvis in prælium ingrederetur armatus, cum excedendo palatio jam se abdicasset imperio.

CAP. XVII. 1. Ad primum igitur aspectum majestatis tuæ, primumque impetum totius tui victoris exercitus hostes territi, fugatique, et angustiis Mulvii pontis[h] exclusi,[c] exceptis latrocinii illius[i] primis auctoribus, qui, desperata venia, locum, quem pugnæ sumserant,[j] texere corporibus, ceteri omnes in fluvium abiere præcipites, ut tandem aliquod cædis compendium fessis tuorum dexteris eveniret,[d] cum impios Tiberis hausisset. 2. Ipsum etiam illum cum equo, et armis insignibus, frustra conatum per abrupta ripæ ulterioris evadere, idem Tiberis correptum gurgite devoravit, ne tam deforme prodigium vel hanc ob-

[a] *Multo ante tetro spiritu perpurgatis.*
[b] *Adeo ipse animo id præsagierat.*
[c] *Et cum transire non possent simul omnes propter arctius spatium Mulvii pontis.*
[d] *Ut manus tuorum cædendo fessæ tandem desisterent ab occidendo.*

Tiberi amne Mœrl.—5 Livin. P. Steph. Baun. Cellar. Jæger. *ominibus terribilibus*, ut conj. Acidal. *omnibus t.* Rhenan. Steph. Cuspin. Patarol. Paris. et Rivin. *Furiis t.* Vet. Putean. Vat. a m. sec. Mœrl. 'Ex glossa, ut videtur, spectante ad *ultricibus*.' Jæger.—6 *Id adeo ipse futurum sibi* conj. Acidal.

CAP. XVII. 1 'Livineii conjecturam, *toties tui*, recepit Cellar. quam etsi non damno, tamen displicet positura verborum. Mallem, *tui toties*.' Jæger. *Milvii pontis* edd. vett. *Mulvii pontis* Livin., in margine, Cellar. Jæger. *quem*

NOTÆ

[g] *Ac filio*] Is fuit Marcus Aurelius Valerius Romulus, cujus extat nummus DIVO. ROMVLO. N. V. (id est, nostræ urbis) FILIO. Extant item et alii, quos refert Tristanus in Comment. Histor.

[h] *Mulvii pontis*] Pons in Tiberi prope Romam, nulla re notior quam Maxentii clade.

[i] *Latrocinii illius*] Bellum illud latrocinium vocat, tum quod Maxentii exercitus ex plebecula constabat, tum quod ipse ad rapiendum alienum imperium pugnabat.

[j] *Locum, quem pugnæ sumserant*] Respexit ad illud Sallustii de Bello Catilin. 'Quem quisque pugnando vivus locum ceperat, eum amissa anima corpore tegebat.'

itus sui relinqueret famam, quod [e] alicujus viri fortis gladio telove cecidisset. 3. Et aliorum quidem hostium corpora et arma præceps fluvius volvendo devexit; illum autem eodem, quo extinxerat, loco tenuit, ne diu populi Romani lætitia dubitaret,[f] si putaretur aliquo profugisse, cujus mortis probatio quæreretur.

Cap. xviii. 1. Sancte Tibri,[k] quondam hospitis monitor Æneæ,[l] mox Romuli conservator [m] expositi, tu nec falsum Romulum [n] diu vivere, nec parricidam urbis passus es enatare. Tu Romæ tuæ altor copiis subvehendis,[o] tu munitor mœnibus ambiendis, merito Constantini victoriæ particeps esse voluisti, ut ille hostem in te propelleret, tu necares. 2. Neque enim semper es rapidus et torrens, sed pro temporum ratione moderatus. Tu quietus armatum Coclitem [p] revexisti, tibi se placido Clœlia [q] virgo com-

[e] *Ne monstrum illud tam turpe hanc saltem obeundo laudem referret, quod, &c.*
[f] *Gaudium esset dubium.*

pugnæ ceperant Vet. Livin. *eveniret. Cum impios, &c.* Cuspin. Rhenan. Steph. Patarol.—3 Edd. vett. *loco tenuit P. R. dubitaret;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Cuspin. *loco tenuit ne P. R. dubitaret;* Vatican. *tenuitne diu P. R. dubitaret;* Exc. Schonhov. Exc. Lang. Grut. *tenuit ne diu P. R. lætitia dubitaret.*

Cap. xviii. 1 *Sancte Tibris* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. *S. Tiberis* Vet. Putean. Mœrl. *S. Tybri* Bertin. Baun. *S. Tibri* Francof. Paris. Cellar. Pata.

NOTÆ

[k] *Sancte Tibri*] Virg. Æneid. 'Tybri pater.'

[l] *Monitor Æneæ*] Virg. Æneid. viii. 'Huic Deus ipse loci fluvio Tiberinus amœno, Populeas inter senior se attollere frondes,' &c.

[m] *Romuli conservator*] Cum Amulii jussu Romulus cum Remo fratre in profluentem projectus esset, Tiberinus amnis aquas repressit, ne forte utrumque involveret. Sed notius illud, quam ut in eo immorer. Videri possunt Florus, Victor, et alii.

[n] *Falsum Romulum*] Id est, Maxentii filium, cui Romulo nomen, ut supra dictum. Fortasse etiam Maxentium ipsum, quem falsum Romulum per jocum appellat, quomodo auctor orationis in Tullium quæ Sallustio attribuitur, Tullium vocat 'Romulum Arpinatem.' Et Lepidus apud Sallust. Hist. lib. i. de Sylla: 'Quæ cuncta sævus iste Romulus, quasi ab externis rapta tenet.'

[o] *Altor copiis subvehendis*] Altor propter commeatus quos subvehit: supra, cap. vii. not. [h].

[p] *Armatum Coclitem*] Horatium, quod in prælio oculum alterum amisisset, dictum Coclitem. Is adversus Porsennam Etruscorum regem, Tarquinios in urbem restituere conantem, pro ponte sublicio stetit, et aciem hostium solus sustinuit, donec ponte interciso ipse in Tiberim decidit, et armatus ad suos transnatavit.

misit. At nunc violentus et turbidus hostem reipublicæ sorbuisti, et, ne tuum lateret obsequium, eructato cadavere prodidisti. 3. Reperto igitur, et trucidato corpore, universus in gaudia et vindictam populus Romanus exarsit: nec desiit tota urbe, qua suffixum hasta ferebatur, caput illud piaculare fœdari: cum interim, ut sunt joci triumphales,[r] rideretur gestantis injuria, cum alieni capitis merita pateretur.[s]

CAP. XIX. 1. Sed quid ego hucusque jocularia? Tecta ipsa,[a] ut audio, commoveri, et altitudo culminum videbatur attolli, quacumque numen tuum tardo molimine currus inveheretur: tanta te populi densitas, tanta senatus stipatio provehebat simul et attinebat. 2. Felices qui te propius

[s] *Et interea illudebatur, ut est mos jocandi in triumphis, cum contumelia illius a quo ferebatur, qui patiebatur injurias debitas alieno capiti.*

rol. et recentt. *princeps esse* Vet. Putean. *particeps esse* Vatican.—3 Rhenan. Steph. P. Steph. *nec de sicca tota;* Exc. Schonhov. Puteol. Cuspin. Livin. *nec de sica tota;* Mœrl. Vatic. Pithœan. *nec desiit a tota;* et sic emend. Lips. Epist. Quæst. I. 22. *nec desiit tota* Francof. Paris. Cellar. Grut. Baun. Patarol. et recentt. *nec desit tota* Rivin. 1. *caput id* Cuspin. Rhenan. Livin. et Rivin. 1. *caput illud* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Grut. et recentt.

CAP. XIX. 1 Baun. et Jæger. *commoveri, altitudo,* omissa conjunctione *et.* Mox, Vet. Putean. *tardo volumine;* Vatican. *tardo molimine.* Pro *attinebat,*

NOTÆ

Liv. lib. II. Florus lib. I. Aurel. Victor.

[q] *Clœlia*] Hæc in Porsennæ castris captiva cum esset, deceptis custodibus, et equo, quem fors dederat, arrepto, Tiberim noctu trajecit. Cetera quæ de illa referuntur, vide apud Dionys. Halic. Livium, Plutarchum.

[r] *Ut sunt joci triumphales*] Hunc militum Romanorum morem, acclamandi, jocandi, dicteria in triumphantem jaciendi, notant Dionys. lib. VII. Ἐφεῖται γὰρ, κ. τ. λ. *Permittitur enim victores deducentibus iambos et dicteria jacere in clarissimos viros, et ipsos imperatores, quemadmodum Athenis solebant pompam in plaustris ducentes scommatis obvios impetere.* Et Liv. lib. V. de Camillo: 'Dictator, recuperata ex hostibus patria, triumphans in urbem redit, interque jocos militares, quos inconditos jaciunt, Romulus ac parens patriæ, conditorque alter urbis haud vanis laudibus appellatur.' Et Martial. I. 4. 'Consuevere jocos vestri quoque ferre triumphi, Materiam dictis, nec pudet esse ducem,' &c.

[a] *Tecta ipsa*] Mirifica ὑποτύπωσις Constantini post Maxentii cladem Romam ingredientis. Videri potest Euseb. Hist. IX. 8. et in Vita Constantini.

aspicerent, longius positi nominabant: quos præterieras, loci, quem occupaverant, pœnitebat. Vicissim omnes inde discedere,[b] hinc sequi: certare innumerabilis multitudo, et impulsu vario fluctuare, et tantum sibi hominum animi[c] post illam sexennii[d] cladem superesse memorabant.[a] 3. Ausi etiam quidam, ut resisteres, poscere, et queri tam cito accessisse palatium, et, cum ingressus esses, non solum oculis sequi, sed pæne etiam sacrum limen irrumpere. 4. Inde omnibus circumfusis, ut inde excederes, opperiri, prospicere, optare, sperare: ut viderentur, eum, a quo obsidione liberati fuerant, obsidere. 5. Gloriatus sit licet, et vere, summus orator,[e] humeris se Italiæ in patriam reportatum; te, Constantine, senatus populusque Romanus et illo die, et aliis, quacumque progressus es, et humeris et oculis ferre gestivit.[f] 6. Nec quicquam aliud homines, diebus[g] munerum, sacrorumque ludorum, quam te ipsum,

[a] *Homines mirabantur, quod tot cives adhuc superessent post illam sex annorum stragem.*

Vet. Putean. habet *detinebat.*—2 *Vicissim o. inde dicto accedere, insequi* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. 1. *V. homines in relicto accedere* conj. Lips. *in edito accedere* Vatican. Pithœan. Fabr. Mœrl. *inde discedere* Vet. Livin. cum edd. Grut. et recentt. Vide Nott. Varr. *hinc sequi* Vet. Putean. Bertin. ap. Livin. Grut. Paris. Cellar. Patarol. Jæger. Baun. Pro *certare*, Livin. conj. *cursare.* Bertin. *et tantum ibi;* et sic conj. Lips. Epist. Quæst. I. 22. Pro *animi*, Acidal. conj. *admirabundi.* Vide Nott. Varr. Schenckius pro *memorabant*, legit *ignorabant;* Lipsius, *mirabantur;* Arntz. *numerabant.*—4 Livin. conj. *ut iterum excederes;* Vet. Livin. *vitium excederes;* Bertin. *utrum excederes;* Mœrl. *vicum excederes.*—5 Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *quocumque progressus;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Grut. et recentt. *quacumque progressus.* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *et oculis fere gestavit;* Vet. Putean. et Vatican. *et humeris ferre gestivit;* Mœrl. *et humeris et oculis semper gestivit;* Acidal. etiam conj. *ferre gestivit;* et sic Vet. Livin. Cuspin. Bertin. P. Steph. Grut. et recentt. Vide Nott. Varr.—6 Vet. Livin. Bertin. *æternorumque ludorum;* Mœrl. *ceterorumque ludorum.* Pro *po-*

NOTÆ

[b] *Inde discedere*] Gruterus suspicatur legendum, *in edita ascendere.*

[c] *Animi*] Aut lege cum Acidalio *admirabundi* pro *animi.* Aut mox cum Lipsio *admirabantur*, pro *memorabant.*

[d] *Sexennii*] Quo Maxentium tyrannidem in Italia tenuisse dictum est supra.

[e] *Summus orator*] Tullius orat. post reditum in senat. cap. 38. 'Cum me populus Romanus revocarit, respublica implorarit, Italia cuncta pæne suis humeris reportarit.'

[f] *Oculis ferre gestivit*] Paneg. VI. cap. 8. 'Te primo ingressu tuo tanta lætitia, tanta frequentia populus excepit, ut cum te ad Capitolini Jovis gremium vel oculis ferre gestiret.'

spectare potuerunt; qui tuus esset fulgor oculorum, quæ totius corporis circumfusa majestas, quæ oris dignitas. 7. Gaudere cuncti spectaculorum mora, et familiaribus sibi artificibus ob hoc solum favere, quod te præsente certarent.[b]

CAP. XX. 1. Nam quid ego de tuis in curia sententiis atque actis loquar? quibus senatui auctoritatem pristinam reddidisti, salutem, quam per te receperant, non imputasti,[c] memoriam ejus in pectore tuo sempiternam fore spopondisti. 2. Dicerem plura de divinis orationibus tuis, de oblata potius, quam impetrata, benignitate; nisi mallem dicta reticere, dum propero facta laudare. Quamlibet verba tua in senatu habita nobis nota sint, tamen, qualia fuerint, clementiæ tuæ gloria nuntiavit. 3. O tandem felix civili, Roma, victoria![d] irrupit olim te Cinna furiosus,[h] et Marius iratus,[i] qui non solo se Octavii consulis capite

[b] *Amare omnes moram quæ esset in spectaculis, et notos sibi gladiatores adeo amare, tantum quod pugnarent coram te.*
[c] *Noluisti ut quam eis vitam servaras, beneficii loco a te acceptam referrent.*
[d] *Beata Roma propter civilem victoriam.*

tuerunt, Acidal. conj. *optarunt*, aut *putaverunt*, (i. e. æstimarunt;) vel *petiverunt*. Mox, *totiusque corporis* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. 1. *quæ totius corporis* Bertin. Grut. et recentt.

CAP. XX. 2 *Et quamvis verba* solus Livin. *Quamlibet verba* Vet. Livin. Bertin. Cuspin. ceterique codd. et edd. 'Unde solus edidit Livin. *Et quamvis*, ignoro.' *Arntz.* *nobis ignota sint* conj. Livin. et Acidal. *n. nota sunt* Mœrl. *nobis non nota sint* Jæger.—3 Bertin. ap. Livin. *te olim Sylla.* 'Unde *quando solo* solus ediderat Livin. ignoro.' *Arntz.* *qui non solo* Vet. Livin. Cuspin.

NOTÆ

[g] *Diebus*] Solennes hujusmodi ingressus largitionibus, ludis, spectaculis celebrari solitos nemini non notum.

[h] *Cinna furiosus*] L. Cornel. Cinna primo consulatu legem de exulibus revocandis ferens, ab Octavio collega prohibitus et honore privatus, urbe profugit: vocatisque ad pileum servis, accersitisque C. Mario, Carbone, et Sertorio, urbem quatuor exercitibus obsessam captamque ingressus an. U. C. 667. Octavium interfecit, inimicos cecidit. Iterum et tertium consulem seipsum fecit. Quarto consulatu cum bellum contra Syllam pararet, Anconæ ob nimiam crudelitatem ab exercitu lapidatus est. Appian. de Bell. Civil. Plutarchus in Mario. Aurel. Victor.

[i] *Marius iratus*] Is post gestos sex consulatus, post Jugurtham victum et ante currum actum, post Teutonas in Galliis, Cimbros in Italia domitos, victus a Sylla et in carcerem conjectus periisset, nisi immissum percus-

satiarunt, sed, luminibus civitatis extinctis, exempla, quæ nunc toto sexennio passa es, reliquerunt. 4. Vicit tibi iterum ante portam Collinam[j] Sylla:[k] felix, si se parcius vindicasset; sed enim multis capitibus rostra complevit. Constantinus victoriæ licentiam fine prælii terminavit: gladios ne in eorum quidem sanguinem destringi passus est, quos ad supplicia poscebas.

Cap. xxi. 1. Deditam sibi idem Sylla exarmatamque legionem, in villa publica, trucidavit, perculsumque morientium gemitu senatum monuit, ne timeret, quod ipse jussisset. 2. At iste victor non modo hostium, sed etiam victoriæ suæ,[l] quicquid militum bello superfuit, tibi reservavit. Tibi enim jam militant, quos exutos armis impiis adversus hostes barbaros[m] rursus armavit. 3. Jam, obliti deliciarum[n] circi maximi, et Pompeiani theatri,[o] et nobi-

Rhenan. alii codd. et edd.—4 *Vicit iterum tibi* Vet. Livin. Bertin. *tibi ter* Mœrl. ex compendio scribendi. *Collatinam* Baun. *sed multis* Rhenan. Steph. Livin. et Rivin. *sed etenim multis* Mœrl. *sed enimvero multis* cod. Livin. Grut. et recentt. *sed enim multis* Bertin. quod recepit Arntz. *distringi* edd. ante Jæger. *ad s. poscebat* Baun. Patarol. et recentt.

Cap. xxi. 1 Rhenan. Steph. Livin. Baun. Puteol. Rivin. 1. *armis imperator;* Vet. Putean. Fabr. Bongars. P. Steph. Pulm. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Mœrl. *armis impiis;* Grut. Paris. Cellar. Patav. Rivin. 2. *armis impiis imperator.*—3 *Pompeii amphitheatri* Vet. Livin. *novalium lavacrorum* Bertin.

NOTÆ

sorem Gallum vultus auctoritate deterruisset, fugissetque protinus in Africam. Ex quo exilio cum Cinna et Sertorio urbem reversus, cædibus replevit omnia. Livius, Velleius, Victor, Plutarchus in Mario.

j *Ante portam Collinam* [*Collatinam*] Collatina porta Romæ, a Collatia oppido, ad quod per eam portam fiebat iter. Ita Festus.

k *Sylla*] Cum rogatione Sulpicia imperium ejus transferretur ad Marium, in Italiam regressus, corruptis adversariorum exercitibus, Carbonem Italia expulit, urbe potitus Sulpitium interfecit, Marium fugavit, proscriptionis tabulas proposuit. Novem millia deditorum in villa publica cecidit, an. U. C. 672. Dictatura vero tertio post anno deposita, Puteolos concessit, et morbo, qui phthiriasis vocatur, interiit. Appianus, Plutarchus, Aur. Victor.

l *Sed etiam victoriæ suæ*] Sumtum illud e Tullio pro Marcello, cap. 12. 'Ipsam victoriam vicisse videris, cum ea ipsa, quæ illa erat adepta, victis remisisti.' Pacat. in Theod. cap. xlv. 'Tu ipsius victoriæ victor, ita omnem cum armis iram deposuisti.'

m *Adversus hostes barbaros*] Germanos, contra quos, ordinatis in urbe rebus, profectus est anno sequenti.

n *Obliti deliciarum*] Quibus diffluebant sub duce Maxentio.

o *Pompeiani theatri*] Cn. Pompei-

lium lavacrorum,[p] Rheno, Danubioque prætendunt,[q] excubias agunt, latrocinia compescunt, certant denique cum victoribus,[r] ut, civili bello victi, hostibus comparentur. 4. Nec tamen id mirum videri potest, cum qualemcumque militem fortissimum facias tuo, Imperator, exemplo. 5. Non enim fessus præliis, et expletus victoriis, ut natura fert, otio te et quieti dedisti; sed eodem impetu, quo redieras in Gallias tuas, perrexisti ad inferiorem Germaniæ limitem; magna scilicet intercapedine temporis, ac brevi locorum distantia post annuam expeditionem statim bello auspicatus, a Tiberi ad Rhenum, immo (ut omen et similitudo nominis, sic et tua, Imperator, magnitudo animi pollicetur) a Tusco Albula[s] ad Germanicum Albim prolaturus imperium.

ap. Livin. improbante Jæger. *Danubioque prætenduntur* edd. vett. *D. prætendunt* Vet. Livin. et Ms. D. Marci. Mox, pro *hostibus*, Acidal. conj. *hostilibus*.—5 Rhenan. Steph. Livin. Rivin. 1. 2. al. vett. *magna enim intercapedine;* Rhenan. conj. *non magna interc.* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Mœrl. Exc. Schonhov. P. Steph. Grut. et recentt. *magna scilicet interc.* Mox, Arntz. conj. *post annum expeditionem bello auspicatus;* Exc. Lang. Cellar. et Jæger. *bella auspicatus;* et sic conj. Acidal. *bello ausp.* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Grut. Paris. Patarol. *nominis sit et tua* edd. vett. *n. sic et tua* Grut. et recentt. *nominis et tua* Livin. 'Deleo *τὸ sit,* aut muto *sed et.*' Acidal.

NOTÆ

us omnium primus mansurum, (ut ait Tacit. XIV. 20.) theatrum extruxit lapide quadrato ad exemplum illius, quod Mitylenis viderat bello Mithridatico. Erat autem in modum hemicycli, cujus ab utroque cornu scenæ erant, cum singulis aris, quarum una Bacchi, altera ejus Dei erat, in cujus honorem ludi fiebant.

[p] *Nobilium lavacrorum*] Thermæ Trajani, Titi, Agrippæ, Syriacæ, Commodianæ, Severianæ, Antonianæ, Alexandrinæ, Neronianæ, Diocletianæ, Romæ nobiles fuerunt.

[q] *Prætendunt* [*prætenduntur*] Forte *prætendunt*, ut Livineio placet. Pacati Paneg. cap. X. 'Vix Iberum tuum videras, jam Istro prætendebas,' id est, tendebas, ut Virg. Æn. II. 29. 'Hic sævus tendebat Achilles.'

[r] *Cum victoribus*] Id est, addunt se tuis, una cum illis pugnaturi contra communes hostes, ut qui ante civili bello victi sunt, hostilibus bellis nullo modo se aliis inferiores promant.

[s] *A Tusco Albula*] Qui et Tiberis, teste Plinio: sic ab aquarum albedine dictus est fluvius Hetruriæ celebratissimus, Romam interluens. Is de seipso apud Ovid. Fast. V. 645. 'Venit et Alcides turba comitatus Achiva: Albula, si memini, tunc mihi nomen erat,' &c. Virgil. Æn. VIII. 332. 'Amisit verum vetus Albula nomen,' &c.

CAP. XXII. 1. Quisnam iste est tam continuus ardor? quæ divinitas perpetuo vigens motu? Omnium rerum intervalla sunt. 2. Cessat terra novalibus;[e] dicuntur interdum flumina resistere; et ipse dies noctibus acquiescit:[f] tu, Constantine, solus infatigabilis bellis bella continuas, victorias victoriis cumulas. Quasi præterita sint oblitterata, si desinas, non putas te vicisse, nisi vincas. 3. Ruperat fidem gens levis et lubrica[a] barbarorum, et, robore atque audacia lectis eruptionis auctoribus, institisse Rheno nuntiabantur.[g] Illico obvius affuisti, et præsentia tua, ne auderent transitum, terruisti. 4. Et jam[b] videbaris rem votis tuis fecisse contrariam, quod, inhibita eruptione, non foret materia victoriæ, sed inopinato consilio usus. 5. Abeundo enim, simulato nuntio majoris in superiore limite tumultus,[h] occasionem stolidis ac feris mentibus obtulisti in nostra veniendi; relictis in occulto ducibus, qui securos adorirentur. 6. Quo cum venissent, consilium tuum sequitur fortuna. Toto Rheni alveo, oppleto navibus, devectus, terras eorum ac domos mœstas lugentesque populatus es, tantamque cladem, vastitatemque perjuræ genti intulisti, ut post vix ullum nomen habitura sit.

[e] *Quiescit humus novalium tempore.* [f] *Per noctes quiescit.*

[g] *Afferebatur nationem mobilem et fallacem Rheno insedisse, selectis sibi ducibus ad eruptionem faciendam.*

[h] *Dissimulans nuntium tibi allatum esse gravioris seditionis in superioribus finibus imperii concitatæ.*

CAP. XXII. 1 Rhenan. et Steph. *ingens motu;* Vet. Putean. Exc. Schonhov. Puteol. Livin. aliique codd. et edd. *vigens motu;* et sic Acidal.—2 Vet. Livin. et Mœrl. *sed ipse dies;* unde Livin. conj. *sed et ipse dies;* Bertin. *sol ipse noctibus;* Cuspin. *et sol ipse noctibus.* 'Memorabilis lectio.' *Jæger.*—3 *Rheno nunciabatur* Vet. Putean. 'Collective accipi potest vulgata.' *Arntz.*—4 *Etiam videbaris* edd. vett. *Etiam* deest in Mœrl. *Et jam videbaris* conj. Livin. et Acidal. quod recepit Jæger.—5 *Abeundi enim simulato metu* Vet. Putean. *Abeundi* etiam Mœrl. Vide Nott. Varr. *ferinis mentibus* edd. ante Arntz. *feris mentibus* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. *qui secutos* primus edidit Livin. deinde Grut. Patarol. Paris. *qui securos* Mœrl. Vet. Livin. Puteol. Cuspin. Rhenan. Steph. Baun. Cellar.—6 Pro *mœstas,* Vet. Putean. et Mœrl. habent *funestas.* Edd. ante Jæger. *post illud nomen;* Vet. Putean. *post vix ullum nomen;* Vet. Livin. *post vix illud nomen;* Bertin. *post vix illum nomen;* unde Livin. conj. *ullum;* Mœrl. *post vix ullum nomen.*

NOTÆ

[a] *Gens levis et lubrica*] Ita Francos appellat ut Romano Imperatori blandiatur, quod supra observavi.

[b] *Et jam* [*etiam*] Lege *Et jam.*

CAP. XXIII. 1. Ite nunc omnes, si placet, barbaræ nationes, et exitiales vobis movete conatus; habetis exemplum! 2. Quamvis enim Imperator noster amicorum regum admittat obsequia, idque ipsum valeat ad laudem victoriæ, quod a nobilissimis regibus timetur, et colitur; augeri tamen gloriam virtutis suæ gaudet, quoties provocatur. 3. Nam quid hoc triumpho pulchrius? quo cædibus hostium utitur etiam ad nostrum omnium voluptatem, et pompam munerum de reliquiis barbaricæ cladis exaggerat.[a] Tantam captivorum multitudinem bestiis objicit,[c] ut ingrati et perfidi non minus doloris ex ludibrio sui, quam ex ipsa morte patiantur. 4. Inde est, quod, cum exitum differre[d] liceat, perire festinant, seseque letalibus vulneribus et mortibus offerunt. Ex quo ipso apparet, quam magnum sit, vicisse tam prodigos sui.[e]

CAP. XXIV. 1. Facile est vincere timidos et imbelles, quales amœna Græciæ, et deliciæ Orientis educunt, vix leve pallium,[f] et sericos sinus, vitando sole, tolerantes, et,

[a] *Magnificentiam largitionum ex barbarorum spoliis auget.*

CAP. XXIII. 1 *Ita nunc* Rhenan. Steph. Puteol. Rivin. al. vett. *Ite nunc* Vet. Putean. Exc. Schonhov. Livin. Grut. et recentt. *exitiale vobis movete conatus exemplum* Rhenan. Rivin. 1. 2. Steph. *exitialis v. m. c. exemplum* Puteol. Cuspin. Livin. *exitiales* Exc. Schonhov. *movete conatus habetis exemplum* Vet. Putean. *habetis exemplum* Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Mœrl.—3 Edd. ante Jæger. *quod cædibus;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. *quo cædibus.* ' Mœrl. vitiose, *nostrorum omnium.*' Jæger. *Tantamque captivorum* conj. Acidal. receperunt Cellar. Patarol. Jæger. *objici ingrati* Puteol. Rhenan. H. Steph. Livin. al. vett. *objici et ingrati* Exc. Schonhov. P. Steph. Bertin. Cuspin. *objicit ut ingrati* Vet. Putean. cod. Pulman. Mœrl. Exc. Lang. Grut. Cellar. et recentt. et sic legit Van Hoven. Otiis Litter. par. I. p. 53. Vide Nott. Varr.—4 Pro *exitum,* Acidal. et Baun. conj. *exitium.* ' Mœrl. vitiose *præire.*' Jæger.

CAP. XXIV. 1 Edd. omnes ante Jæger. *amœna Græcia;* Mœrl. *amœna Græciæ.* Rhenan. *vitanda sole;* Vet. Putean. Exc. Schonhov. ceterique codd.

NOTÆ

[c] *Bestiis objicit*] Reipsa Constantinus Francorum reges Regaisum et Ascaricum bello captos belluis dilaniandos jussit Treveris in theatrum induci, et Pan. VII. cap. 12. ' Puberes qui in manus venerunt, quorum nec perfidia erat apta militiæ, nec ferocia servituti, ad pœnas spectaculo dati, sævientes bestias multitudine sua fatigarunt.'

[d] *Exitum differre*] Forte *exitium,* id est, mortem.

[e] *Tam prodigos sui*] Nulli enim æque in bello metuendi, quam qui de salute sua non sunt soliciti.

[f] *Vix leve pallium*] Sumsit hunc lo-

si quando in periculum venerint, libertatis immemores, ut servire liceat, orantes. 2. Romanum vero militem, quem qualemque[g] ordinat disciplina, et sacramenti religio confirmat, aut trucem Francum,[h] ferina sola carne distentum, qui vitam pro victus sui vilitate[b] contemnat, quantæ molis sit superare, vel capere? Quod tu, Imperator, et nuper in Italia,[i] et in ipso conspectu barbariæ[j] paulo ante fecisti. 3. Ita sine ullo discrimine omnia genera bellorum, armorum, hostium uni tibi cedunt, cedunt ex omni etiam memoria condita literis monumenta virtutum. 4. Nec vero tantummodo vetera illa dictatorum, et consulum, ac deinceps magnorum principum, sed etiam rectissima et pulcherrima Divi patris tui[k] facta superasti; (sordet enim alios ex proximo tempore[l] comparare) ipsum, inquam, Divum Constantium, jam primis imperii tui lustris, rerum gestarum laude cumulasti.

CAP. XXV. 1. Invitus hoc forte accipis,[c] Imperator,

[b] *Ita vilem in modum educati sunt.* [c] *Fortasse illud audis non lubenter.*

et edd. *vitando sole;* Modius conj. *vitando soli tolerantes.*—2 Livin. *qualemque ordinatur;* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. ceterique codd. et edd. *qualemque ordinat.* Voc. *qualemque* suspectum Acidalio; pro quo Livin. conj. *qualemcumque.* Mox, *provectus sui utilitate* Rhenan. Cuspin. Steph. al. vett. *pro victus sui* conj. Rhenan. *pro victus sui vilitate* Vet. Livin. et sic conj. Putean. Modius, Acidal. Vide Nott. Varr. *molis superare,* omisso *sit,* conj. Livin. *Et imperator in Italia* Puteol. Rhenan. Steph. Livin. *Quod tu imp. et in Italia* Rhenan. Acidalius conj. *Tu imp. et pridem in Italia . . . paulo ante palam fecisti;* vel, *Tu imp. et in Italia;* Putean. *et nuper in Italia;* Exc. Lang. Exc. Schonhov. Mœrl. et Cuspin. etiam *nuper.*—4 Rhenan. H. Steph. Rivin. *vetera dictatorum;* Vet. Putean. Exc. Schonhov. Puteol. Livin. et recentt. *v. illa dictatorum.* Mox, *sed etiam recentissima* conj. Acidal. *jam p. imperii lustris,* omisso *tui,* Bertin. ap. Livin.

NOTÆ

cum Pacatus cap. 33. 'Illos tenero perlucentes amictu, et vix leve carbasum vitando sole tolerantes,' id est, ad vitandum solem.

[g] *Quem qualemque*] Forte *quem qualemcumque,* ut suspicatur Livineius, id est, quem, qualiscumque sit, disciplina militaris et fortem facit, et ordinat.

[h] *Trucem Francum*] A quo sæpe Romani male habiti erant.

[i] *In Italia*] Cæsis Maxentianis.

[j] *In conspectu barbariæ*] In Germaniæ finibus.

[k] *Patris tui*] Constantii.

[l] *Ex proximo tempore*] Ut Numerianum, Carinum, Carum, Probum, Florianum, Tacitos, et alios deinceps ejus ævi imperatores haud multo clariores.

sed ille, dum dicimus, gaudet e cœlo, et, jampridem [m] vocatus ad sidera, adhuc crescit in filio, et gloriarum tuarum gradibus ascendit. 2. Purgavit ille Bataviam,[n] advena hoste depulso: tibi se ex ultima barbaria [o] indigenæ populi dedidere. Ille oceanum classe transmisit, tu et Alpes gradu, et classibus portus Italicos occupasti. Recuperavit ille Britanniam, tu nobilissimas Africi maris insulas,[p] quæ populi Romani fuere provinciæ. 3. Ignoscat, inquam, Divus ipse Constantius. Quid habeo, quod comparem Italiæ, Africæ,[q] Romæ? 4. Merito igitur tibi, Constantine, et nuper senatus signum Dei, et paulo ante Italia scutum et coronam, cuncta aurea, dedicarunt, ut conscientiæ debitum aliqua ex parte relevarent. Debetur enim, et sæpe debebitur et divinitati simulacrum aureum, et virtuti scutum, et corona pietati.

Cap. xxv. 1 Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *et pridem vocatus;* Vet. Livin. *etiam pridem vocatus;* Bertin. *et jam pridem vocatus;* quod receperunt Grut. et recentt.—2 *Batavum advenam* solus habet Livineius; *Bataviam, advena, &c.* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. *ultima barbarie* edd. vett. et Steph. *u. barbaria* Livin. Grut. et recentt. *populi dedere* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *p. dedidere,* conjecturam Livineii, primus dedit Grut. eumque secuti sunt recentt. *classe transmittit* Rhenan. Steph. Rivin. ut conj. Acidal. *c. transmisit* Livin. P. Steph. et recentt.—3 *Ignoscat tandem ipse Constantius: quid habet quod compararet, &c.* conj. Acidal.—4 *Constantine et imp.* edd. antiquiss. item Steph. Rivin. *Constantine imp. τῷ et* expuncto, malit Rhenan. *Constantine et pridem* conj. Acidal. *Constantine et nuper* Vet. Putean. Livin. P. Steph. et recentt. *signum dedit* P. Steph. Livin. *signum Dei dedit* Grut. Baun. *Deus* Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Vide Nott. Varr. *Dei* Rhenan. *Et enim sæpe debetur* Rhenan. Steph. Rivin. *Debetur enim, et sæpe debetur* Vet. Putean. Vatican. Cuspin. *Debetur enim et sæpe* Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. *Debetur enim et sæpe debebitur et div.* Mœrl. et Exc. Schonhov. unde Grut. *Debetur enim et sæpe debebitur div.* quem sequitur Jæger. 'Grutero assentiri non ausus sum.' *Arntz. Debetur enim divinitati et sim.* Baun. Cellar. *Debetur enim et divinitati sim.* Paris. Patarol. In contextu Livineii lacuna est: *ut conscientiæ debitum aliqua ex parte .... sæpe enim et sæpe debetur et div.* Cuspin. *divinitati tuorum sim.*

NOTÆ

[m] *Jampridem*] Ante septem annos, nempe anno Christi 306.

[n] *Purgavit ille Bataviam*] Supra Paneg. v. cap. 8. et Paneg. vi. cap. 4.

[o] *Ex ultima barbaria*] Francos contra initum cum patre fœdus rebellantes domuit.

[p] *Africi maris insulas*] An Sardiniam et Siciliam, ubi Maxentium grassatum legimus? Mare autem Mediterraneum, in quo sita sunt, Africum utcumque appellat propter viciniam Africæ.

[q] *Africæ*] Extat nummus salvis Augg. et Cæs. FEL. KARTH. Id est,

CAP. XXVI. 1. Quamobrem te, summe rerum Sator, cujus tot nomina sunt, quot gentium linguas [r] esse voluisti, quem enim te ipse dici velis, scire non possumus: sive in te quædam vis, mensque divina est, qua, toto infusa mundo, omnibus miscearis elementis,[s] et sine ullo extrinsecus accedente vigoris impulsu per te ipse movearis: sive aliqua supra omne cœlum potestas est, qua hoc opus tuum ex altiore naturæ arce despicias; te, inquam, oramus, et quæsumus, ut hunc in omnia sæcula Principem serves. 2. Parum est enim optare tantæ virtuti, tantæque pietati, quem longissimum habeat vita, processum. 3. Est certe summa in te bonitas, est et pietas; et ideo, quæ justa sunt, velle debes: nec abnuendi est causa, cum possis. Nam si est aliquid, quod a te bene meritis denegetur, aut potestas cessavit, aut bonitas. 4. Fac igitur, ut, quod optimum humano generi dedisti, permaneat æternum, omnesque Constantinus in terris degat ætates. 5. Quamvis enim, Imperator invicte, jam divina soboles tua [t] ad reipublicæ vota successerit, et adhuc speretur futura numerosior; illa tamen erit vere beata posteritas, ut, cum liberos tuos gubernaculis orbis admoveris, tu sis omnium maximus Imperator.

CAP. XXVI. 1 Puteol. Livin. P. Steph. *quæ toto infusa;* Cuspin. Rhenan. et recentt. *qua, toto infusa;* Grut. *qua toto infusus.* Mox, *potestas es, quæ* conj. Livin. eamque conjecturam receperunt Grut. Baun. et recentt. *potestas est qua* Mœrl. Cuspin. Rhenan. Steph. uterque, Rivin.—2 Edd. ante Arntz. *quem l. habet;* Vet. Putean. et Vatican. *quam l. habeat.* Edd. ante Arntzen. *progressum;* Vet. Putean. Vatican. Vet. Livin. Mœrl. Bertin. *processum.* 'Utrumque probum.' *Jæger.*—3 *Et certe summa* Rhenan. Steph. Livin. *Est certe summa* Exc. Schonhov. Cuspin. P. Steph. Grut. et recentt. *potestas cessabit* conj. Faber et Daniel.—4 Bertin. ap. Livin. *in æternum.*—5 Jæger. conj. *et adhuc speretur numerosior: ita tamen . . . . si, cum, &c.* Pro *ut,* Schenckius conj. *ubi.* Vide Nott. Varr.

NOTÆ

Felix Carthago.

[r] *Quot gentium linguas*] Sua enim apud varias gentes varia esse non tantum Jovi, sed singulis Diis nomina, notum est.

[s] *Miscearis elementis*] Alludit ad illud Virg. Æn. VI. 726. 'Totamque infusa per artus Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.'

[t] *Soboles tua*] Constantinus, quem ex Fausta Maximiani filia jam susceperat.

PANEGYRICUS X.

DE AUCTORE,

ET QUO TEMPORE AC LOCO HABITUS SIT.

[Ex Ed. Delph.]

PRONUNTIATA est hæc oratio, ut ex ipso initio manifestum est, anno Christi CCCXXI. Kal. Martiis die natali Cæsarum Crispi et Constantini, cum ineunte quinto anno, vota quinquennalia solverent, ac decennalia susciperent. In quod tempus Constantini magni quindecennalia concurrebant, ac pro ejus vicennalibus vota nuncupabantur. Aberat Constantinus, ad quem tamen Nazarius conversa oratione: 'Præsentem,' inquit, 'mihi alloqui videor, qui etsi conspectu abes, revelli tamen mentibus non potes.' Hæc oratio Nazario sine controversia ascribitur; de quo Eusebius in Chron. ad annum Christi CCCXV. 'Nazarius,' inquit, 'insignis rhetor habetur.' Et Hieronymus ad an. Chr. CCCXXXVII. 'Nazarii rhetoris filia in eloquentia patri coæquatur.' Hanc Eunomiam, virginem Christianam appellat Arnaldus Pontacus in suis Chronic. fretus, ut ipse ait, quatuor Vaticanorum codicum auctoritate. Nazarii quoque apud Ausonium mentio est, in Professor. Burdigal. Epigrammate XV. An vero Nazarius hic noster fuerit ille, quem clerus Massiliensis, in quo lectoris munere fungebatur, cum Oresio Episcopo Arelatem ad synodum suffragiis delegavit, dubitat noster Joan. Bap. Guesnayus in suis provinciæ Massiliensis annalibus.

NAZARII

PANEGYRICUS

CONSTANTINO AUGUSTO.

SYNOPSIS PANEGYRICI.

In Exordio probat ejus diei lætitiæ, qua Constantini itidem et Cæsarum quinquennalia celebrantur, parem ab oratore eloquentiam afferri non posse.

Distributio videtur esse: I. De Cæsaribus Crispo et Constantino. II. De Constantino Augusto.

I. Pars. Jam Crispus Francos et Germanos exemplo patris obtriverat. Jam Constantinus secundum consulatum gerebat, cap. III. Quantus uterque sit existimari potest, tum quod patri Constantino, quantum ad speciem corporis virtutesque spectat, similes sint; tum quod sint illustribus ejus factis instituti, cap. IV. Institutionem hanc utrique gratulatur.

II. Pars. Transiturus ad Constantinum, in summa ejus præclare gestorum varietate, cap. V. quod primum occurrit arripit. Constantinus domito Maxentio, cap. VI. Mitis et clemens est in victoria, cap. VII. Cum crudeli hoc tyranno confertur, cap. VIII. Quem mitigare clementia atque adeo oblatis fœderis legibus voluerat, cap. IX. Ille rejectis pacis conditionibus, cap. X. Constantini imagines solo affligit, cap. XII. Cujus injuriæ non tam memor Constantinus, quam ejus, quæ illata erat patriæ, arma capit, cap. XIII. Adsunt ei quasi cœlo derepente lapsi milites, cap. XIV. Jampridem cœleste auxilium senserat cum ferocissimis regibus Ascarico et Regaiso captis imperium feliciter auspicatus erat, cap. XVI. Cum Francos, cap. XVII. Bructeros, Clamasos, Eruscos, Vangionas, Alamanos, Tubantes ad bellum coactos uno impetu fuderat, cum dissimulato habitu in mediam aciem progressus cum duobus barbaris manus conseruit, cap. XVIII. Sic igitur ad liberandam Italiam Alpes transgressurus, cap. XIX. Segusiam, cap. XXI. Taurinos, cap. XXII. Brixiam, Veronam, cap. XXV. Aquileiam, Mutinam capit, cap. XXVII. ac tandem profligato Maxentii exercitu, ipsoque Maxentio Mulvii pontis ruina oppresso, cap. XXVIII. Romam victor ingreditur, cap. XXX. Hujus victoriæ fama ubique spargitur, cap. XXXII. Liberalitate et sapientia suum Romæ splendorem restituit, cap.

xxxv. quid non expectare præterea urbs debeat a Cæsaribus? Utriusque fortitudo et bonitas mirifice laudatur, cap. xxxvi.

In fine, post tam multa sapienter a Constantino ordinata, id optandum unum dicit, ut ea perpetua sint, cap. xxxviii.

CAP. I. 1. DICTURUS Constantini augustissimas laudes, qui tantum ultra omnium sæculorum Principes eminet, quantum a privatis [a] ceteri Principes recesserunt, et dicturus in cœtu gaudiorum exultantium, et lætitiæ gestientis, quam cumulatiorem solito beatissimorum Cæsarum quinquennia [b] prima fecerunt, sentio, nullam eloquentiam nec optari, nec concipi posse, quæ dignam afferat aut tempori gratiam, aut materiæ copiam, aut vestris studiis facultatem. 2. Jactat quippe se nunc cum maxime alacris omnium ac beata devotio. Nec operta mentium [c] rimari necesse est; [*] extat in vultu cujusque hilaritatis publicæ decus, et in serenis frontibus animorum indicia perleguntur. 3. Non enim se capit exundantis lætitiæ magnitudo, sed, dedignata pectorum latebras, ita multa et candida foris prominet, ut intel-

[*] *Neque opus est scrutari intimos animi recessus.*

CAP. I. 1 Puteol. Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *æmulationem solita;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Exc. Schonhov. Guelph. Mœrl. Cuspin. Grut. et recentt. *cumulatiorem solito;* et sic legi jussit Acidal. *primo fecerunt* Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *prima fecerunt* Guelph. Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Cuspin. Grut. et recentt. *silentio nullam* Rhenan. Steph. et al. vett. etiam Rivin. *sentio nullam* Vet. Putean. Exc. Schonhov. primus recepit Livin. inde Grut. et recentt. *nec optari* desunt in utraque Rivin.—2 Guelph. et Mœrl. *alacris omnium studium.* Livin. Grut. Paris. Cellar. Patarol. *judicia præleguntur;* Vet. Livin. Cuspin.

NOTÆ

[a] *Quantum a privatis*] Idipsum Gregorius Magnus de Galliæ regibus dixit Ep. v. 6. ad Childebertum Francorum regem: 'Quanto,' inquit, 'ceteros homines regia dignitas antecedit, tanto ceterarum gentium regna, regni vestri profecto culmen excellit.'

[b] *Cæsarum quinquennia*] Crispi, Constantini, Constantii, et Constantis, quos Constantinus eorum pater ante quinque annos Cæsares designarat. Ex quo loco patet, non imperatorum modo quinquennalia, ut ad Paneg. III. not. [a] observavimus, celebrari solita, sed et Cæsarum.

[c] *Operta mentium*] Ut 'amara curarum,' 'abdita terrarum;' mox 'optata votorum.' Jam semel atque iterum observavi.

ligatur non ingentior esse, quam verior. Nec vero mediocribus bonis gaudent, qui exultandi modum non habent.[b]

CAP. II. 1. Fruimur nos quidem præsentium maxima voluptate, sed lenocinatur his jam futuri ratio; et, quæ temporibus disparata [d] sunt, animorum præsumtione junguntur.[c] 2. Quintum decimum annum [e] maximus Princeps salutaris imperii degit, sed auguramur jam vicennalia, et venturi fidem superiorum felicitate sancimus.[d] 3. Quinquennalia beatissimorum Cæsarum occupatos in gaudiis habent, sed in destinatis decenniis jam vota properantia, et spes volucres constiterunt. Horum dehinc compotes propagabimus optabilis boni seriem. 4. Ita omnia, quæ ex Principibus nostris prospere veniunt, continuatos fructus ferunt, nec magis recepta delectant, quam expectata juverunt. 5. Verum quid agimus, vicenis, aut jam tricenis annis circumscribendo, quæ æterna sentimus? Ampliora

[b] *Et vero summis bonis lætantur, qui lætitiæ suæ modum non ponunt.*

[c] *Jucundissime quidem fruimur bonis præsentibus, sed his jucunditatem addit futurorum spes occupata, et quæ temporum intervallo discreta sunt.*

[d] *Et judicamus ex felicitate priorum temporum, quid in futurum sperare debeamus.*

Gud. Mœrl. Rhenan. *indicia perleguntur.*—3 Guelph. *bonis gauderet*, improbante Arntz. *sed exsultanti* Mœrl. improbante Jægero.

CAP. II. 1 *Fruimur quidem nos* edd. ante Arntz. *F. nos quidem* Vet. Putean. et Gud. *disseparata sunt* Rhenan. Steph. Grut. Paris. Patarol. Cellar. *disparata sunt* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Gud. et Mœrl. probante Acidal.—2 *Maximus princeps salutaris imperii annum* Bertin. ap. Livin. *felicitate sentimus* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. ante Grut. *f. sanximus* Bertin. *f. sancimus* Vet. Livin. Cuspin. Grut. et recentt. *f. sanciamus* Guelph.—3 Guelph. mutato ordine, *sed jam in destinatis decenniis vota.* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *volucres constituerunt;* Bertin. Cuspin. Grut. et recentt.

NOTÆ

[d] *Disparata* [*disseparata*] An *disparata?* ut Viennensis habet editio.

[e] *Quintum decimum annum*] Concurrebat 15. Constantini annus cum Cæsarum quinquennalibus. Mos autem erat, ut in quinquennalibus vota publica pro decennalibus, decimoquinto anno vota pro vicennalibus obtinendis funderentur, ut Porphyrius poëta diserte testatur in eo panegyrico carmine, quod hoc ipso anno Christi 321. coram Constantino pronuntiavit, cujus fragmenta opera Pithœi in lucem exiere. Itaque in eo carmine, 'Sancte Pater,' inquit, 'rector superum, vicennia læta Augusto, et decies crescant solennia natis.' Idipsum constat ex sexcentis nummis, VOTIS. X. MVLT. et VOTIS XX. id est, 'votis decennalibus multis,' 'votis vicennalibus.'

sunt merita Principum, quam optata votorum. 6. Eat quin immo in immensum felicis cursus imperii, nec humanorum terminos curent, qui semper divina meditantur. Certe cupitorum irriti non sumus, qui, cum optemus maxima, id faciamus[f] benignius, quam securius; quod, propter cœlestem in illo favorem, tam certa adipiscendi spes est, quam optandi soluta libertas.[e] 7. Has igitur gratulationes, quæ præsentibus excitantur, quæque superiorum memoria vigent, aut quas in posterum redundaturas cogitatio avida depascitur,[f] quis omnium queat flagrantissimis audientium studiis satisfacere dicendo? 8. Jam vero, cum publicas tantum utilitates amplecti velim, et unusquisque privatim suas cogitet, tremebunda proferatur oratio, quæ tacita reputatione vincenda est. 9. In ipsis etiam publicis, gestorum ingentium professa laudatio[g] augendi[h] cupiditatem

[e] *Expedita libertas.*
[f] *Et quæ præteritæ felicitatis recordatione animantur, aut quæ mens cupida præcipit olim abundanter percipienda.*

v. *constiterunt;* ut conj. Meurs. Auctar. Philol. c. 31.—6 *Et quin immo immensus* Putean. Rhenan. H. et P. Steph. Livin. Rivin. 1. 2. *Est quin immo immensus* ed. Genev. an. 1638. Patarol. probante Acidal. *Eat quin immo* Vet. Putean. Vet. Livin. Cuspin. Exc. Lang. Exc. Schonhov. Mœrl. Grut. et recentt. *in immensum* Vet. Livin. Mœrl. Exc. Schonhov. Guelph. Bertin. Cuspin. Grut. et recentt. *terminos curant* Rhenan. Livin. Patarol. *terminos curet* Cuspin. *t. curat* Exc. Schonhov. *t. curent* Vet. Putean. Vet. Livin. Guelph. Bertin. Mœrl. et edd. recentt. *meditatur* Exc. Schonhov. et Cuspin. *illud faciamus* Vet. Putean. *facimus* conj. Acidal.—7 Edd. vett. *quasi in posterum redundatura;* Rhenan. et Livin. emend. *quas in posterum redundaturas.* Mox, *quis hominum queat* conj. Livin. *flagrantissimus* Guelph.—8 Livin. conj. *et tremebunda.* 'Lege *proferetur,* aut addendum erit, *necesse est tremebunda proferetur oratio.*' Acidal. Vide Nott. Varr.—9 Guelph. *gestorum negotiorum ingentium;* sed additis punctis, sive nota de voce *negotiorum* delenda. Mox, *quam augendi* edd. omnes ante Baun. *quam* deest in Vet. Putean. Vet. Livin. Guelph. Mœrl. Cuspin. Bertin. 'Codd. obsecutus illud exire jussi; plane enim est sententia, tanquam legeretur, quamvis præ se ferat.' *Arntz. cum augendi*

NOTÆ

[f] *Id faciamus*] Lege cum Acidalio, *Id facimus non benignius, quam securius;* id est, vota nostra non sunt irrita: hæc vero desideramus, non magis ex propensa in principem voluntate, quam certa spe inducti id nos impetraturos.

[g] *Professa laudatio*] Παθητικῶς ut apud Ovid. 'Solaque deformem culpa professa facit,' &c.

[h] [*Cum*] *augendi*] Ita post Acidalium restitui pro *quam augendi.*

præ se ferat; non injuria minuendi metum faciunt, quæ spem amplificationis ex magnitudine sustulerunt.[g]

CAP. III. 1. Quis, oro, Constantine maxime, (præsentem enim mihi alloqui videor, qui, etsi conspectu abes,[i] revelli tamen mentibus non potes,[h]) quis, inquam, aspirare laudes[j] tuas audeat æquiparandi magis spe, quam gratia non tacendi?[i] 2. Quis tam potens fandi, cujus copia tam larga, tam felix, quæ, cum virtutes attrectaverit, non aut circumventa numero, desperato exitu, stupeat, aut obteratur magnitudine,[k] aut splendore obsolefacta tantum nitoris habeat, quantum ex rerum luce collegerit? 3. Cujus cum divina virtus, et ejus misericordia comes, appendixque victoria urbem Romam non præcipitantem exceperit, sed afflictam,[l] ac plane jacentem excitarit, recrearit, erexerit;

[g] *Timida prodeat oratio, quæ erit infra tacitam cogitationem singulorum: immo vero qui publicas rerum præclare gestarum laudationes ex professo suscipiunt, cum videantur eas augere velle, merito timent ne ea minuant, quæ ita magna sunt, ut amplificari non possint.*

[h] *Avocari tamen a cogitationibus nostris non potes.*

[i] *Quis inquam est qui cum laudes tuas celebrat, non id agat potius ne taceat, quam quod speret se eas æquare posse dicendo?*

post Acidal. receperunt Baun. Cellar. Patarol. Jæger. et recentt. *non injuriam* conj. Acidal.

CAP. III. 1 Edd. ante Arntz. *laudes tuas valeat;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Gud. Mœrl. Cuspin. *l. t. audeat.* Cuspin. Rhenan. *æquiperandi;* Vet. Putean. *æquiparandi;* pro quo Gud. vitiose *properandi.*—2 Exc. Schonhov. *cum virtutes tuas.* Hæc, *non aut c. n. d. e. stupeat,* desunt in Guelph. *obterat magnitudinem* edd. ante Jæger. *obteratur magnitudine* Vet. Putean. Gud. Mœrl. Jæger. probante Arntz. *luce colligatur* Mœrl. et Gud.—3 *Cujus enim divina* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *enim* deest in Vet. Putean. *Cujus cum div.* habent Guelph. Vet. Livin. Grut. et recentt. *cum enim div.* Exc. Schonhov. *et ejus mira comes* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *mia* Bertin. *et ejus misericordia comes* Vet. Livin. Guelph. Cuspin. Grut. et recentt. *non præcipitationem* Guelph. *exceperit, afflictam* Rhenan. Steph. al. vett. *e. sed afflictam* Exc. Schonhov. cum edd. Livin. Grut. et recentt. et sic conj. Acidal. *e. non afflictam* Guelph. 'In antiquioribus illud *sed* mox ante *cumque* legebatur.' Arntz. *excitaverit* Puteol. Rhenan. Steph. et Rivin. *sed cumque* edd. vett. *sed* deest in Vet. Put. et Exc. Schonhov. *erexerit:*

NOTÆ

[i] *Etsi conspectu abes*] Itaque non dicta est hæc oratio coram Constantino.

[j] *Aspirare laudes*] Modus loquendi valde insolens.

[k] *Aut obteratur magnitudine* [*obterat magnitudinem*] Fortasse *aut obteratur magnitudine.*

[l] *Afflictam*] Maxentianorum latrociniis, et ferocia.

cumque aliæ[m] felicissimæ tuæ prius ac deinceps expeditiones non minus in sese operis amplexæ sint, quam ex ipsis faucibus fati Roma servata;[k] quid dignum magnitudine tua excogitari ac dici potest, in cujus laudibus id maximum non est, quod in terrarum orbe primarium est? 4. Nobilissimorum quoque Cæsarum laudes exequi velle, studium quidem dulce, sed non et cura mediocris est, quorum in annis pubescentibus non erupturæ virtutis tumens germen,[l] non flos præcursor indolis bonæ, lætior quam uberior, apparet; sed jam facta grandifera, et, contra rationem ætatis, maximorumque fructuum, matura perceptio. 5. Quorum alter jam obterendis[n] hostibus gravis terrorem paternum, quo semper barbaria omnis intremuit, derivare ad nomen suum cœpit: alter jam consulatum,[o] jam venerationem sui, jam patrem sentiens, si quid intactum aut parens aut frater reservet, declarat mox victorem futurum, qui animo jam vincit ætatem.[m] 6. Rapitur quippe ad similitudinem suorum excellens quæque natura, nec sensim ac lente in-

[k] *Et cum ceteris felicissimis tuis antea et deinceps expeditionibus nihil minus aggressus fueris, quam Romam eripere ex impendenti exitio.*

[l] *Quorum in teneris annis prima semina virtutis olim extituræ apparent.*

[m] *Cum jam fortis sit supra ætatem.*

quumque conj. Acidal. *erexerit* ignorat Guelph. *non m. in se* edd. ante Arntz. *non m. in sese* Vet. Putean. Mœrl. Guelph.—4 Puteol. Rhenan. Stéph. Livin. Rivin. al. vett. *eruptione virtutis;* Vet. Putean. Vet. Livin. Exc. Schonhov. Mœrl. Guelph. Bertin. Cuspin. Grut. et recentt. *erupturæ virtutis.* Mox, *non flos percursor* Guelph. *quam uber* in eodem codice, improbante Arntz. Pro *grandifera,* Acidal. conj. *granifera.* Mox, Bongars. et Livin. conj. *maximorum quoque fructuum.*—5 Guelph. et Vet. Putean. *quem semper.* Mox, *jam patrem* desunt in Mœrl. Guelph. edd. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. extant vero in Bertin. Exc. Lang. Cuspin. Grut. et recentt.—6 *ac lente judicium* Guelph. im-

NOTÆ

[m] *Cumque aliæ*] Adversus Germanos et Francos, quorum reges Regaisum et Ascaricum bello captos morte mulctavit.

[n] *Alter jam obterendis*] Crispus Francos et Alamanos per inaccessa itinera acerbissimo gelidissimæ hyemis tempore adortus, eos profligavit an. Christi CCCXX. Id testatur Porphyrius poëta in Panegyrico Constantini: 'sed Crispi in fortia vires, Non dubie ripas, Rhenum, Rhodanumque tueri Ulteriora parant,' &c.

[o] *Alter jam consulatum*] Nempe Constantinus Cæsar, omnium, quos e Fausta Maximiani filia Constantinus Aug. susceperat, liberorum natu maximus, eodem an. Christi CCCXX.

dicium promit boni, cum involucra infantiæ vividum rumpit ingenium.[a] 7. Unde enim Principis maximi tam effusus in liberos animus, nisi quod jam in illis simulacrum sui conspicit?

CAP. IV. 1. Commendet inferioribus suos sola necessitudo naturæ, et qualescumque diligant, qui in illis, quod ex se desiderent, non habent:[o] præstantissimum Principem hoc maxime juvat, quod in annis primoribus jam sunt ductæ lineæ,[p] quibus virtutum suarum effigies possit includi: et pater optimus, sed melior Imperator, non tam sibi, quam reipublicæ gaudet, cum liberos sibi similes intuetur. 2. Quibus ad perficienda, quæ ingenerata sunt, bona non segnis virtutum opifex, disciplina, conjungitur; ut spes æquiparandi patris certa sit, (quippe indoles similis,[q]) sed sub eodem magistro discendi fortuna felicior.[p] 3. Ipsum a tenero intuentes, in ipsum oculis ac mente conversi, nihil ab ejus contemplatione deflectunt, incerti, mirentur, an diligant: nisi quod necesse est, utrumque permixte simul fieri.

[a] *Cum generosa ejus indoles promicat trans involucra infantiæ.*

[o] *Iis quorum conditio inferior est tua, caros reddat suos liberos una conjunctio naturæ, et ament eos qualescumque illi sint, quibus vident deesse nullam de suis virtutibus.*

[p] *Sed hac in re parente suo beatior, quod patrem ipsum habeat discendi magistrum.*

probante Arntz. Vid. supra I. 2. Meursius Auctar. Philol. cap. 31. scribit *quin involucra;* Exc. Schonhov. *cum involuta.* Mox, Livin. conj. *vividum rumpat;* Jæger. *v. rumpat,* aut *v. rupit.*—7 ‘ Guelph. *tam infusus:* male. Idem infra XXX. 5. ‘effusa gratulatio.’’ *Arntz. in illis jam* edd. ante Arntz. *jam in illis* Vet. Putean. et Guelph.

CAP. IV. 1 Rhenan. Steph. Livin. Rivin. 1. al. vett. *diligant, cum illi;* Vet. Putean. Vet. Livin. Cuspin. Mœrl. Grut. et recentt. *d. qui in illis;* Exc. Schonhov. *d. cum qui in illis.* Guelph. *in animis primoribus* Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Grut. Paris. Rivin. Patarol. *posset includi;* Acidal. conj. *possit,* eumque secuti Baun. Cellar. et recentt. ‘ Quia pro varia lectione ad Cellarii ed. nihil notatum video, suspicor in Guelph. quoque legi *possit.*’ Arntz.—2 Guelph. *quæ generata,* improbante Arntz. *æquiperandi* Puteol. Cuspin. Rhenan. ut supra III. 1. Ita frequenter codd. *indole similes* edd. ante Arntz. *indoles* Vet. Putean. Vet. Livin. *indoles similis* Mœrl. Guelph. *quibus indoles similis* conj. Acidal.—3 Voc. *an diligant* desunt in Guelph. Mox, *fieri*

NOTÆ

[p] *Ductæ lineæ*] Qui pingendam tabellam suscipit, is lineam primum circumducit, atque operi suo veluti limites præscribit, intra quos artem suam exerceat.

[q] *Quippe indoles similis* [*indole similes*] Alio modo legit Acidalius, *Quibus indoles similis, sed, &c.*

Nam et amor factorum commendator est, unde nascitur admiratio; et facta, cum mira sunt, amorem invicem creant. 4. Ita spectantibus liberis, quicquid ab eo pulcherrime geritur, cum propter ipsum magis placuit, tum studio imitationis inolescit. 5. Jam tibi quidem in erudiendo, Imperator optime, non omnia proponebantur, quæ sequi velles: nisi quod recte factorum contemplator acerrimus, si quid secus fieret, a spectandi cura pudentes oculos abstrahebas. Dabit enim veniam clementia tua, si audaciorem veritas facit.

Cap. v. 1. Existimare quidem [r] de Principibus nemini fas est: nam et in vestibulo suo inquirentem repellit objecta veneratio,[q] et, si qui propius mente adierunt,[s] quod oculis in solem se contendentibus evenit,[r] præstricta acie, videndi facultate caruerunt. 2. Verum tu facis, Principum maxime, ut patere videantur, quæ prius obstructa fuerant, qui tam optas totus videri, quam ceteri recusabant. 3. Non terror obtentui est, nec occultandis, quæ plerumque extrinsecus latent,[t] demorandoque aspectu ostentatio speciosa

[q] *Nam occurrens majestas in primo aditu rejicit curiosius perscrutantem.*
[r] *Quod contingit iis qui solem respiciunt fixis oculis.*

deest in Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. 1. extat vero in Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Guelph. Exc. Schonhov. Cuspin. Grut. et recentt. *commendatior est* Rhenan. H. Steph. et Rivin. 1. *commendator est* Guelph. Vet. Put. Puteol. Livin. Grut. et recentt. et sic emend. Acidal.—5 Edd. vett. et Rivin. 1. *non o. præponebantur;* Vet. Putean. Guelph. Livin. et recentt. *non o. proponebantur;* et sic conj. Acidal.

Cap. v. 1 Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *si qui propius adierunt;* Cuspin. Grut. et recentt. *si qui mentem propius adegerunt;* Vet. Livin. Bertin. Exc. Schonhov. *si qui mentem propius adierunt;* al. ap. Putean. *si qui mentem propius adhibuerunt;* al. *etsi qui mentem propius adjecerunt;* et sic partim ex codd. partim ex conjectura se emendare scribit Ritters. ad Corrip. iv. 116. Putean. vero legit ex vestigiis antiquæ scripturæ, *et si qui mente propius adierunt;* Mœrl. Guelph. et Jæger. *si qui propius mente adierunt.* Mox, *perstricta acie* Guelph.—2 Guelph. *ut parere v. q. obstructa prius.*—3 ' Non melius idem

NOTÆ

[r] *Existimare quidem*] An quia divinum quiddam habent principes, ut Pacati Paneg. cap. 27. ' Si fas piumque mortalibus existimare cœlestia.'

[s] *Propius mente adierunt* [*adegerunt*] Lege *adhibuerunt*, vel *adjecerunt.*

[t] *Extrinsecus* [*intrinsecus*] *latent*] Ita restituit Livineius pro *extrinsecus.*

perhibetur.[t] [u] 4. Obtutus hominum benignus receptas;[t] nec intuentem iniquum fulgur retundit, sed serenum lumen invitat. Nunc denique intelligimus, quæ desideranda in prioribus fuerant, postquam ea, quæ operta in ceteris veriti sumus, in te reserata[v] veneramur. 5. Igitur, ut facitis, beatissimi Cæsares, per omnes paternarum laudum vias ite securi. 6. Non simplici quidem itinere numerosæ ejus virtutes ingrediuntur, sed omnia ad eundem gloriæ exitum ferunt.[u] Nullæ cupiditatum deflexiones, nullus erroris anfractus; ut verenda progredientibus non sit dispendiosa revocatio.[v] 7. Itaque maturiorem cursum instituistis, qui moram considerandi itineris non habetis. 8. Sed mihi circumvento hac ipsa rerum copia,[w] quæ potissimum capessenda sit via, qui aditus fiat, incertum est: ita se multa offerunt specie paria, magnitudine congruentia.[x]

[s] *Non terror obstaculo est, nec apparet superba ostentatio in tegendis virtutibus, quæ ut plurimum occultæ sunt, aut in retinendo aspectu.*

[t] *Humaniter admittis.*

[u] *Ad eundem gloriæ finem tendunt.*

[v] *Ut procedentibus non metuendum sit, ne necesse habeant cum dispendio aliquo sese revocare.*

[w] *Sed mihi circumfuso ea ipsa rerum abundantia.*

[x] *Pulchritudine æqualia, amplitudine similia.*

codex, *ostentui.*' Arntz. *intrinsecus latent* Livin. Baun. Patarol. Cellar. *extrinsecus latent* codd. Vide Nott. Varr. *speciosa prohibetur* Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Baun. et Rivin. 2. ' Ne id quidem verum : corrigam *præhibetur.*' Livin. *præhibetur* etiam Acidal. *s. perhibetur* Guelph. Rhenan. Steph. Livin. Patarol. Cellar.—4 Edd. ante Arntz. *iniquus fulgor retundit;* Mœrl. *iniquum fulgur retundit;* Guelph. *iniquum fulgur recondit.* Vide Nott. Varr. *ad serenum* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. ante Grut. *sed serenum* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Guelph. Grut. et edd. recentt. et sic conj. Acidal. *intelligamus* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *intelligimus* Vet. Putean. Exc. Lang. Guelph. Exc. Schonhov. Cuspin. Grut. et recentt. *ut nunc denique intelligamus* conj. Acidal. *fuerunt* Vet. Livin. Bertin. Mœrl. *fuerint* conj. Acidal. probante Arntz.—5 Pro *ite securi,* Arntz. pater conj. *ite seduli.*—6 Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *nulli erroris;* Puteol. *nullis erroris;* Vet. Livin. Bertin. Cuspin. *nullus erroris.*—8 Edd. vett. et Livin. et Rivin. *itaque se;* Vet. Putean. Vet. Livin. Guelph. Schonhov. Mœrl. Francof. Paris. Patarol. Cellar. Grut. et recentt. *ita se.* Mox, *semper paria* Livin. et P. Steph. *specie paria* Vet. Livin. Mœrl. Guelph. Cuspin. Rhenan. H. Steph. Grut. et recentt.

NOTÆ

[u] *Perhibetur* [*prohibetur*] An potius *perhibetur?*

[v] *In te reserata*] In te explicata veneramur.

CAP. VI. 1. Verum, ut in magnis domibus interiorem ornatum vestibula ipsa declarant,[a] sic nobis, venturis ad ingentium virtutum stupenda penetralia, debet laudationis ingressum, et prædicationis januam[b] Roma præbere. 2. Quæ, demersa quondam tyrannidis impiæ[a] malis, et, quo major, eo miserabilior, majestatis pristinæ decus ad misericordiæ ambitum conferebat;[c] tibi tamen, Constantine maxime, etiam in illa sui sorte venerabilis, quod, quos impense amamus, observantia illorum integra est, etiamsi fortuna dilapsa est.[d] In abjectos officia gratiora sunt, quæ non ex misericordia, sed ex honore venerunt.[e] Sed nimirum recte a sapientibus ponitur connexio inter se apta virtutum.[b] 3. Sic enim mutuo et opera juvant,[f][c] et fructum operæ partiuntur, ut facile appareat inseparabilis et indiscreta permixtio. 4. Gessisti bellum, Imperator maxime, quod tibi non minus honos urbis[d] imposuit, quam ejusdem

[a] *Judicatur ex limine ipso, qualis sit interior domus ornatus.*
[b] *Exornationis aditum.*
[c] *Eo referebat splendorem dignitatis pristinæ, ut dignior misericordia videretur.*
[d] *Quia quos magnopere diligimus, non minus colimus, cum fortunam adversam experiuntur.*
[e] *Quæ conferuntur non tam habita ratione miseriæ, quam dignitatis eorum quibus impenduntur.*
[f] *Nam sic operam sibi mutuam tradunt.*

CAP. VI. 2 Vet. Livin. *et in illa.* Mœrl. Guelph. Rivin. Cuspin. Rhenan. H. et P. Steph. *fortuna delapsa est;* Bertin. *dilapsa fortuna;* Livin. Grut. et recentt. *fortuna dilapsa est.* Mox, *graviora sunt* Guelph. *ex minima* Livin. *ex misericordia* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. Grut. et recentt. *Sed* delet Acidal.—3 *opera juvat* Puteol. Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Grut. Paris. al. vett. *opera juvant* Guelph. Mœrl. Baun. Cellar. Patarol. et recentt. et sic conj. Livin. 'Suspicor legendum *operam juvant,* quod sequenti *factum operæ* magis respondet.' *Arntz.*—4 *onus urbis* edd. ante Cellar. *honos urbis* Vet. Putean. Mœrl. Patarol. et recentt. *honos* etiam Guelph. quamvis *urbis* omittat.

NOTÆ

[a] *Tyrannidis impiæ*] Sub Maxentio.

[b] *Connexio virtutum*] Fuit hæc Stoicorum hominum opinio, ut variis in locis referunt Tullius et Horatius.

[c] *Juvant*] Ita restitui ex veteri codice, pro *juvat.* Claud. Puteanus alio item modo legit; nempe, *sic enim mutua se opera juvant.*

[d] *Honos* [*onus*] *urbis*] Quod susceperas cum Augusti nomine. Alii legunt *honos urbis,* supra enim, 'non ex misericordia, sed ex honore venerunt.'

ærumna persuasit. 5. Itaque non plus ex eo laudis fortitudini tuæ datum, quam pietati tributum est, quod, dum scelestos persequeris, miseros liberasti. 6. Constituta enim, et in perpetuum Roma fundata est, omnibus, qui statum ejus labefactare poterant, cum stirpe[e] deletis.

CAP. VII. 1. Non enim, qui bellorum eventus solent esse, per varios et volubiles casus Mars dubius erravit, nec fortunæ vicissitudo, quæ plerumque prosperis rebus triste aliquid agglutinat, victorum lætitiam vulneravit,[g] sed tanta hostium et tam ampla cædes, tam felix et incruenta victoria fuit, ut credas, non bello ancipiti dimicatum, sed solas impiorum pœnas expetitas. 2. Tantum etiam inter arma bona conscientia sibi vindicat, ut jam cœperit non virtutis magis, quam integritatis, esse victoria.[h] 3. Spectat enim nos ex alto rerum arbiter Deus, et, quamvis humanæ mentes profundos gerant cogitationum recessus, insinuat tamen sese totam scrutatura[f] Divinitas; nec fieri potest, ut, cum spiritum, quem ducimus, cum tot commoda, quibus alimur, divinum nobis numen impartiat, terrarum se curis abdicaverit, nec inter eorum vitas dijudicet, quorum utilitates gubernat.[i] 4. Illa igitur vis, illa majestas, fandi ac nefandi

[g] *Adversum quippiam admiscet fortuna quæ solet admiscere prosperis quippiam adversum, corrupit gaudia victorum.*
[h] *Ut non tam fortitudini, quam probitati tribuenda.*
[i] *Nec discrimen ponat inter eorum animas, quorum utilitatibus studet.*

CAP. VII. 1 Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *solet esse;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Grut. et recentt. *solent esse.* Mox, *maris dubius* Cuspin. Rhenan. Steph. Rivin. 1. *Mars dubius* Vet. Putean. item e conjectura Divæi, Livin. Grut. et recentt. ita quoque conj. Acidal. probante Lips. Epist. Quæst. IV. 27. *solum imp. manus* Mœrl. *solas imp. manus* Guelph.—3 Pro *totam,* Livin. conj. *coram.* Eodem modo conjicit Rittersh. ad Salvian. de Gubern. Dei p. 171. quod parum placet Acidalio. Edd. vett. *servata divinitas;* Vet. Putean. Bertin. Cuspin. *scrutatura divinitas;* Vet. Livin. Exc. Lang. *servatura divinitas.* Vide Nott. Varr. Mox, *alimur* deest in Guelph. *nobis lumen* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *nobis numen* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Guelph. Exc. Schonhov. Cuspin. Grut. et recentt. *numen* etiam conj.

NOTÆ

[e] *Cum stirpe*] Intellige de Maxentio cum Romulo filio in ea clade cæso. De quo supra in Paneg. IX. c. 18.

[f] *Scrutatura* [*servatura*] Observatura seu intuitura. Infra cap. 26. 'Quod pugnantem nemo servaret,' id est, intueretur. Alii tamen legunt *scrutatura.*

discriminatrix,[j] quæ omnia meritorum momenta perpendit, librat, examinat, illa pietatem tuam texit, illa nefariam illius tyranni fregit amentiam, illa invictum exercitum tuum, tot victoriarum conscientia plenis pectoribus ardentem,[k] tantis insuper viribus juvit, quantas præstare aut Deus potuit, aut amor tuus debuit; ut horrendas acies, ut incognita ferri et corporum robora fulmineus miles everteret, ut, quicquid instruxerat diuturni sceleris longa molitio, felici congressione consumeres.[l]

CAP. VIII. 1. O tuam, Imperator, non victoriam magis quam clementiam prædicandam! gravate apud animum tuum etiam mali pereunt. Invitus pugnasti,[m] qui tam facile vincebas. 2. Jamdudum quippe prævideras, hominem non imperando habilem,[g] non tantæ majestatis capacem; quod magnitudo male crediti muneris extra animi angustias effluebat,[n] quam qui tueri nequeunt, ubi sub tanto onere fortunæ infirmitas lapsa est, faciunt de potestate licentiam.[o] 3. Quid ego referam infelicium indignissimas cædes? quid inexpletos libidinum[p] pastus? quid miseras patrimoniorum direptiones? 4. Sileantur hæc sane, non tantum, ne sopi-

j *Quæ dijudicat quod fas ac nefas est.*
k *Tot victoriarum recordatione, pleno animo inflammatum.*
l *Ut milites tui fulminis instar diruerent armorum et corporum hostilium vim quam non norant, et feliciter everteres uno conflictu, quicquid virium collegerat diuturno crimine.*
m *Ægre est tibi quod improbi pereant; ægre adductus es ad pugnandum.*
n *Quod angustiorem haberet animum, quam ut magno muneri male ipsi commisso par esset.*
o *Postquam imbecillus animus oppressus tanto munere fortunæ: dant licentiam faciendi, quod impedire non possunt.*
p *Cupiditatum.*

Acidal.—4 *Illa gravis* Guelph. Vid. Nott. Varr. *invitum exercitum* Rhenan. et Steph. *invictum* conj. Acidal. et Meurs. Auctar. Phil. cap. 31. et sic edidere Grut. Livin. et recentt. Cf. Incert. Maxim. XI. 6.

CAP. VIII. 1 'Mœrl. et Gud. mendose exhibent, *graviter apud,*' &c. Jæger. *etiam apud animum tuum male* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. *mali* Vet. Putean. et al. ap. Rhenan. *apud a. t. etiam mali* Bertin. Grut. et recentt. Vid. Nott. Varr.—2 Guelph. *vituperando habilem.* Mox, *quod qui* edd. ante Arntz. *quam qui* Vet. Putean. Vet. Livin. Guelph. Cuspin. Exc. Schonhov. 'Hunc ordinem, *de potestate licentiam,* auribus, credo, suaviorem, dedi ex Guelph. pro vulg. *licentiam de potestate.*' Arntz.—4 'Pulm. *Sileant hoc sane.* Lege, *Sileat*

NOTÆ

g *Non imperando habilem*] Maxentium.

tam malorum memoriam oratio mea suscitet, sed ne sanctissimas Principis laudes, dum aliena vitia depromimus, sermo talis incestet.[g] 5. Incrementum quidem adeptæ felicitatis[h] est malorum commemorata depulsio: verum, ut in segetibus, etiamsi multa, quæ humum obsederant, industria revellenda sunt, laborem tamen purgati soli nesciunt, qui fructus editos intuentur: sic Constantini laudibus satis est, dum efflorescentia bona cernimus, ne mala excisa reputemus.

CAP. IX. 1. Ferebas tamen, Imperator, ferebas illum in tantis malis ludentem, et, cum omnia tu scires, vota hominum connivendo, patiendo, fatigabas: qui ne sic quidem injuste arma caperes etsi nondum ab homine lacessitus, jam tamen vitiorum ejus inimicus. 2. Sed, quod erat consentaneum clementiæ tuæ, experiebaris remedia molliora,[i] ut, quod leniri quam resecari malles, mitior medicina sanaret. 3. Quin extorques animo tuo et conveniendi studium,

[g] *Ejusmodi oratio corrumpat.*

hoc sane.' Putean. 'Parum id necesse; vulgatum quoque habet Guelph.' *Arntz.*—5 Guelph. *felicitatis malorum*, omisso τῷ *est*. Paulo post, *relevanda sunt* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. et al. vett. *revellenda sunt* Bertin. Cuspin. Guelph. Exc. Schonhov. Grut. et recentt. quod confirmat sequens *excisa*. 'Radice revellere' dixit Ovid. Met. VII. 226. *revelanda sunt* Vet. Livin. 'Lege *relevata*.' Acidal.

CAP. IX. 1 Guelph. *tua scires*. Vet. Putean. *conniventi patientia;* Livin. conj. *connivendo patiendoque;* Gud. habet, *conniventi patientia*. Mox, *injuste sic quidem* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *sic quidem injuste* Vet. Putean. Vet. Livin. Guelph. Exc. Schonhov. Bertin. Cuspin. Grut. et recentt. Paulo post, *ejus* abest a codd. Mœrl. et Guelph.—2 Vet. Putean. *experireris;* Guelph. *experieris*. Mox, *remedia meliora* Cuspin. Rhenan. Steph. Rivin. Livin. *remedia molliora* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Grut. et recentt. quod jam Acidalius suggerebat.—3 *Quum extorques* Mœrl. *et* deest in edd. vett. extat vero in Bertin. Mœrl. Grut. Paris. Cellar. Patarol. *Itaque extorques inimico*

NOTÆ

[h] *Adeptæ felicitatis*] *Adeptæ* παθητικῶς sumitur Ovid. Trist. IV. 8. 19. 'Ne cadat et multas palmas inhonestet adeptas;' et Tullius: 'Senectutem ut adipiscantur omnes optant, eandem accusant adeptam.' Ubi aliqui legunt *adepti*, pro *adeptam*: sed male, ut observat Henricus Stephanus in præfatione libri de Latinitate Falso Suspecta. Multa ejus generis verborum exempla suppetunt apud auctores, quæ hic ego referre abstineo.

[i] *Remedia molliora*] Missis ad eum legatis si forte fœdus cum eo inire vellet: quod superbe ille recusavit ejectis atque eversis per summum ludibrium Constantini statuis.

et concordiæ voluntatem: si concordiam, quam veniam[j] appellari fas est,[r] cum, qui potest vincere, optat ignoscere. Et non dubito, quin hanc rationem cœlestis prudentia tua duxerit, quod conjunctione sua flagrantissimas hominis cupiditates vel extingueret penitus, vel modice temperaret. 4. Nulla quippe est libido tam vecors, quam non capiat,[s] cum in consortium temperantia venerit. Dejicit oculos deformis ignavia, ubi ei pulchritudo virtutis objecta est. 5. Tergiversari atque hærere petulantiam videas gravitate, modestia, et decore confusam: ut appareat te, Imperator optime, concordia imperanda non illi impunitatem vexandæ urbis daturum,[t] sed leniorem petiisse victoriam: cum malles vitia ejus, quam arma, superare.

CAP. X. 1. Sed profecto nulla vi possunt coire, quæ naturali divortio dissident: nec ulla tam fidelis est copula, quæ in diversum tendentia nexu suo teneat.[u] 2. Perpendit scilicet secum excellens prudentia tua, eique semper pietas applicata, omnes concordiæ commoditates; illam esse fundamentum ac radicem otii, bonorum civilium seminarium, quietis publicæ segetem, et almam pacis altricem. 3. Sed o quam æger est ad honestatem recursus his, qui jam gra-

[r] *Immo tibi imperas, ut ad congressum et concordiam cum eo venias, si tamen concordia potius, quam venia dicenda est.*

[s] *Quam non sibi subjiciat.*

[t] *Te ad colloquium venire voluisse, non ut dares illi facultatem impune vexandi urbem.*

[u] *Nec vinculum ullum est tam arctum, quod nectendo retineat quæ in diversas partes tendunt.*

tuo conj. Acidal. improbante Jægero. *sed concordiam, quam, &c.* Guelph. Mox, pro *duxerit*, Gud. *dilexerit*. Zinzerlingius Crit. Juven. Promuls. cap. 24. legit, *quo conjunctione*. 'Mihi non videtur necesse.' *Arntz.*—5 'Forte, *gravitate modestiæ*.' Livin. 'Sine necessitate.' *Jæger.* *optime* abest a Guelph. *concordia impetranda .... urbis fuisse daturum* Livin. Mox, *petisse* Vet. Livin. et Guelph. *ejus* abest in Guelph.

CAP. X. 1 Guelph. *copula, qui in, &c.*—2 Voc. *scilicet* deest in Guelph. *secum* deest in Mœrl. *bonorum civium* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. quod non videtur spernendum Jægero; *b. civilium* Guelph. Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Grut. et recentt. Mox, *et* omittunt Baun. et Jæger. reliqui servant.—

NOTÆ

[j] *Concordiam, quam veniam*] Pro *magis quam veniam*. Ut in illo Plauti ex Rudente, 'certum est moriri, quam pati,' &c.

dum ex nequitia protulerunt![v] vocas ad societatem; appetitum tuum[k] refugit,[w] adversatur, horrescit; nihil sibi putat tecum commune, quia nihil simile est. 4. Jam certe quiescere virtuti integrum non est. Nam bellum animo gerere armis abstinentem, non concordiæ ratio est, sed ignava dissensio.

CAP. XI. 1. Licet non sit in his ratio desideranda, qui semel de via præcipites ire cœperunt; mirari tamen nequeo,[l] cum id delatum non amplexus sit,[a] quod impudens esset, si auderet optare. 2. Utrum urbis funestam illam lacerationem lente ac remisse te laturum putavit? Sed natura affert,[m] ut injuriæ ejus, quem diligas,[b] etiam si re ipsa graves sunt, fiant tamen amore graviores. An credidit, conserenda manu non inferiorem? 3. Hoc vero quam opinari non potuerit, exitus docuit, cum, signis tam sæpe collatis, nihil unquam fuerit, quod aut spes aucuparetur, aut[c] fortuna promitteret. 4. Dolis,[n] credo, existimavit

[v] *O quam ægre ad honestatem se revocant, qui jam nequitiæ semita processerunt!*
[w] *Desiderium tuum aversatur.*
[a] *Quod non acceperit illud quod ipsi offerebas.*
[b] *Illatæ ab eo quem ames.*
[c] *Quod aut spe præciperet, aut, &c.*

3 Guelph. *recursus iis.* Pro *appetitum tuum,* Vet. Livin. habet *amicum tuum;* ille vero conj. *affectum tuum.* 'Non capio illum *appetitum.* Vetus editio aliter interpunxerat: *vocas ad societatem; appetitum tuum adversatur, &c.* idque tolerabilius, animo meo.' *Grut. at petitum* conj. Schenckius in Præf. tom. II. ed. Jæger. Mox, *aversatur* conj. Livin.—4 Voc. *animo* abest in Bertin. improbante Livin.

CAP. XI. 1 Livin. et Acidal. conj. *mirari tamen satis nequeo;* Grut. *mirari tamen non nequeo.* Mox, *cur id delatum* Putean. et Acidal. 'Non est necesse.' *Arntz.*—2 *Utrum urbs* Mœrl. *Sed natura fert* Putean. *conferenda* Rhenan. et Rivin. 1. reliqui omnes *conserenda.* Guelph. *conferendum.*—3 *Hoc v. quod* Mœrl. Livin. et P. Steph. *H. v. quam* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. reliqui. *unquam quod* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *unquam fuerit, quod* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Mœrl. Guelph. Grut. et recentt. *unquam fecerit, quod* conj. Arntzen. pater. *quod* delendum conj. Acidal.—4 *Do-*

NOTÆ

[k] *Appetitum tuum*] Id est, quod appetebas. Alii legunt, *affectum tuum:* alii, *amicum tuum.*

[l] *Mirari tamen nequeo*] Deest *non,* vel *satis.*

[m] *Sed natura affert*] Fortasse *fert.*

[n] *Dolis*] Quibus adversus Severum, Galerium, ac Maximianum usus erat.

decipi posse. Sed non virtus tua de congressione, quam prudentia est de fraude securior.[d] Quis enim ad præsentiendum sagacior? quis vigilantior ad videndum? quis contemplatur præsentia acrius, ventura prolixius, ambigua certius, captiosa felicius? 5. Non hinc tecum Lynceus ille[o] certaret, qui, ut poëtæ ferunt, parietum septa, et arborum truncos visu facile trajiciebat: aut etiam ille, quem eadem vetustas locuta est, cum in Siciliensi specula constitisset, conspicari solitum naves, quæ Africæ portum subirent: cum prospectum hominis non aër offusus, quem crassiorem exhalatio maris faceret, non tantum[p] disjunctarum regionum longinquitas impediret.

Cap. XII. 1. Cum spes omnis frigere debuerit, et voluntas pacificandi alienata sit,[e] quis dubitet, divinitus armis tuis deditum, cum eo dementiæ processerit, ut ultro etiam lacesseret, quem ambire deberet? 2. O quam acres habes[q] dolorum aculeos, contumelia, quam imponit inferior![f] ecce enim, pro dolor! (verba vix suppetunt) vene-

[d] *Sed non magis metuendum prudentiæ, ne decipiatur in colloquio, quam virtuti, ne parum feliciter cum hoste manus conserat.*

[e] *Postquam spes omnis infringi debuit, et depositus est animus sanciendæ pacis.*

[f] *Quæ infertur ab eo qui altero dignitate inferior est.*

lis deest in utraque Rivin. *quis contempletur* exhibent Guelph. Vet. Livin. Cuspin. Pro *felicius*, Mœrl. corrupte *fidelius*.—5 *Non hic tecum* conj. Livin. *usu facile* Guelph. improbante Arntz. *cum Siciliensi* Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *cum in S.* Guelph. Exc. Schonhov. Exc. Lang. Vet. Putean. Bertin. Cuspin. Grut. et recentt. *aër effusus* Mœrl. Guelph. Puteol. Rhenan. H. Steph. et Rivin. *non tanta* Vet. Putean. et sic conj. Grut. et Acidal. *non tam*, e conjectura Livineii edidit Patarol. Vid. Nott. Varr.

Cap. XII. 1' *Cum species* Mœrl. *dementia processerit* Puteol. Cuspin. Rhenan. Steph. Rivin. al. vett. *dementiæ p.* Vet. Putean. Guelph. Livin. Grut. et recentt. Mox, *etiam* deest in Mœrl. et Guelph.—2 *Dolorum aculeos habes* Bertin. *habes* deest in Mœrl. *habet*, e conj. Baunii, edidit Patarol. Vide Nott. Varr. *a contumelia* Rhenan. Steph. Rivin. *ea continentia* Exc. Schonhov. *a* delent Vet. Putean. Guelph. Livin. Grut. et recentt. *acerba devectio, et*

NOTÆ

[o] *Lynceus ille*] Simile quid habent Plin. Nat. Hist. VII. 21. Strabo Geograph. lib. VI. Ælian. Variæ Hist. II. 13. Plutarchus, Tullius Acad. lib. II. Val. Max. lib. IV. cap. ultimo, quorum verba, ne nimius sim, non refero.

[p] *Non tantum*] Lege *non tanta*, ut ex veteri codice emendat post Acidalium Gruterus.

[q] *Habes*] Forte *habet*.

randarum imaginum [r] acerba dejectio, et divini vultus litura deformis.[g] 3. O manus impiæ! o truces oculi! Ita non caligastis? In quo lumen mundi [s] obscurabatis, meritas ipsi tenebras non imbibistis? Commovere tandem, conscia virtus,[h] nec permittas hoc furori,[t] cui de te aliud non licebat. 4. Sed quid tandem assequeris, cæca dementia? Aboleri hic vultus non potest. Universorum pectoribus infixus est; nec commendatione ceræ, aut pigmentorum fucis renitet, sed desiderio efflorescit animorum. Una demum Constantini oblivio est humani generis occasus. 5. Nunc vero commendabiliorem injuria tua faciet patientiam ejus: avidius expetent, quem pictura non reddit. Flagrantiora sunt animorum desideria, cum oculorum solatia perdiderunt.

Cap. xiii. 1. Nihil profecto gravius, nihil miserius, Roma, doluisti. Quamvis recondite magis gemeres, et ingestos quotidie luctus callo quodam obduratæ patientiæ sustineres,[i] confessus est se inconsultior dolor,[j] nec timuit deprehendi, et male clausi [u] signa mœroris per vultus indi-

[g] *Divinus vultus luto deformatus.*
[h] *Imperator, virtutis tuæ conscie, te tandem excita.*
[i] *Et nova quotidie luctus argumenta quasi callum quoddam patientiæ tuæ obduceres.*
[j] *Mœror se prodens.*

divina Guelph.—3 *Ita cum lumen mundi* conj. Acidal. '*ipsi pœnas* Guelph. Vulgatæ favet oppositum *lumen.*' Arntz.—4 Guelph. *vultus hic.* 'Idem cod. *Universarum:* vitiose: et mox *est* delet, non male, si uno spiritu legatur, *vultus non potest universorum pectoribus infixus.*' Arntz. *commendationem ceræ* Guelph. *aut p. fuci* edd. vett. *ac p. fuci* Vet. Livin. Mœrl. et Gud. 'Pro *renitet,* quod Gud. Mœrl. Cuspin. Rhenan. Steph. et Livin. agnoscunt, Francof. utraque Paris. Patarol. et Cellar. *retinet,* nullo commodo sensu.' *Jæger.*
Cap. xiii. 1 Mœrl. *nihil miserabilius.* Edd. ante Jæger. *recondita alte magis;* Gud. et Vet. Livin. *recondite alte.* Paulo post, Vet. Putean. delet *per,*

NOTÆ

[r] *Venerandarum imaginum*] Constantini imagines Romam de more perlatas, a Maxentio dejectas esse, supra dictum est in Constantini Vita.

[s] *In quo lumen mundi*] Lege cum Acidalio, *cum lumen mundi, &c.*

[t] *Nec permittas hoc furori*] Ut furorem suum exerat in tuam imaginem is, cui non satis est animi, ut aliquid in te moveat.

[u] *Et male clausi*] Tuum de afflicta Roma dolorem dissimulare non potuisti: et quamvis illa injurias sibi illatas mallet, quam tibi; tu tamen ejus dolore potius ad bellum Maxentio indicendum inductus es.

ces exierunt. 2. Hoc enim, Roma, tot vulneribus saucia, vindicari volebas, cum tamen præstantissimus Princeps, injuriæ suæ negligens, ulcisci tuas mallet. 3. Ita ambo,[b] benigni ratiocinatores officiorum, paria fecistis: tu voto, quo solo valebas; ille amore pariter et facultate, ut tantum bonorum tibi tribueret, quantum te sibi velle recognosceret.[k] 4. Pugnasti igitur, Imperator, coactus quidem, sed hoc maxime victoriam meruisti, quia non desiderabas. Optasti pacem, sed ignosce, si plus omnium vota valuerunt. 5. Nec illa solita obsecundare cœptis tuis divinitas[c] in hoc refragata est; sed aliquid ex sententia tua non cedit, ut plus pro meritis iniret. Negata est concordia, cui erat parata victoria.

CAP. XIV. 1. In ore denique[d] est omnium Galliarum,

[k] *Boni æstimatores vestrorum officiorum simile quippiam fecistis: tu, o Roma, desiderio, quod unum facere poteras; ille et optando tibi bonum, et id tibi procurando.*

et pro *exierunt*, habet *extiterunt*; et sic Gud. et Mœrl. Vide Nott. Varr.—2 Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *tam præstantissimus*; Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Guelph. Cuspin. *tamen præstantissimus*; et sic Grut. et recentt. Acidal. conj. *cum tamen*; vel, *cum contra.*—3 'Male Guelph. *ratiocinatores effectorum.*' Arntz. *paria fecisti* Rhenan. et Rivin. 1. *paria fecistis* Vet. Putean. cum ceteris omnibus. *quo solo volebas* Guelph. *tibi retribueret* Vet. Livin. *velle cognosceret* Bertin. Gud. Mœrl.—5 *Nec illa divinitas obsecunda* Cuspin. Rhenan. Steph. Puteol. Rivin. al. vett. *divinitas obsecundare* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Gud. Mœrl. et sic Rhenan. et Livin. et Acidal. Livin. etiam conj. *obsecundare c. t. solita divinitas.* 'Elegantior est collocatio verborum in Lang. *obs. c. t. solita divinitas;* Gruter. uterque Paris. Patarol. et Cellar. *solita obs. c. t. divinitas.*' Jæger. 'Veram lectionem primus dedit Grut. recepto ex Livineii conjectura verborum ordine, quem tamen Excerptis Langii tribuit Jægerus. Ipse eum dedi, quem ex Guelph. notatum habeo, et in antiquiss. edd. deprehendi.' *Arntz. et scientia* Livin. P. Steph. *e sententia* Rhenan. Rivin. *et sententia* Puteol. *ex sententia* Vet. Putean. Vet. Livin. Cuspin. et recentt. *et aliquid e sententia tua non cecidit* conj. Acidal. Mox *inires* conj. Livin. *ut plus promeritis iniret* Grut. *ut plus pro meritis veniret* Acidal. *ut plus promeriti iniret* Arntz.

NOTÆ

[b] *Ambo*] Roma quam alloquitur, et Constantinus de quo sermo est.

[c] *Nec illa . . . divinitas*] Nec divinitas illa quæ tibi rebus in omnibus obsecundat, tuis votis non obsecuta est, cum fecit ut Maxentius oblatum fœdus non acciperet, sicque ampliorem tibi laudis segetem daret.

[d] *In ore denique*] Utrum de Labaro intelligendum id? an quod olim Romanis mox ait contigisse, equites aut etiam legiones integræ Constantino e cœlo affuerint? Ea quidem de re nihil habet Eusebius. At Nazarius

exercitus visos, qui se divinitus missos præ se ferebant. 2. Et quamvis cœlestia sub oculos hominum venire non soleant, quod crassam, et caligantem aciem simplex illa et inconcreta [l] substantia naturæ tenuis eludat: illi tamen auxiliatores tui, aspici audirique patientes,[e] ubi meritum tuum testificati sunt, mortalis visus contagium refugerunt.[m] 3. Sed quænam illa fuisse dicitur species? qui vigor corporum? quæ amplitudo membrorum? quæ alacritas voluntatum? Flagrabant verendum nescio quid umbone corusci,[n] et cœlestium armorum lux terribilis ardebat: tales enim venerant, ut tui crederentur. 4. Hæc ipsorum sermocinatio, hoc inter audientes ferebant: 'Constantinum petimus, Constantino imus auxilio.' 5. Habent profecto et divina jactantiam, et cœlestia quoque tangit ambitio.[o] Illi cœlo lapsi, illi divinitus missi gloriabantur, quod tibi militabant. 6. Ducebat hos, credo, Constantius pater, qui terrarum triumphis altior tibi cesserat,[p] divinas expeditiones jam Divus agitabat. 7.

[l] *Corporis expers.*
[m] *Postquam virtutis tuæ testimonium dederunt, sese hominum aspectui subduxerunt.*
[n] *Emicabat in iis majestas nescio quæ, clypeis effulgentibus.*
[o] *Sane vel in cœlestes cadit ambitio.*
[p] *Qui se agnoscebat terrenis triumphis a te superari.*

CAP. XIV. 2 *Et q. c. sub oculis* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Puteol. Rivin. al. vett. *Et q. c. sub oculos* Vet. Livin. Bertin. Guelph. Grut. et recentt. *quæ crassam* Puteol. *quod crassam* Rhenan. et recentt. *simplex et inconcreta* Guelph. et edd. vett. *simplex illa et inc.* Bertin. Cuspin. Vide Nott. Varr. ' Mœrl. male *natura.*' Jæger. *ibi tamen* Bertin. Guelph. ' Merito sibi displicere dicit Livin.' *Jæger. audirique patientis* Steph. Puteol. Rivin. *a. patientes* Vet. Putean. et margo ed. Rhenan. item Exc. Schonhov. Puteol. Livin. Grut. et recentt. *versus contagium* Rhenan. Puteol. Steph. Rivin. al. vett. *visus contagium* Vet. Putean. Guelph. Livin. Grut. et recentt. et sic conj. Rhenan. *non refugerunt* conj. Acidal.—3 Guelph. *sed amplitudo.* Mox, *quid umbones corusci, et cœlestium armorum* e conj. Acidalii receperunt Cellar. et Jæger. Vid. Nott. Varr. *lux horribilis* Guelph. et Mœrl.—4 Sigon. Opp. tom. I. par. II. p. 76. citat *hæc inter.* Omnes libri, *hoc inter.*—5 Vet. Putean. et Gud. *etiam divina.*—6 Voc. *credo* abest a Mœrl. *altiori tibi* edd. ante Arntz.

NOTÆ

id in Gallorum omnium ore fuisse, affirmat præsente Constantino ipso, et coram variis omnium nationum populis.

[e] *Audirique patientes*] Sic Horat. I. Od. 2. ' patiens vocari Cæsaris ultor,' et Od. 19. ' vultus lubricus aspici.' Idem de Arte Poët. vs. 163. ' Cereus in vitium flecti.'

Magnus hic quoque pietatis tuæ fructus, quod, quamvis particeps cœli, ampliorem se fieri gratia tua senserit, et, cujus munera in alios influere jam possent, in eum ipsum tua munera redundarint.[q]

CAP. XV. 1. Cedat tibi non recentium sæculorum modo, sed totius memoriæ vetustas, quamvis illa, recti appetens, et nullo unquam depravata in officio, glorietur, penes se sanctitatis famam stetisse. 2. Sed negliguntur præconia hominum, ubi quæruntur judicia divina. 3. Illi igitur veteres, laudati vitæ moderatores, qui refrænandis cupiditatibus restricte contenteque[f] vixerunt, quorum omnis ætas armis conterebatur, quando tantam in prælio divinam opem pro merito integritatis habuerunt? ut, qui longe a virtutibus tuis distant, in proximo saltem justitiæ gradu reponantur. 4. Romano quodam in bello ferunt duos in equis juvenes[g] extitisse, spectatos forma pariter ac viribus, quia

[q] *Expertus fuerit se clariorem fieri tuo beneficio, et qui aliis beneficia conferre posset, is gloriam a te beneficii loco acceperit.*

qui e Vet. Putean. Gud. Mœrl. restituit *altior tibi.*—7 Guelph. *fructus quamvis participes cœli,* sine idoneo sensu. Cuspin. Rhenan. Steph. Rivin. al. vett. *jam possint . . . redundarunt;* Guelph. *jam possent . . . redundavere;* Livin. e conj. Acidalii primus edidit, *jam possent . . . redundarint;* eumque secuti sunt recentt.

CAP. XV. 1 Jæger. conj. *memoria vetustatis;* Puteol. *tutius memoriæ vetustas.* Idem codex mox, *nulla vi unquam.*—2 *Sed nec leguntur* Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. et Patarol. *Sed negliguntur* Cellar. et recentt. et sic conj. Juret. Putean. et Livin.—3 *Illi ergo* Mœrl. et Guelph. *compteque vixerunt* cod. Mœrl. item edd. Puteol. Rhenan. Steph. Rivin. al. vett. *contenteque,* e conjectura Acidalii et Livineii, receperunt Cellar. et edd. recentt. *compteque vicerunt* Guelph. Idem codex mox, *in prælio tantam.* Puteol. Cuspin. et edd. antiquiss. *in proximo saltim.* Cf. ad Mamert. Maxim. v. 3.—4 Putean. *quodam bello,* probante Livin. *quondam in bello* Mœrl. *duo in equis* Vet. Livin. Bertin. *duos inequis* Mœrl. *duos in equis* Guelph. *duos cum equis* edd. ante Arntzen. *extitisse* deest in Livin. Grut. Baun. Patarol. Jæger. Cellar. et recentt. legitur vero in codd. Mœrl. Gud. al. item in edd.

NOTÆ

[f] *Restricte contenteque* [*compteque*] *Contente,* ut Livineius putat, id est, parce. Plaut. Asin. I. 1. 'Mater illum arcte contenteque habet.'

[g] *Duos . . . juvenes*] Castorem et Pollucem. Horat. Od. I. 12. 'Hunc equis, illum superare pugnis Nobilem.' Ambos Jovis ex Leda filios apud poëtas celebratissimos. 'Ea demum atrocitas fuit prælii, ut interfuisse spectaculo Deos fama tradiderit duos in candidis equis, Castorem atque Pollucem, nemo dubitarit. Itaque et imperator veneratus est, pac-

in dimicando præter ceteros insignes fuissent, jussu imperatoris ad remunerandam industriam requisitos.[r] Ubi nulli inveniebantur, fides habita est, divinos fuisse, qui laborem sedulo communicavissent, laboris pretium respuissent. 5. Equidem historiæ non invitus assentior. Neque enim in hoc veri interpolatrix tenenda, quæ se non vanam antiquitatis nuntiam pollicetur.[s] Sed tamen illi, qui hoc annalium monumentis illigaverunt, verebantur, ne apud posteros miraculi fides claudicaret.[t] 6. Estote, o gravissimi auctores, de scriptorum religione securi;[u] credamus facta, qui majora nunc sensimus. Magnitudo Principis nostri gestis veterum fidem conciliat, sed miraculum detrahit. 7. Pro auxilii copia negotiorum ratio metienda est. Duo quondam juvenes, sed nunc exercitus visi. Hoc certe uberius, nec infirmius veritate.[v] Stat argumento duplici fides nixa. Sic Constantinus juvari meruit, sic debuit Roma servari.

[r] *Quo eorum virtus præmio donaretur.*
[s] *Nec enim existimanda est ea in re veritatem corrupisse, nec temere se jactat vetustatis nuntiam.*
[t] *Ne prodigium apud posteros fidem non obtineret.*
[u] *Haud metuite ne parum fideliter res descripsisse videamini.*
[v] *Hoc certe majus, nec minus verum.*

Cuspin. Rhenan. Steph. et Rivin. et demum revocavit Arntz. *qui in dimicando* Bertin. *insignis* Puteol. et Rhenan. *insignes* Exc. Schonhov. '*insignis* tamen antique scribi potuit.' *Arntz. ad remunerandum requisitos,* passivo significatu, Puteol. Livin. Rhenan. Steph. Rivin. al. vett. *ad r. industriam requisitos* Vet. Putean. Bertin. Mœrl. Guelph. Cuspin. Grut. Paris. Cellar. Patarol. Jæger. *nullus inveniebatur* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *nullius* Puteol. *nulli inveniebantur* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Guelph. Cuspin. Grut. et recentt. *fidei h. est* Guelph. *quod cum laborem* Bertin. Exc. Schonhov. Cuspin. Grut. Baun. Patarol. Cellar. Jæger. *quod laborem* Mœrl. cum edd. Puteol. Rhenan. Livin. Steph. Rivin. al. vett. *qui laborem* Guelph. quod primus recepit Jæger. *communicassent* Guelph.—5 Guelph. *tuenda, quæ . . . tamen illa, &c.* Vet. Putean. et Mœrl. *alligaverunt.* ' Minus recte.' *Jæger.* —6 Edd. vett. *descriptorum.* ' Lege, *de scriptorum.*' Acidal. *credimus facta* Exc. Lang. Grut. Paris. Cellar. Patarol. Jæger. Baun. Rivin. et sic conj. Acidal. *credamus facta* Gud. Mœrl. Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. al. ante Grut. quod revocavit Arntz.—7 Bertin. *vel uberius;* Livin. conj. *et uberius.* Mox, *Sat argumento* Rhenan. Steph. Livin. al. vett. *Stat arg.* Guelph. Gud. Mœrl. Vet. Putean. Bertin. Exc. Schonhov. Grut. et recentt. *ratione servari* Livin. P. Steph. *Roma servari* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan.

NOTÆ

tusque victoriam templa promisit, et reddidit plane quasi stipendium commilitonibus Deis.' Florus I. 11.

CAP. XVI. 1. Magnum hoc, Imperator maxime, sed de tua pietate non mirum. Adesse tibi in omnibus summam illam majestatem, quæ te circumflexa tueatur, conjectura mentium tenebamus, etsi nondum ad fidem patebat oculorum.[a] 2. Etenim cum mens tua, mortali contagione secreta, pura omnis, funditus sincera, ubique se promerendo Deo præstet:[b] cum gloria tua humanum modum supergressa sit: quis est hominum, quin opitulari tibi Deum credat, cum id et vita mereatur, et rerum gestarum magnitudo testetur? 3. Parumper igitur ab instituto cursu non ingrato deverticulo[c] recedamus. Tenebo hunc orationis modum, ut nec inhumane de ceteris muta sit, nec odiose de instantibus obloquatur.[d] 4. Tu, Imperator optime, inito principatu, adhuc ævi immaturus,[h] sed jam maturus imperio, ostendisti cursum ætatis non expectandum in festinatione virtutis. 5. Tu exinde domi militiæque juxta bonus nusquam gradum extulisti, quin ubique te gloria, quasi umbra, comitata sit. Tu, ferocissimis regibus, Ascarico et comite[i] suo, captis, tanta laude res bellicas auspicatus es,

[a] *Quæ te circumcingens defendat, cogitatione divinando putabamus, quamvis nondum oculis contestatum illud esset.*
[b] *Nihil omittat, in quo Deum sibi conciliare possit.*
[c] *Non insuavi digressione.*
[d] *Ut neque alias actiones parum humaniter sileam, nec in præsentibus commemorandis cum aliquorum invidia hæream.*

CAP. XVI. 1 Edd. quædam vett. *mirum, adesse tibi.* Correxit Acidalius. Pro *circumflexa*, Livin. conj. *circumplexa.* ‘Mox, *conjecturam* vitiose Guelph.’ *Arntz.*—2 ‘Lege *pro verendo Deo præstet*: immo potius, *promerendo Deum præstet.*’ Acidal. *modum egressa sit* Bertin. ap. Livin. *quis est omnium* conj. Ritters. *quis non opitulari* Guelph. improbante Arntz. Mox, *gestarum* deest in Baun. et quibusdam ap. Cellar.—3 Guelph. *inhumane ceteris.* Vet. Livin. Bertin. Mœrl. *nec odiose instantibus*, omissa particula *de;* quod probat Jæger. ‘Potest tamen retineri.’ *Arntz.*—4 Voc. *sed jam maturus*, absunt a Guelph. —5 *Sic exinde* Guelph. *et Comite capitis* Rhenan. Steph. Livin. Puteol. Rivin. al. vett. quasi *Comite* proprium nomen esset. ‘Sed comes ille Ascarici fuit Regaisus.’ *Jæger.* Vid. Paneg. VII. 11. 6. *et comite suo, capitis, &c.*

NOTÆ

[h] *Ævi immaturus*] Atqui si Eusebio, Sozomeno, et Eutropio fides est, qui eum anno ætatis 65. obiisse dicunt, imperii vero 32. tum agebat annum tertium supra tricesimum, sed nimirum ævi immaturum eum vocat præ Maximiano et Diocletiano, quos senes imperatores viderat.

[i] *Et comite*] Id est, Regaiso, quem appellat supra non uno in loco.

ut jam inauditæ magnitudinis obsidem teneremus. 6. Ut Herculem ferunt, tenerum adhuc, atque lactentem, duos angues[j] manu elisisse, ut jam in infantulo indoles futuri roboris emicaret;[k] sic tu, Imperator, in ipsis imperii tui cunabulis, quasi geminos dracones necares, per sævissimorum regum famosa supplicia ludebas.[l]

CAP. XVII. 1. Franci ipsi, præter ceteros truces, quorum vis, cum ad bella effervesceret, ultra ipsum oceanum[m] æstu furoris evecta, Hispaniarum etiam oras armis infestas habebat: hi igitur sub armis tuis ita conciderunt, ut deleri funditus possent, nisi divino instinctu, quo regis omnia, quos ipse affeceras, conficiendos filio reservasses. 2. Quanquam ad gloriam vestram fœcunda malis suis natio ita raptim[e] adolevit, robusteque recreata est, ut fortissimo

[e] *Adeo celeriter.*

Guelph. Exc. Schonhov. Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. *ut in eam inauditæ* Viennensis liber ap. Livin. unde ille, *ut famam inauditæ;* Bertin. Cuspin. *eam inauditæ.* Vide Nott. Varr.—6 Guelph. *atque adhuc lactentem.* Edd. vett. *ut jam infantulo i. f. r. immicaret;* Guelph. etiam, *ut jam infantulo;* Cellar. Patarol. et recentt. *ut jam in infantulo i. f. r. emicaret;* et sic conj. Acidal. *emicaret* Vet. Putean. et Gud. *severissimorum regum* Guelph. 'Male Mœrl. præfert *facinorosa supplicia.*' Jæger. *supplicia videbas* Guelph. *supplicia præludebas* conj. Acidal.

CAP. XVII. 1 Guelph. et Vet. Livin. Grut. et recentt. *in bella;* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *in bellum.* Guelph. *æstu fervoris e. Hispanorum.* Idem codex et Vet. Livin. *habebant.* Edd. ante Arntz. *ii igitur;* Mœrl. Vet. Livin. Guelph. *hi igitur.* Acidal. conj. *quo geris omnia.* Exc. Lang. Grut. Paris. Cellar. Patarol. *afflixeras;* Gud. Guelph. Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. Jæger. *affeceras.* Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *afficiendos;* Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Exc. Schonhov. Grut. et recentt. *conficiendos;* Acidal. conj. *efficiendos,* aut potius *conficiendos.*—2 Q. *ad g. nostram* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Puteol. Rivin. al. vett. Q. *ad g. vestram* Vet. Putean. Vet. Livin. Mœrl. Guelph. Grut. et recentt. *vestram gloriam*

NOTÆ

[j] *Duos angues*] A Junone ejus noverca in ejus cunabula immissos. Virg. Æn. VIII. 288. 'Ut prima novercæ Monstra manu geminosque premens eliserit angues.'

[k] *Infantulo . . . emicaret* [*immicaret*] Malim cum Acidalio, *in infantulo emicaret.*

[l] *Ludebas*] Forte *præludebas.* Acidal.

[m] *Ultra ipsum oceanum*] Tangit Probi imperatoris tempora sub quo Francorum manus, 'qui a Ponto,' quo in loco captivi Franci tenebantur, 'correptis navibus, Græciam Asiamque populati, nec impune plerisque Libyæ littoribus appulsi, ipsas postremo navalibus quondam victoriis nobiles ceperant Syracusas. Et immenso itinere pervecti Oceanum, qua

Cæsari[n] primitias ingentis victoriæ daret, cum memoria acceptæ cladis non infracta, sed asperata, pugnaret.[f] 3. Differamus parumper Italicas expeditiones, quibus Segusiensium civitatem,[o] quæ superatis Alpibus Italiæ claustrum objicit, cum vi et virtute, velut januam belli, refregisses, inde per objectas acies, per exercitus obvios, usque ad Romana mœnia inoffensus victoriarum impetus percucurrit.

Cap. XVIII. 1. Quid memorem Bructeros?[p] quid Chamavos?[q] quid Cheruscos,[r] Vangionas,[s] Alamanos, Tubantes?[t] Bellicum strepunt nomina, et immanitas barbariæ in ipsis vocabulis adhibet horrorem. Hi omnes singillatim, dein pariter armati, conspiratione fœderatæ societatis

[f] *Cum decertaret acceptæ cladis recordatione potius exacerbata, quam perculsa.*

Bertin. '*Cæsari provincias* vitiose Guelph.' *Arntz.*—3 '*Deferamus* Guelph. male.' *Idem.* *Sugusiensium* Guelph. ita etiam infra xx. 1. '*claustrum objecit* Vet. non placet.' *Livin.* Mox, *cum tua virtute* Vet. Putean. Gud. Mœrl. 'Sed cave, mutes vulgatam.' *Jæger.* *impetus percurrit* Gud. Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *i. percucurrit* Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Grut. et recentt.

Cap. xviii. 1 *Bruteros* Guelph. Puteol. et Rhenan. *Clamosos* Vet. Livin. Guelph. et edd. vett. *Clamavos* Bertin. *Clamasos* Puteol. et Rivin. 1. *Chamoos* Rivin. 2. *Chamavos* Exc. Lang. Exc. Schonhov. Pulm. Pithœan. Lips. Grut. et recentt. *Eruscos* Vet. Livin. Puteol. Cuspin. Rhenan. Rivin. al. vett. *Heruscos* Bertin. *Etruscos* Guelph. ut conj. Rhenan. *Erulos* Putean. *Cheruscos* Exc. Lang. Exc. Schonhov. Grut. et recentt. Pro *Vangionas*, Exc. Lang. habent *Chabionas;* unde Livin. *Lancianas.* Guelph. exhibet *Vancionas.* Mox, Acidal. conj. *ut immanitas . . . exhibet;* aut delendum *in.* Edd. ante

NOTÆ

terras rumpit,' id est, fretum Gaditanum proindeque et Hispanias, 'atque ita eventu temeritatis ostenderant, nihil esse clausum piraticæ desperationi, quo navigiis pateret accessus.' Id ipsum ait Vopiscus in Probo, Eumenius Paneg. v. cap. 8.

[n] *Fortissimo Cæsari*] Crispo, qui an. 320. Francos vicit delevitque.

[o] *Segusiensium civitatem*] Segusium urbs Galliæ Cisalpinæ propter Duriam fluvium, ad radices Alpium Cottiarum, &c.

[p] *Bructeros*] Bructeri, Germaniæ populi, de quibus supra Paneg. vii. cap. 11.

[q] *Chamavos*] De his Germaniæ populis supra in Paneg. v. cap. 9.

[r] *Cheruscos*] Ultra Visurgim fluvium habitantes, ubi nunc Ducatus Brunsvicensis.

[s] *Vangionas*] Ad Rhenum, supra Moguntiam: ubi nunc Wormacia, *Worms.*

[t] *Tubantes*] Quos alii Transisilana apud Frisiæ et Westphaliæ confinia; alii in ea parte Germaniæ, quæ nunc Westphalia dicitur, habitasse volunt.

exercerant. 2. Tu tamen, Imperator, cum tantam belli molem videres, nihil magis timuisti, quam ne timereris. Adis barbaros, et, dissimulato Principis habitu, quam proxime poteras, cum duobus accedis. 3. Nunquam est excelsior principatus, quam cum se publico summittit officio. Facis verba; spem illorum agitas,[s] et versas credulitatem;[u] negas, te esse præsentem. 4. O vere cæca barbaria, quæ in illo vultu signa Principis non videris! quem ne sic quidem senseris, cum intra jactum teli, securus sui, staret, Constantinum esse, qui hoc poterat non timere. Dubitare quicquam potes, te per omnia subnixum Deo vadere? Invictos ducis,[v] et solus timeris. 5. Tot regna, tot populi, et tantarum nationum congregatio indignam se viribus tuis putat, quem credit absentem.[w] Tibi tamen incrementum laudis ex multiplicatione terroris est. Magnificentius congregata obteris, quæ scrupulosius di-

[s] *Vulgare munus fungitur. Venis ad colloquium, spem illorum moves.*

Arntz. *sigillatim;* Guelph. *singillatim deinde.*—2 Guelph. *cum tanti b. m. v. nil magis.* Nonnulli ap. Grut. *ut timereris;* Guelph. *ne timeretis;* et sic Rivin. 2. *Addis* Rhenan. *Adis* Vet. Putean. aliique omnes.—3 Guelph. *cum se publice.* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Grut. Paris. et Patarol. *et versas crudelitatem:* Exc. Lang. Guelph. Exc. Schonhov. Baun. Cellar. Jæger. *et versas credulitatem,* ut conj. Acidal. *negas esse* Rhenan. Steph. Livin. al. vett. et Rivin. 'Lege, *negas imp. esse;* vel, *negas esse te.*' Acidal. *negas te esse* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Guelph. Exc. Lang. Cuspin. Grut. et recentt.—4 Livin. Grut. Paris. Patarol. Cellar. *nec sic;* Guelph. Cuspin. Rhenan. Steph. al. et Jæger. *ne sic;* Rhenan. Steph. *quid est;* Vet. Putean. Guelph. Exc. Schonhov. *quidem.* Rhenan. conj. *nec sic quidem;* Acidal. *quæ ne sic quidem.* '*Dubitare quicquam potes*] Forte hic locus sic legendus est: *Constantinum esse, q. h. p. n. timere, dubitare quisquam potest per omnia,* &c. vel, *qui hoc poteras n. timere, dubitare quicquam potes te per omnia,* &c. sed illam lectionem malo.' *Putean.* Vide Nott. Varr. *te* deest in edd. vett. *te per omnia* Vet. Putean. et Guelph. quod restituit Arntz. *invictos duces non times, et solus timeris* Livin. et P. Steph. *invictus duceris, et solus timeris* conj. Acidal. *invictos ducis, et solus,* &c. Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. aliique omnes.—5 'Guelph. *congregato obteris,* vitiose.' *Arntz. quam scrupulosius* Rhenan. Steph. Livin. Puteol.

NOTÆ

[u] *Versas credulitatem*] Melius quam *crudelitatem:* id est, nimium credulos fallis, dum negas te esse præsentem.

[v] *Invictos ducis*] Id est, tecum invictos milites ducis, tuque unus omnium maxime timeris. In Livineiensi editione est, *invictos duces non times, et solus timeris,* quod non ita probatur.

[w] *Quem credit absentem*] Id est, dum se absentem putat.

spersa sequereris.[h] 6. Innumeræ simul gentes ad bellum coactæ, sed uno impetu tuo fusæ, dum collativam vim comparant,[i] compendiosam victoriam præstiterunt.

CAP. XIX. 1. Uno hoc bello, si debitis laudibus immorari vacaret, dies integer conderetur.[a] Nunc ita omnia prætervolans cecidit oratio,[b] ut victoriarum tuarum non summam evolveret,[c] sed ornamenta monstraret. 2. His rebus semper e republica[a] gestis, tanta vi, tantoque successu, ut nunquam virtus tua intremuerit, prudentia hæserit, felicitas claudicarit,[d] satis, ut opinor, probatum est, perpetuam in te benignæ majestatis opem fluere; ut cœlestes exercitus tui non tunc primum missi, sed tum demum intellecti esse videantur.[b] 3. Talis igitur ad liberandam Italiam, et tam tutus accedis, ut, cumr es bellica cæcos habeat eventus, in te tamen dimicandi voluntatem pro victoriæ pignore teneres,[c] etiamsi abessent auxilia di-

[h] *Inde tamen crescit laus tua, quod crescit numerus hostium, et majori cum laude collectos hostes frangis, quos esset difficilius dispersos persequi.*

[i] *Dum vires in unum conferunt.*

[a] *Ex utilitate publica.*

[b] *Sed tum tandem manifesti esse videantur.*

[c] *Tua tamen certandi voluntas tibi victoriæ pignus foret.*

Rivin. al. vett. *quæ scrup.* Vet. Livin. Guelph. Cuspin. Grut. et recentt. *sequeris* Livin. et P. Steph. *sequereris* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. aliique omnes.—6 *Collatinam vim* Rhenan. Steph. Cuspin. Rivin. *collativam vim* Guelph. Vet. Patean. cum reliquis edd. et sic conj. Acidal.

CAP. XIX. 1 *Uno ex bello* Mœrl. et Guelph. *integre conderetur* Guelph. *tetigit oratio* conj. Acidal. probante Jægero. Idem Acidal. mox transponendum putat, *ut victoriarum tuarum non ornamenta evolveret, sed summam, &c.* 'Nil opus.' *Arntz.*—2 Livin. et P. Steph. *virtus tua invenit;* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. ceteræque edd. *v. t. intremuerit;* Mœrl. *v. t. timuerit.* Guelph. *cœlestes exortus.* Mox, *tunc primo* edd. ante Arntzen. qui e codd. Mœrl. et Gud. restituit *tunc primum;* et sic conj. Livin. *tunc demum* Guelph. et sic Patarol. et Jæger. quamvis de mutata lectione nihil monuerint.—3 Vet. Livin. *liberandum.* Mœrl. et Gud. *et tantus accedis;* Acidal. conj. *et tantus accedis. Et cum res bellica, &c.* Vide Nott. Varr. *pignore tenebas* Guelph.

NOTÆ

[a] *Dies integer conderetur*] Vide Plinii Paneg. cap. 80. 'Cum tibi dies omnis, summa cum utilitate nostra, summa cum laude tua conderetur:' ubi plura vide ejus generis exempla.

[b] *Cecidit oratio*] Alii legunt *tetigit*.

[c] *Non summam evolveret*] Melius si transpositione facta legatur, *non ornamenta evolveret, sed summam monstraret.*

[d] *Felicitas claudicarit*] Id est, nuta-

vina. 4. Aderat enim robustus et florens, plenus virium, animi plenus exercitus, lætus armis, et militiæ munia exequens studio magis quam necessitate, (quippe cui stipendia sunt pauciora, quam prælia;[d] cum dico prælia, significo victorias,) præterea tam amans tui, quam tibi carus. 5. Ignosce enim, superba virtus, quantumvis fiduciæ et spiritus capias, amor Principis facit militem fortiorem!

Cap. xx. 1. Antiqua admodum res est, quam proferam, sed non indigna memoratu. Illyrii quondam, despicientes Aëropi regis[e] infantiam, Macedones bello lacesserunt. Et prima quidem congressio secundum illos fuit: verum Macedones, cum bellum reficerent,[e] regem suum in cunis ad aciem detulerunt. 2. Cum illos ira, hos miseratio, illos signorum cantus, hos pueri vagitus accenderet, mutata est ratio certaminis;[f] vicerunt, qui amore pugnabant. 3. Quanto igitur est amor fidelior accepti beneficii memoria, quam præsumtione futuri,[g] quod illic percepta res juvat, hic expectata blanditur; tanto tui animosius dimicaverunt, qui non puero spem gratiæ munerabantur, sed Prin-

[d] *Cum plures pugnas inierit, quam meruit stipendia.*
[e] *Feliciter illis cessit, sed Macedonibus ad pugnam redeuntibus.*
[f] *Mutatus est belli eventus.*
[g] *Accepti beneficii recordatio magis amorem firmat, quam spes futuri.*

Puteol. Rhenan. Rivin. Steph. Livin. Cuspin. al. ante Grut. qui *teneres* Bertin. recepit, consentientibus ceteris. *etsi abessent* edd. omnes ante Arntzen. *etiamsi ab.* Vet. Putean. Vet. Livin. Mœrl. Guelph.—4 Livin. et P. Steph. *militiæ munera.* Codd. et edd. reliquæ, *m. munia.* Mox, *tuis stipendia* Cuspin. Rhenan. Steph. Rivin. Livin. Puteol. al. vett. *cui stipendia* Guelph. Vet. Livin. Bertin. Grut. et edd. recentt.—5 Guelph. *principem fortiorem.*

Cap. xx. 1 *Illyrici quondam* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Grut. Paris. Patarol. *Illyrii quondam* Vet. Putean. Vet. Livin. Gud. Mœrl. Baun. Cellar. Jæger. *lacessierunt* conj. Arntz. sine causa; nam 'lacessisti' legitur ap. Cic. Phil. II. 1. præterea *lacesserunt* exhibent omnes codd. et edd. sine ulla varietate.—3 Rhenan. Steph. Livin. Puteol. Rivin. al. vett. *præcepta res;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Guelph. Grut. et recentt. et sic conj. Acidal. *spem g. numerabant* Guelph. et Mœrl.

NOTÆ

rit. Supra cap. xv. 'Ne apud posteros miraculi fides claudicaret.'

[e] *Aëropi regis*] Nota historia ex Justini lib. VII. et Ammiani lib. XXVI. ac Polybio.

cipi post natos homines benignissimo meriti debitum rependebant.

CAP. XXI. 1. Primam igitur Segusiensium civitatem,[f] quam primam iter dederat,[h] victoria facilis amplexa est: quæ resistendi pertinacia[i] ita in se Imperatoris vim convertit, ut pietatem tamen non alienaverit. 2. Nam cum introitus vi, manu, quæreretur,[g] et portarum inflammatio ignem late distulisset, cujus facilis per adjuncta contagio pastu pestifero[h] valescebat;[j] maxima benignissimi Imperatoris fuit cura, non modo ut incendium, non adjutum, senesceret, sed oppressum emori posset;[k] et longe operosior clementia ejus, quam fortitudo perspecta est, cum plus in conservanda urbe, quam in capienda fuerat, laboris oriretur. 3. Itaque digrediens sic cupidam sui fecit, ut eam ad omne obsequium non victoriæ metus componeret, sed admiratio lenitatis.

[h] *Quæ prima occurrerat de via.*
[i] *Quæ obstinate resistendo.*
[j] *Cujus facilis diffusio ex contiguis locis ortu novi incendii crescebat.*
[k] *Non modo ut incendium minueretur sublatis fomentis, sed ut obrutum posset extingui.*

CAP. XXI. 1 *Prima* Baunii ed. repetit. Venet. an. 1728. ‘ Rivin. 2. *facili*, parum idonee.’ *Arntz.*—2 ‘ Malo *vi manus.*’ Juret. *cum introitus vi manuque, &c.* Pulm. ap. Putean. *cum i. manu quæreretur* malit Ritters. *vi manu* Guelph. Vide Nott. Varr. ‘ Mœrl. et Gud. mendose *detulisset.*’ Jæger. *partu pestifero* Guelph. et edd. ante Cellar. *non adultum* Colvius ad Apul. Met. XI. p. 159. *non victum* Guelph. *et longe oppressior* in eodem cod. *clementia quam fortitudo* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. 1. 2. *clementia quam fortitudo ejus* Baun. *clementia ejus q. f.* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Guelph. Cuspin. Grut. Paris. Patarol. Cellar. Jæger. *perfecta est* Mœrl. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *perspecta est* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Guelph. Cuspin. Grut. et recentt. et sic conj. Acidal. Pro *oriretur*, Jæger. conj. *hauriretur.* ‘ Lege, *in c. fuerat, laboris oriretur.*’ Acidal. ‘ In Rhenani ed. prava erat post *laboris* interpnnctio, quam sustulit Acidalius.’ *Arntz.*—3 *Itaque d. s. cupiditatem sui fecit* Puteol. Rhenan. Steph. Livin. al. vett. et Rivin. *sic civitatem cupidam sui* Cuspin. Mœrl. Exc. Schonhov. Guelph. *sic cupidam sui* Vet. Livin. Bertin. Grut. Paris. Patarol. Cellar. Jæger.

NOTÆ

[f] *Segusiensium civitatem*] Segusium, *Suze*, supra cap. XVII. not. °.

[g] *Vi, manu, quæreretur*] Plerique interpretes inducunt voculam *vi*, quam ex glossemate in contextum putant receptam.

[h] *Pastu* [*partu*] *pestifero*] Alii legunt *pastu*, sed non hic opus mihi videtur emendatione. Loquitur enim de incendio tanquam de homine, qui adolescit, senescit, moritur.

Cap. xxii. 1. Optima aiunt esse remedia, quæ ad usum corrigendi nostri ex aliena calamitate[i] nascuntur; verum animus pravitate, velut morbo, impeditus, delectum boni[j] non habet. 2. Ecce, jam apud Taurinos[k] venientem pugna gravior expectat, nec Segusiensium vastitas monet, ut sibi caveant: nec cogitant, quo cum Principe res futura sit; quod neque vis ejus resistendi spem faciat, nec mansuetudo rationem.[l] 3. Campum late jacentem tantus miles oppleverat, ut non improbaret fiduciam, qui instructos videret. 4. Quæ enim illa fuisse dicitur species? quam atrox visu? quam formidolosa? operimento ferri equi atque homines pariter obsepti.[m] Clibanariis[1] in exercitu nomen est. Superne omnibus tectis, equorum pectoribus demissa lorica, et crurum tenus pendens, sine impedimento gressus, a noxa vulneris vindicabat.[n]

Cap. xxiii. 1. Te tamen, Imperator, non terruit, nec quod tanto numero duplicabat armatura terrorem, nec quod vim armis numerus addebat. 2. Certum est enim, pro ne-

[l] *Quia ita fortis est Constantinus, ut ei resisti non possit; et ita mansuetus, ut causam resistendi non habeat.*
[m] *Equi et homines ferro omni ex parte cooperti.*
[n] *Contra vulnera tutos præstabat.*

Cap. xxii. 1 *Optima esse aiunt* Guelph. *Optima autem aiunt* Mœrl. 'Præter rationem.' *Jæger.* *dilectum* Livin. Grut. et recentt. *delectum* Guelph. Puteol. Rhenan. H. Steph. Rivin. 1. 2.—2 'Guelph. *Segusium: male.*' *Arntz.* *vastitas movet* Vet. Livin. *cogitant quod* edd. ante Jæger. *cogitant quo* Mœrl. et Guelph. et sic conj. Acidal.—3 '*Campum laxe jacentem* Vet. Livin. Bertin. nec vere, nec verisimiliter.' *Jæger.*—4 *Quæ e. ista* Guelph. *operimento ferro* in eodem cod. *crurum tenuis* in eodem.

Cap. xxiii. 2 *Certum est pro* Puteol. Rhen. P. et H. Steph. Livin. Rivin. 1. 2. *Certum est enim pro* Exc. Schon. Bertin. Guelph. Cuspin. Grut. et recentt.

NOTÆ

[i] *Aliena calamitate*] Notus ille versiculus: 'Felix quem faciunt aliena pericula cautum.'

[j] *Delectum boni*] Non aptus est ad judicium de bono ferendum.

[k] *Taurinos*] Augusta Taurinorum, *Turin.* De hac pugna vide Paneg. ix. cap. 6.

[1] *Clibanariis*] Equitibus cataphractis, hoc est, qui equis ferro undequaque septis, ipsi quoque ferrea lorica armati insiderent. De iis Claudianus: 'Conjuncta per artem Flexilis inductis hamatur lamina membris, Horribilis visu. Credas simulacra moveri Ferrea, cognatoque viros spirare metallo.' Κλίβανον vero Græce, est *lorica ferrea.*

gotii modo animosam esse virtutem,[e] quod ex serie [m] rerum captum suum temperat: in parvis prope ad securitatem remissa; in mediocribus modice intensior; ubi magna venerunt, juxta magnitudinem exantlandi operis erigitur. 3. Illa armorum ostentatio, et operti ferro exercitus, qui imbelles oculos vulnerassent, invictas mentes incitaverunt; quod imbutus[p] Imperatoris exemplo totis animis ejus miles ardescit, cum invenit hostem, quem vinci deceret. 4. Cataphractos equites, in quibus maximum steterat pugnæ robur, ipse tibi sumis.[n] His disciplina pugnandi est, cum aciem arietaverint,[o] servent impressionis tenorem,[p] et, immunes vulnerum, quicquid oppositum, sine hæsitatione perrumpant.[q]

CAP. XXIV. 1. Sed tu, Imperator prudentissime, qui omnes bellandi vias nosses, opem ex ingenio reperisti, quod tutissimum est, eludere; quod est difficillimum, sustinere.[r] 2. Diducta acie, irrevocabili impetu[q] hostes ef-

[e] *Fortitudinem exercere vim suam, prout res postulat.*
[p] *Quod inductus.*
[q] *Et securi contra vulnera, quicquid objectum est absque mora disjiciant.*
[r] *Primum in eludendo hostium impetu, in quo plurimum securitatis est: deinde in eodem sustinendo, in quo plurimum difficultatis.*

quod ex se rerum captum edd. vett. *quod ex serie rerum captum* Vet. Putean. Vide Nott. Varr. Mox, Acidal. legit *modice intensior.* Cuspin. Livin. Grut. Put. *exanclandi;* Rhenan. Steph. Baun. Patarol. Cellar. Jæger. *exantlandi.* pro quo Mœrl. et Guelph. *audendi.* Guelph. *opus erigitur.*—3 Guelph. *ut operti.* Cuspin. Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. 1. *mentes excitaverunt;* Vet. Livin. Bertin. Guelph. Grut. et recentt. *mentes incitaverunt.* Mox, *quo imbutus* conj. Grut. Jægerus vero, pro *deceret*, scriberet *deceat*, vel *decet, τῷ quod* deleto.—4 Cuspin. Rhen. Steph. Livin. Rivin. *aciem arctaverint;* Mœrl. Guelph. Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Grut. et recentt. *aciem arietaverint.* Livin. conj. *cum in aciem arietaverint.* 'Mœrl. et Gud. male, *impressiones terrorem.*' Jæger.

CAP. XXIV. 1 Pro *eludere*, Vet. Putean. Vatican. Bertin. Mœrl. et Gud. habent *elidere;* Vet. Livin. *illidere.* 'Neutrum bene.' *Livin.* *est* deest in Gud. sive Guelph. Mox, Jæger. malit, *quos est difficillimum.* '*Difficile* suffecerit.' *Acidal.*—2 *Deducta acie* Guelph. Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Ri-

NOTÆ

[m] *Quod ex serie* [*se*] Quod se rebus attemperet, et accommodet.

[n] *Ipse tibi sumis*] Supple 'oppugnandos.'

[o] *Aciem arietaverint*] Perruperint. Ducta metaphora ab arietum similitudine, quibus urbium muri subvertebantur.

[p] *Servent impressionis tenorem*] Id est, in suscepta acriter oppugnatione constantes sint.

[q] [*In*] *irrevocabili impetu*] Ita didu-

fundis, dein, quos ludificandos [r] receperas,[t] reductis agminibus includis. Nihil proderat contra tendere, cum ex industria tui cederent. Flexum ad insequendum ferreus rigor non dabat. 3. Ita nostri proditos sibi clavis adoriuntur: quæ gravibus ferratisque nodis hostem vulneri non patentem cædendo defatigabant, ac maxime capitibus applicatæ, quos ictu perturbaverant, ruere cogebant. 4. Tunc ire præcipites, labi reclines, semineces vacillare, aut moribundi sedilibus attineri, permixta equorum clade impliciti jacere, qui reperto sauciandi loco passim equitem effræni dolore fundebant. 5. Ad unum interfectis omnibus, tuis integris, horrorem armorum ad miraculum victoriæ transtulerunt, quod, qui invulnerabiles habebantur, sine tuorum vulneribus interissent. 6. Antoninus, Imperator [s] in toga præstans, et non iners nec futilis bello, cum adversum Parthos armis experiretur, visis cataphractis, adeo totus in metum venit, ut ultro ad regem conciliatrices pacis literas daret. 7. Quas cum rex, immodicus animi, respuisset, insolentia quidem barbari debellata est, sed patefactum est,

[t] *Quos ad ludibrium admiseras.*

vin. 1. *Diducta acie* Cuspin. Grut. et recentt. *in revocabilem impetum* edd. ante Grut. Vide Nott. Varr. *quos ludificando* conj. Acidal. 'Mœrl. corrupte, *deducis agmin.*' Jæger. *nihil prodeat* Rhenan. quod in Exc. correxit Schonhov. *nil proderat* Guelph. *industria tua* Puteol. Rhenan. Steph. Rivin. 1. Livin. al. vett. *i. tui* Vet. Livin. Bertin. Guelph. Grut. et edd. recentt. et sic conj. Acidal.—3 Rhenan. Steph. Livin. Puteol. Rivin. 1. *afflictæ;* Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Cuspin. Grut. Rivin. 2. Paris. Cellar. Patarol. Jæger. *afflictatæ;* Gud. et Mœrl. *applicatæ.* Rhenan. et Steph. *ruere cogebantur;* Vet. Putean. cum reliquis edd. *ruere cogebant.* 'Lege *cogebant.*' Acidal.—4 Rhenan. Cuspin. Steph. Rivin. *reclives;* Guelph. Vet. Putean. cum edd. Livin. Grut. et recentt. *reclines.* Guelph. *at moribundi.* Gud. et Mœrl. *sedibus attineri.* Vet. Livin. *repetito s. loco;* Guelph. *reperto faciendi loco.*—5 *Ad unum omnibus interfectis* Bertin.—6 Guelph. *adversus Parthos.*—7 Puteol. et al. vett. *in*

NOTÆ

cis aciem, ut hostes progrediendi cupidos ac nimium se effundere ausos, reductis agminibus derepente includas, atque opprimas.

[r] *Ludificandos*] Παθητικῶς, vel fortasse legendum *ludificando.*

[s] *Antoninus, Imperator*] Antoninus Pius, adoptatus ab Hadriano, Romanæ rei præfuit anno Christi 138. obiit anno ætatis 70. imperii 23. cui successit M. Antoninus Verus ipsius gener.

in his armis tantam inesse violentiam, ut et vincendus fideret, et superaturus timeret.

CAP. XXV. 1. Quid ego referam post tantam et tam gravem pugnam, quod apud Brixiam[a] magnus quidem et acer equitatus, fuga, quam vi sua tutior,[b] et primo impetu tuo pulsus, Veronam usque contendit ad præsidia majora? 2. Neque id dedecori fuit, quod excusati fugiunt, qui tibi cedunt.[a] Contingat quin immo timiditati miseræ res ostentanda, fuga, quæ habuerit dignitatem.[b] 3. Ipsa autem Verona,[c] referta immanibus copiis, quas in unum adventus tui formido conduxerat, cum multorum jam clades accepisset, facta est parumper metu cautior, non ratione felicior. Muris se ab impetu vindicat. 4.

[a] *Quia excusationem habent fugæ suæ, qui fugiunt ut tibi cedant.*
[b] *Immo potius sinamus accidere timori rem prædicatione dignam, nempe fugam quæ sit cum dignitate.*

his tantam; Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Mœrl. Guelph. Grut. et recentt. *in his armis tantam;* Cuspin. *in his tantam inesse armis violentiam.* 'Neglectum illud *armis* usque ad Grut. et mox post *vincendus* insertum, quod retinuit Rivin. Præstat cod. sequi Guelph. *tantam inesse,* sed tum scribendum foret *violentiæ.*' Arntz. Mox, Rhenan. Steph. Livin. Rivin. 1. *ut ea vincendus;* Bertin. Cuspin. *ut ea et;* Mœrl. et Guelph. *ut in eam;* Grut. Rivin. 2. Paris. Patarol. Cellar. Jæger. *ut et vincendus;* et sic conj. Acidal. 'Propter codd. mihi legendum videtur *ut ea,* vel *in ea.*' Arntz. 'Lege *nimis fideret.*' Acidal. *at superaturus* Guelph.

CAP. XXV. 1 *Quid ergo* Guelph. *quod cum apud* Vet. Putean. *quod quum apud* Guelph. Pro *vi sua tutior,* edd. vett. habent *visu astutior.* Vide Nott. Varr.—2 Pro *fugiunt,* Acidal. conj. *fugiant.* Guelph. et Bertin. *miseræ timiditati;* Mœrl. *rigidæ timiditati.*—3 Rhenan. Steph. Livin. Grut. Paris. Patarol. Cellar. *freta* pro *referta;* sed hoc servant Vet. Putean. Gud. &c. *refecta* Mœrl. *in manibus* ed. Venet. Puteol. Steph. Rhenan. Vide Nott. Varr. *cladem accepisset* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. 1. 2. al. vett. *clades accepisset* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Guelph. Mœrl. Exc. Schonhov. cum edd. Grut. Paris. Patarol. Cellar. Jæger. &c. *metu cunctatior* Rhen. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *metu cautior* Vet. Putean. Vatican. Vet. Livin. Bertin. Guelph. Cuspin. Grut. et recentt. *ratione fidelior* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. 1. *r. felicior* Vet. Putean. Vatican. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Exc. Schonhov.

NOTÆ

[a] *Apud Brixiam*] Brixia urbs Italiæ, in Cenomanis, olim sub ducibus Mediolanensibus, nunc ditionis Venetæ, *Bresse.* Ad Orientem habet Veronam, ad Meridiem Bergomum; ad Occasum Cremonam et Mantuam.

[b] *Quam vi sua tutior* [*visu astutior*] Lege cum Livineio, *quam vi sua tutior.*

[c] *Verona*] De Verona supra Paneg. IX. cap. 1. *Verone.*

Aderat quidem Ruricius, experientissimus belli, et tyrannicorum ducum culmen. Per tota admodum mœnia magna vis hominum; et apud Brixiam plerique jam fracti. Ut in corpore, cum aliqua pars ægra est, valetudo omnis contaminari solet; sic illius multitudinis portio, malo affecta, totum exercitum timoris contagio dissiparat. 5. Quam faciles lapsus infirmitas habet, cum eam intempestiva movet audacia,[c] cum sæpe alias, tum maxime in illa obsidione perspectum est. 6. Clausi impetum faciunt, et, qui se aliquamdiu latendo a morte defenderant, facta pugnandi causa, pœnas eruptionis temerariæ pependerunt. 7. Idemque Ruricius, magna suorum clade, rejectus in mœnia, spe jam lassa, et adhuc mente vesana, cum se Verona proripuisset, novos eodem egit exercitus, et, præcipitante jam die,[d] bellum non detractavit, pugnæ avidior quam salutis. Sed eum exitus[e] magis, quam merita fefellerunt. Nam furorem mors domuit, quem non potuerat nec considerati ratio,[f] nec victi formido sanare.

[c] *Quam facile concideret imbecillitas, cum alieno tempore sese audacius extulit.*

Guelph. Cuspin. Grut. et recentt.—4 ' Livin. in textu, *expedientissimus*; vitiose.' *Jæger.* *experientissimus* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. alii codd. et edd. ' *tyrannorum ducum culmen* Mœrl. minus recte.' *Jæger.* Sic quoque Guelph. Mox, *sed apud Brixiam* conj. Livin. et Acidal. receperunt Cellar. et Patarol. '*fracti at ut* Exc. Lang. forte, *atque*.' Livin. ' Forte, *male affecta*.' Idem. Acidal. conj. *totum in exercitum timoris contagia dissiparat.* Verba a *contagio dissiparat* usque ad *audacia* desunt in Guelph.—5 Bertin. Grut. Paris. Cellar. Patarol. al. *infirmitas haberet*; Rhenan. Steph. Livin. Rivin. 1. 2. al. vett. *infirmitas habet*; Cuspin. *infirmitas ħet*, i. e. *habet.* Mox, *movit audacia* edd. ante Arntzen. qui e codd. Putean. et Bertin. recepit *movet.* ' Guelph. *in illa prospectum est, omisso obsidione*; male.' *Arntz.*—6 Bertin. et Exc. Lang. *pugnandi copia.* Vide Nott. Varr.—7 Exc. Lang. *sed adhuc*; et sic conj. Acidal. *et adhuc* Guelph. Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. *Veronam* edd. vett. *Verona*, e conjectura Livineii, receperunt Cellar. Patarol. Jæger. *cogit exercitus* Vet. Livin. unde Livineius conj. *coëgit.* Mox, *detrectavit* edd. ante Arntz. qui e cod. Guelph. restituit *detractavit.* Deinde idem Guelph. *Sed e. exercitus magis, &c.* Postremo, *potuerat considerati* Rhenan. H. Steph. Puteol. Rivin. 1. *p. nec considerata* Bertin. *p. nec considerati* Vet. Livin. Guelph. cum edd. recentt.

NOTÆ

[d] *Præcipitante jam die*] Inclinante. Virg. Æn. II. 8. ' Et jam nox humida cœlo Præcipitat.'

[e] *Sed eum exitus*] Sciebat Ruricius quid sua audacia mereretur, at bonum tamen prælii exitum sperabat, in quo deceptus est, sicque eum exitus magis, quam merita fefellerunt.

CAP. XXVI. 1. O nox illa æternis sæculis, monumentisque mandanda! cum, spissis tenebris quidem congressis,[g] Fortunæ totum liceret, tu tamen, Imperator, non intutior tempore, quam Deo tectior, sævissimo hosti multus instares,[h] et, libertate cædis exultans, donum noctis duceres, quod pugnantem nemo servaret.[d] Per infestas acies interritus vadis, densissima quæque perrumpis, dejicis, proteris. 2. Mortis decus perdunt, quos ignoratus affligis,[i] nisi quod te ipsa vis tua cogit agnosci. Nihil enim te permovent tubarum fractæ voces, horrendus militum clamor, permissa casibus vulnera, illisi cominus gladii, cadentium graves gemitus, arma late strepentia, et in unum quendam sonitum diversi fragoris acta confusio, quod hæc omnia aut virtus negligit, aut ira non sentit.[e] 3. Nox ipsa, justissima bellantibus causa terroris, vehementiorem te agendis stragibus fecerat. Quod solum enim virtutis tuæ impedimentum est, miserationem tenebræ non habent:[j] ut intelligi liceat, quantum illo in bello vis tua perfecerit, pie-

[d] *Putares te a nocte beneficii loco accipere, quod nemo te observaret dimicantem.*
[e] *Aut virtus spernit, aut militaris æstus ac fervor ne sentit quidem.*

CAP. XXVI. 1 *O nox illa externis* Guelph. *spiris tenebrisque congressus* Mœrl. Puteol. Cuspin. Rhenan. H. et P. Steph. Livin. Rivin. Vide Nott. Varr. *adeo tectior* Cuspin. Livin. P. Steph. *a deo tectior* Rhenan. Rivin. 1. *Deo tectior* Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Mœrl. Guelph. cum edd. Grut. et recentt. *inultus instares* Livin. et P. Steph. *multus instares* Vet. Livin. Cuspin. Rhen. al. Vide Nott. Varr. *quæque prorumpis* Puteol. Cuspin. Rhen. Steph. Livin. Rivin. *q. perrumpis* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Guelph. Grut. et recentt.—2 Pro *permissa*, nonnulli ap. Rhen. *permixta*. Guelph. *cadentum graves*.—3 Bertin. Exc. Schon. et Cuspin. *tenebræ non habebant*. Guelph. *vis tua*

NOTÆ

[f] *Considerati ratio*] Nec circumspecti, aut prudentis ratio, nec formido quæ in viros cadere interdum solet.

[g] *Spissis tenebris quidem congressis* [*congressus*] Id est, certaminis mox 'fortunæ totum liceret,' id est, eventus omnis penes fortunam esset. Ita autem locum interpretum omnium judicio depravatissimum emendandum puta pro *spiris tenebrisque*, ut extat in vulgaribus editionibus.

[h] *Instares*] Lege *instare*, et mox *ducere*.

[i] *Quos ignoratus affligis*] Nesciunt enim se invicta manu tua perire.

[j] *Miserationem tenebræ non habent*] Quia enim noctis tempore non videtur strages, non est miserationi locus

tate non retenta, ut majestate secura.[f] 4. Prælio vix multa nocte confecto, fessus cædibus, anhelus ex bello, cruore oblitus, sed hostili, ad obsidionis vigilias[k] recurrebas. 5. O fortuna! o præpotens Roma! quam tu umquam gratiam pro tantis his laboribus referes? Nisi quod indulgentissimus Princeps, tanquam hoc ipsum tibi debeat, eo cariorem habet, quo majore labore servavit.

Cap. xxvii. 1. Et, quoniam me ad urbis commemorationem fors quædam intulit, non rerum ordo deduxit, neque revocare inde orationem fas est, quo jamdudum contenta veniebat,[g] prætereo te, Aquileia,[l] te, Mutina,[m] ceterasque regiones, quibus, propter insecutas incredibilium bonorum commoditates,[h] gratissima fuit ipsius oppugnationis injuria. 2. Senserunt enim, translatis ad fortissimum Principem fortunarum suarum gubernaculis, quam facile omnia ad salubrem cursum redirent,[i] quæ ita deferebantur, ut mox aut malorum omnium scopulis illiderentur, aut miseriarum vadis adhærescerent. 3. Prætereo, inquam, et hæc, et alia complura, quorum est et singillatim onerosa moles, et omnium simul acervus onerosior. 4. Nam, quæ diducta ferre nequeas, his congregatis subire, spei importunioris

[f] *Cum pietas tua nulla re moveretur, et majestas esset in tuto.*
[g] *Quo jampridem contento cursu properabat.*
[h] *Ob ea quæ consecuta commoda sunt.*
[i] *In florentem statum restituerentur.*

præfecerit . . . ut majestate; vulgg. *et majestate.*—5 *O fortunata* conj. Acidal. Mox, *tu* deest in Rivin. 1. 2. *tantis laboribus* Livin. et P. Steph. *tantis his laboribus* Vet. Livin. Cuspin. alii codd. et edd. *quo magis labore* Guelph. et Mœrl.

Cap. xxvii. 1 Livin. et Patarol. *sors quædam;* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. al. *fors quædam.* Livin. Steph. Cuspin. *revocare orationem;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Guelph. Grut. et recentt. *revocare inde orationem.* Guelph. *Aq. te Motina.* Rivin. 1. 2. *gravissima fuit.*—2 Pro *deferebantur,* Acidal. malit *ferebantur.*—3 Edd. ante Arntz. *sigillatim;* Guelph. *singillatim.* Vid. supr. xviii. 1.—4 Guelph. ut sæpe, *iis congregatis.*—5 Bertin. Grut.

NOTÆ

[k] *Ad obsidionis vigilias*] Vox *vigiliæ* videtur hic sumta pro iis ipsis, qui erant in excubiis.

[l] *Aquileia*] Carnorum metropolis ad oram Maris Adriatici. Emporium olim celeberrimum, *Aquilée.*

[m] *Mutina*] Urbs olim Galliæ togatæ, nunc Italiæ, inter Forum Lepidum ad Occasum 15. et Bononiam ad Ortum 20. mill. pass. distans. *Modène.*

est, quam fiduciæ promtioris.[j] 5. Recuperata igitur Italia, hic primus fuit liberandæ urbis gradus, et ad victoriam facilis accessus, quod illum, semper exedendæ urbis visceribus inhærentem, ex assuetis latebris vis divinitatis excussit. 6. In quo quidem tantum momenti fuit ad perficiendæ rei facilitatem, ut non tam gloriandum sit virtuti tuæ, præstantissime Imperator, quod eum viceris, quam gratulandum felicitati, quod ad pugnam potueris evocare.

Cap. XXVIII. 1. Non enim casu, non fiducia factum putemus, ut ultro etiam exercitum educeret adversum eum, cujus adventus stridorem ipsum perhorresceret, nisi animum, jam metu devium,[k] infestior Deus, et pereundi maturitas perpulisset: quod ipsa ratio disponendi exercitus docuit illum mente perdita, implicatoque consilio, cum eum pugnæ locum caperet, ut, interclusa fuga, moriendi necessitatem imponeret, cum spem victoriæ non haberet. 2. Quod quidem Imperatori nostro optandum largiter fuit,[l] qui hoc uno maxime offenditur, si certamen lubricum faciat spes promta fugiendi.[m] Relaxaverit acies,[n] aut frons impulsa

[j] *Quæ et singulatim persequi difficile opus est, et difficilius cuncta simul coacervare. Nam quæ divisa portare non possis, eadem collecta humeris tollere, spei audacioris est, quam paratioris fiduciæ.*
[k] *Mentem jam pavore emotam.*
[l] *Cupiendum magnopere fuit.*
[m] *Si prælii dubium eventum faciat spes fugæ facilis.*

Baun. Cellar. Patarol. Jæger. *facilis ascensus;* Mœrl. Gud. Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. 1. 2. al. vett. *facilis accessus.* Vet. Puteani, *ex ædendæ;* unde ille *exedendæ*, quod servant Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Mœrl. Grut. et recentt. *excedendæ* Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett.—6 Puteol. Rhenan. Stephan. Rivin. 1. 2. *potius evocare;* al. ap. Rhenan. *evocaris;* Vet. Putean. Mœrl. Exc. Schonhov. Guelph. Livin. Grut. et recentt. *potueris evocare.*

Cap. XXVIII. 1 'Mœrl. *putamus:* male.' *Jæger.* 'Guelph. *non ultro:* male.' *Arntz.* Mox, *ipsum* deest in Guelph. *infestior* * *dem* Rhenan. et Steph. *infestior Dæmon* conj. Rhenan. 'Non absurde.' *Jæger.* *infestior Deus* Vet. Putean. Exc. Schonhov. Gud. Mœrl. cum reliquis edd. *quod ita ratio* edd. vett. Vide Nott. Varr. *cum spem v. non haberent* Guelph.—2 *Quid quod Imperatori* Rhenan. Steph. Rivin. 1. 2. *Quod quidem Imperatori* Vet. Putean. Guelph. Exc. Schonhov. Livin. et recentt. et sic conj. Acidal. *largitus fuit*

NOTÆ

[n] *Relaxaverit acies*] Si forte acies de pugnandi alacritate nonnihil remiserit, aut frons exercitus, &c.

titubaverit, fiducia manuum ad pedes migrat. 3. Non amas, Imperator, bella, nisi ferventem hostem in gradu suo præcisa fuga teneat,[a] ut aut ferro concidat, aut miseratione servetur. 4. Apud Tiberim igitur suos instruxit, sic ripæ locatos, ut ultimorum vestigia, præsagio quodam eventuræ cladis, unda fatalis allueret: ita vero multitudine suppeditante, ut ultra, quam visus agi posset, extenta acies pertineret:[b] 5. non quo frons[o] imbecilla, tractu invalido, decerneretur, sed tanta subsidiorum atque ordinum confirmatione, ut acies, non porrectior quam robustior, murum utrinque præberet: quod eam nec constipatio contraxisset, nec longitudo tenuaret.

Cap. XXIX. 1. Prætermittam hoc loco, Constantine maxime, disponendi militis tui miram incredibilemque rationem: hoc enim persequi[p] vellem? quem tenuisset locum cœlestis exercitus,[q] dicam? quanquam illos non arbitror stetisse nisi tecum. 2. Difficillimam enim pugnæ partem tibi deligis, et, tanquam pro fortunæ gradu modus virium

[a] *Adempta fugiendi ratio efficiat immobilem.*

[b] *Totam vero multitudinem efficiebat, ut ultra conjectum oculorum acies illa extenderetur.*

Guelph.—3 Pro *bella*, Acidal. conj. *prælia*.—4 ' Guelph. *suos instruit: non male.*' *Arntz.* *ut ultro* in eodem cod.—5 Livin. et P. Steph. *non frons;* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. ceteræque edd. omnes, *non quo frons.* Mox, *sed* deest in Guelph. *munerum utrinque* in eodem cod. *tenuerat* Livin. Rhenan. Steph. et Rivin. 1. *tenuaret* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Guelph. Cuspin. Grut. et recentt.

Cap. xxix. 1 Vet. Putean. *hic enim.* ' Nihil de eo quidem Gruterus: hoc est in Guelph.' *Arntz.* ' Ita lego, *hic enim p. vellem, q. tenuerit locum.*' Putean. ' Lege, *hoc enim p. vile. Quem tenuisse locum cælestes e. dicam? quanquam non illos.*' Acidal. ' Forte, *hoc enim p. si velim, cum, quem t. l. c. e. dicam.*' Schenck. Præf. tom. ii. ed. Jæger. *tenuerit* Exc. Schonhov. *dicam* deest in Exc. Lang. ' Mœrl. *exercitus* et *dicam*, puncto interposito, separat.' *Jæger.* Livin. emend. *persequi velle est, quem t. l. c. e. dicere;* quam emendationem in contextum recepit Cellar. Vide Nott. Varr. *non illos* edd. ante Jæger. *illos non* Vet. Putean. Bertin. Guelph.—2 Livin. et al. ante Arntz. *diligis;* Mœrl. Cuspin. Rhenan. Steph. Gud. *deligis.* Mox, *modus virtutum*

NOTÆ

[o] *Non quo frons*] Non quo frons exercitus latior esset, proindeque imbecillior; sed ita numerosus erat exercitus, ut latus esset, quamvis bene constipatus, et fortis robustusque, quamvis in longam lineam extensus.

[p] *Hoc enim persequi*] Forte, *hic enim, &c.* ut Grutero placet.

[q] *Cœlestis exercitus*] De quo supra cap. xiv. not. [d].

debeatur, ita inter tuos non vis principatu magis excellere, quam labore. 3. Cumulatissimum quidem Principis munus est, si manu cesset, non cessasse consilio; sed tu non segnior gerere, quam jubere,[p] simul exercitus tuos monitu regis, opere juvas, incendis exemplo. 4. Quod hic etiam facis promtius, quam in ceteris præliis, quod in præsenti erat tam ampla pugnæ merces, quam pugnator illustris, et statim Roma victoris. 5. Cujus rei cum imaginem cepi, dicturus horresco. Invadis primus aciem, solus irrumpis. Obumbrant[r] euntem telorum irriti jactus, sonat ictibus umbo securus. His, quos trabalis hasta dejicit, insultans ferus proterit.[q] Fulget nobilis galea, et corusca luce gemmarum divinum verticem monstrat. Auro clypeus, auro

[p] *Non tardior ad dimicandum, quam ad jubendum.*
[q] *Qui hasta valida dejecti sunt ex equis, eorum pedibus proteruntur.*

quædam edd. ante Arntz. *modus virium* Vet. Livin. Bertin. Gud. Puteol. Cuspin. 'quod restitui, quia sequenti *labore* convenit.' *Arntz.* *inter duos* Rhen. H. Steph. et Rivin. *inter tuos* Exc. Schon. aliique codd. et sic conj. Acidal. —3 '*Cum valentissimum* Mœrl. et Gud. mendose.' *Jæger.* *manu etiam cesset* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *etiam* deest in Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Guelph. Grut. et recentt. 'Sic puto legendum, *si manu cesset, non cessare etiam consilio.*' Putean. Vide Nott. Varr. *monito regis* Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. 'Minus recte.' *Jæger.* *monitu regis* Cuspin. Grut. et recentt.—4 *Roma victoriis* Puteol.—5 'Inquinata est lectio edd. antiquiorum. Cusp. habet, *his quos trabalis hasta dicit insultans secus proterit.* Rhen. et Steph. *sonat ictibus umbo, securus his quos cum trabalis hasta dejecit, insult. fer. prot.* Livin. *His quos cum tr. h. dejicit, &c.* Rhenanus emendabat, *umbo, securus ab his.* Acidalius turbantes voculas *his cum* ejectas voluit; eique accedit Gruterus; qui præterea monuit, abjici etiam posse illud *hos*, tanquam assutum a librariis. Τὸ *cum* abest a cod. Liv. Bert. Lang. Put. Mœrl. et edd. Francof. Paris. Cellar. Pat. Eædem editiones præferunt *hos*, quod sumtum est ex Lang. Antiquiores, itemque cod. Put. et Mœrl. *his*, quod, ante *quos* positum, non tam insuave accidit auribus, quam illud, et cum *insultans* commode jungi potest, et non immerito probatur Puteano, qui ingeniosam quoque addit conjecturam, *sonat ictibus umbo, securus is. Quos tr.* τὸ *is* vel, tanquam pronomen, ad *umbo* referri, vel pro 2. pers. verbi 'ire' haberi potest. Sed profecto mallem cum Grutero prorsus *hos* et *his* abjicere; solent enim librarii ejusmodi pronomina sæpe intrudere; cujus rei plurima affert exempla Cort. ad Sallust. v. g. Cat. XIII. 2. et alibi. Τὸ *dejicit* cum Liv. posteriores exhibent. Ceterum, notanda est vitiosa, et hiulca simul et glossemate deformata lectio cod. Put. *securis his quos trabalis equus, &c.*' Jæger. Vide Nott. Varr. *dejecit* Vet. Livin. Guelph. Rhenan.

NOTÆ

[r] *Obumbrant*] Ὑποτύπωσις Constantini acriter in acie confligentis.

arma collucent. 6. O quantam vim possides, virtus, quæ in hoc habitu plus terroris præferas, quam decoris! Secuti hunc ardorem fortissimi milites, et dignos se ductu ejus, imperioque testati, sic viritim laboraverunt, quasi summa res singulorum manu teneretur.

CAP. XXX. 1. Non commemorabo hic tectas continuis stragibus ripas, non oppletum acervis corporum Tiberim, et inter congestas alte cadaverum moles ægro nixu, ac vix eluctantibus gurgitibus exeuntem; quodque illum ipsum tyrannum non mors virilis, sed fuga turpis prodidit, et digno ignaviæ [s] et sævitiæ exitu fluctus sanguinei necaverunt. 2. Perstringi hæc satis est, quod etiam pridie [t] prolixius mihi dicta sunt, neque pro dignitate exequi copia est, et ne pugna, raptim gesta, diutius narrata, quam confecta, videatur. 3. O si nunc mihi facultas daretur sermonis pro rerum dignitate figurandi! adhiberem omnes flosculos, et abuterer exquisito quodam lepore, ac venustate dicendi. 4. Jam strepitus Martii, jam tubarum sonores festivis vocibus, et resultanti favore mutantur. Dicen-

' Guelph. vitiose, *secus proterit.*' Arntz.—6 Voc. *præferas* deest in Guelph. *manu niteretur* Cuspin. Grut. et recentt. *m. teneretur* Gud. Rhenan. Puteol. Steph. Livin. Rivin. 1. 2.

CAP. XXX. 1 Bertin. *ægro nisu.* Guelph. *exeuntemque....non morum virilis.* Edd. ante Arntzen. *et dignum ignaviæ;* Vet. Putean. et Gud. *et digno ignaviæ.* Guelph. *et sævitiæ exiens.*—2 Edd. vett. *quod et pridie;* Mœrl. Vet. Livin. Guelph. *quod etiam pridie;* Livin. conj. *et quod jam pridem; τὸ pridem* placuit etiam Acidalio ac Baunio, receptumque in textum est a Cellario.—3 ' Mœrl. mendose, *dignitate perorando.* Vitiosius adhuc Gud. *exequi copia est perorandi adhiberem.*' Jæger. ' *vetustate dicendi* Puteol. Rhenan. Rivin. 1. *venustate* jam dedit H. Steph. et ita Guelph. et Exc. Schonhov. recte. Cf. Cic. de Orat. I. 31.' *Arntzen.*—4 Rhenan. H. Steph. Rivin. Puteol. *sonores festus et resultanti;* Livin. P. Steph. *sonores, festis vocibus;* Guelph. *soni festis;* Vet. Putean. Mœrl. *festis;* Cuspin. Exc. Schonhov. Grut. Paris. Cellar. Patarol. Jæger. *sonores festivis vocibus, et, &c.* ' In Mœrl. pro *resultanti,*

NOTÆ

[s] *Digno*[*dignum*] *ignaviæ*] Ita restitui ex veteri codice, post Acidalium et Livineium, pro *dignum ignavia.*

[t] *Quod etiam pridie*] Lege, cum Acidalio et Livineio, *pridem,* pro *pridie.* Ex hoc vero loco, itidem et ex styli affinitate Claud. Puteanus inducitur ad credendum, hunc et superiorem Panegyricum esse Nazarii. In quo ei admodum assentior: recte enim quod hoc in loco ait Nazarius, ad nonum Panegyricum videtur pertinere, ubi Maxentii clades fuse describitur.

dus in urbem ingressus est Imperatoris; et, in exprimendo senatus populique Romani maximo gaudio, ingrata, nisi et ipsa lasciviat,[a] oratio. 5. Nullus post urbem conditam dies Romano illuxit imperio, cujus tam effusa, tamque insignis gratulatio aut fuerit, aut esse debuerit; nulli tam læti triumphi, quos annalium vetustas consecratos in literis habet.

CAP. XXXI. 1. Non agebantur quidem ante currum vincti duces; sed incedebat tandem soluta nobilitas. Non conjecti in carcerem barbari; sed deducti e carcere consulares.[a] Non captivi alienigenæ introitum illum honestaverunt, sed Roma jam libera. 2. Nihil ex hostico accepit, sed se ipsam recuperavit: nec præda auctior facta est, sed esse præda desivit, et, quo nihil adjici ad gloriæ magnitudinem potest, imperium recepit, quæ servitium sustinebat. 3. Duci sane omnibus videbantur[b] subacta vitiorum agmina, quæ urbem graviter obsederant. Scelus domitum, victa perfidia, diffidens sibi audacia, et importunitas catenata; furor vinctus, et cruenta crudelitas inani terrore frendebant: superbia atque arrogantia debellatæ, luxuries coër-

[a] *Liberius exultet.*

mendose legitur *refulti.*' Jæger. *Dicendus est in urbem ingressus* Livin. et P. Steph. *Dicendus in urbem ingressus est* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. *lascivit oratio* Vet. Livin.—5 Guelph. *Nullus p. conditam urbem d. R. illusit* ... *tanta effusa, &c.* Vid. sup. III. 7.

CAP. XXXI. 1 Puteol. Rhenan. H. Steph. Rivin. 1. *ante carrum;* Guelph. Livin. Grut. et recentt. *ante currum.* Livin. conj. *educti e carcere;* quam conjecturam receperunt Baun. et Jæger. Pro *consulares*, Mœrl. habet *Coss.* —2 Guelph. *Nil ex hostico* ... *nil adjici, &c.* Mox, *magnitudinem majus potest* Cuspin. Grut. Paris. Cellar. Patarol. Jæger. τὸ *majus* deest in codd. Putean. Livin. Guelph. Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. 1. 2. 'Quare abire jussi.' *Arntz.*—3 Guelph. *omnibus videbamur.* 'Vet. Livin. *subjecta v. agmina:* male.' *Jæger.* 'Guelph. *gravem obsederant:* male. Cf. Livin. ad Incert. Constant. XIV. 5.' *Arntz.* *dissidens sibi* Rivin. 1. 2. Pro *catenata*, Livin. conj. *catenatæ.* Rivin. 1. 2. *furor victus.* Guelph. *cr. victoris crudelitas.* Rhen. Steph. Cuspin. Livin. Rivin. 1. *frendebat;* Guelph. Vet. Putean. Vet.

NOTÆ

[a] *Deducti e carcere consulares*] Huc pertinet illud Prudentii adversus Symmach. I. 552. ad Romam: 'Cum te pestifera premeret Maxentius aula, Lugebas longo damnatos carcere centum, Ut scis ipsa, patres.'

[b] *Sane omnibus videbantur*] Triumphalis Constantini post cæsum Maxentium in urbem ingressus.

cita, et libido constricta nexu ferreo tenebantur. 4. Sequebatur hunc comitatum suum tyranni [c] ipsius teterrimum caput; ac, si qua referentibus fides est, suberat adhuc sævitia, et horrendæ frontis minas mors ipsa non vicerat. 5. Jaciebantur vulgo contumeliosissimæ voces. Nam et ludibriis oppressoris sui auspicari libertatem juvabat, et, mira cum voluptate, conceptus e vita terror, insultatione interitus, obterebatur.[b]

Cap. XXXII. 1. Quis triumphus illustrior? quæ species pulchrior? quæ pompa felicior? 2. Dicam itaque, Imperator, quo uno satis mihi videor divinam gloriam tuam significaturus. Quot in illo turpitudinum notas extinxeras, tot in te laudum infulæ refulserunt. 3. Fraudari indulgentissimus Princeps ea gratia neminem voluit, quo minus omnia, quo [d] odium ejus pervaserat, spectaculum tyrannici funeris expiaret. 4. Ubique jam quidem lætitiam

[b] *Et insultando cæsum Maxentium, obterebant metum, quem conceperant eo vivo.*

Livin. Grut. et recentt. *frendebant.*—5 *Injiciebantur* edd. omnes ante Arntz. *Jaciebantur* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. et Guelph. Mox, *Nam et laudibus o. s. a. l. juvat* Guelph. ‘ Rhenan. Steph. corrupte, *et mira voluntate conceptus e vita terroris insultatione interritus obterebatur.* Corrupte etiam Gud. *contemptus evicta terroris.* Rhen. in margine annotat, legendum videri, *mira voluptate conceptus e vita terror ins. &c.* et sic edidit Livineius. Verum hoc, nescio qua de causa, non convenire censet Acidalius, et *varietate*, vel *vicissitate* substituit. ‘ Non equidem invideo, miror magis.’ Gruterus dicit, ‘ Livineium asterisco locum damnasse, tanquam minus integrum: sed nihil tamen ei deesse, si penitius introspiciatur, itaque se notam illam sustulisse.’ Bene: nota nimirum illa indicat, deesse particulam *cum*, conspiciendam in cod. suo (Liv.) Bert. et Cusp. quibus et Schonh. Put. Mœrl. addendi; eamque deinde Gruter. cum Paris. Pat. et Cellar. recte textui inseruerunt. Lectionem, quam nos cum posterioribus hisce editoribus exhibemus, emendatam, jam invenimus in exemplo Cusp. a quo h. l. diversus abit Schonhov. relinquens *terroris.*’ Jæger. Vide Nott. Varr. *interritus* Puteol. Rhenan. Steph. et Rivin. *interitus* est ex conjectura Rhenani.

Cap. XXXII. 2 Guelph. *turpitudinis notas*, quod in margine probabat Cortius. *laudum insulæ* H. Steph. *reluxerunt* Guelph.—3 *Princeps nemo voluit* edd. vett. *Princeps e gratia neminem* Puteol. Cuspin. Exc. Schonhov. *Princeps ea gratia neminem* Vet. Livin. Rhenan. *quo minus omnis, quæ* quidam ap. Rhenan. *quo minus omnis, quo* Rhenan. Steph. Rivin. 1. *quo minus omnia, quam* Cuspin. Exc. Schonhov. Vide Nott. Varr. *persuaserat* Guelph. Puteol. P. Steph.

NOTÆ

[c] *Tyranni*] Maxentii.

[d] *Omnia, quo*] Malim *qua*, ut Bongarsio placet; vel, *omnes quos*, ut vult Acidalius.

gestæ rei diffuderat Fama velox, et ad celeritatem nuntii pennata Victoria; insequebatur tamen uberiore cum gaudio ipsius rei fructus, quod ad animum languidius accedunt,[e] quæ aurium via manant, quam quæ oculis hauriuntur. 5. Itaque tanti per Italiam concursus hominum excitabantur, tantæ ex oppidis effusiones, ut facile anteacti terroris testificatio in præsenti exultatione luceret.[f] 6. Pari studio missum ejusdem tyranni ad permulcendam Africam caput, ut, quam maxime vivus afflixerat,[g] laceratus expleret. Et, nondum satis tempestivo mari,[h] affuerunt tamen navigantibus felices auræ, et fluctus secundi, beatissimamque victoriam ipsa etiam elementa juverunt. 7. Caput, in quo titulus tantæ laudis circumferebatur, reddidit Tiberis, prosecuti sunt venti, maria servarunt. 8. Quonam modo te, potens Africa, quanto lætitiæ fremitu, quam insolenti voluptate jactasti! nihil quippe est immoderatius, quam, post longam tristitiam, repens gaudium. Impetu suo fervet; nec, ut primum liberum, continuo defæcatum, statim purum est.

Rivin. *pervaserat* Juret. Acidal. Livin.—5 ‘ Guelph. *testificatoi præsenti*, i. e. *testificationi*, deleto *in*.’ Arntz. Pro *luceret* Acidal. malit *eluceret*.—6 Ed. Livin. *tyranni permulcendam*, omissa præpositione. *quam maxime unus* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *quam m. vivus* Vet. Putean. Bertin. Exc. Lang. Mœrl. Guelph. Grut. et recentt. et sic conj. Acidal. Pro *nondum satis*, Jæger. malit *non satis*, vel *non amplius*.—8 Livin. conj. *te voti potens, &c.* ‘ Guelph. *quantæ lætitiæ*. Vulgatum magis convenit sequenti *quam insolenti*.’ Arntz. *insolenti voluntate* Cuspin. Rhenan. Steph. Rivin. *insolenti voluptate* Guelph. et sic emend. Livin. et Acidal. *tepens gaudium* Rivin. 1. *recens gaudium* Arntzen. pater. Rhenan. et Steph. *gaudium impetu, &c.* Acidal. *gau-*

NOTÆ

[e] *Languidius accedunt*] Horat. ‘ Segnius irritant animos demissa per aures, Quam quæ sunt oculis commissa fidelibus.’

[f] *Luceret*] Forte *eluceret*. Acidal.

[g] *Vivus afflixerat*] Paneg. IX. c. 16. ‘ Quippe omni Africa, quam delere statuerat, exhausta.’ Cur autem Maxentius in Africanos tantopere exarserit causam affert Zosimus l. II. ‘ quod perlatam in Africam ejus imaginem Africani milites prohibuissent circumferri; et quod insuper Alexandro favissent, qui ex præfecto prætorio imperatoriam purpuram induerat; quo per Volusianum interfecto, quotquot in Africa vel genere vel opibus præstabant, veluti Alexandri partium sectatores, aut necabantur, aut bonis spoliabantur.’

[h] *Nondum satis tempestivo mari*] Maxentii enim clades in VIII. Kal. Octobris incidit.

9. Nam ut fistulæ, cum diu interseptæ sunt, exitu dato, quo largiores, eo crassiores aquas evomunt; sic vota hominum, metu interclusa, turbide aliquid egerunt, cum cumulata ruperunt.[c]

CAP. XXXIII. 1. Hæ victoriarum gratulationes. Nec minus uberes fructus reliquarum virtutum fuerunt. 2. Implicatam quidem, atque obsitam urbem gravissimis malis, evolverunt indefessa vis, atque eximia fortitudo: sed quantum[i] boni prudentia excogitavit, benignitas et clementia contulerunt. 3. Quorum quid magis juverit, difficilis æstimatio est. Nam ut calamitate obsessis finis est voti miseria liberari, ita mox vacuitas miseriarum parum grata est, nisi lætitia consequatur. 4. Ita pro se quæque[j] officiis suis functæ, fortitudo et liberalitas Imperatoris, cumulatissimam urbis beatitudinem, exhauriendis malis,[k] et congerendis commodis, reddiderunt. 5. Facilior quidem, et

[c] *Nec statim atque licitum est gaudere, continuo purum atque expurgatum est. Nam ut tubi, cum longum clausi fuere, aperto meatu, quo crassiores, eo magis turbidas aquas evomunt; sic vota hominum timore suspensa aliquid tumultuosum præ se ferunt, ubi pleno cumulo eruperunt.*

dium, quod impetu suo, &c.—9 Cuspin. Grut. Paris. Patarol. *cum diu intercepta sunt;* Puteol. Rhenan. Steph. Livin. al. ante Grut. *cum vi diu intercepta sunt;* Mœrl. *interreptæ;* Vet. Livin. *interseptæ;* Bertin. et Cuspin. delent vocabulum *vi*. Vide Nott. Varr. *turbidi a. egerunt* conj. Livin. *eruperunt* Exc. Lang. Grut. Patarol. Paris. Cellar. et Jæger. *ruperunt* Guelph. Puteol. Rhenan. Cuspin. Steph. Livin. Rivin.

CAP. XXXIII. 2 Pro *contulerunt*, Guelph. habet *intulerunt*.—3 *Quorum quid magni* Puteol. Rhenan. Steph. Rivin. *Q. q. magis* Vet. Putean. Guelph. Exc. Schonhov. al. ap. Rhenan. item Livin. Grut. et recentt. *Nam et* edd. ante Arntz. qui ex codd. Mœrl. et Guelph. restituit, *Nam ut, &c.* Guelph. Puteol. Rhenan. Cuspin. Steph. Livin. Rivin. *facultas miseriarum;* Exc. Lang. Grut. et recentt. *vacuitas miseriarum;* et sic conj. Divæus et Acidal. —4 *Itaque pro se* conj. Acidal. *urbis* deest in Guelph. *exhaurienda* edd. ante Jæger. qui e Vet. Putean. Gud. et Mœrl. recepit *exhauriendis malis;* al. ap. Rhenan. et Acidal. *exhauriendo;* Livin. conj. *et miseria exhaurienda;* Acidal. *exhaurienda calamitate,* vel *miseria.* 5 Mœrl. *et congregandis,* quod mi-

NOTÆ

[i] *Sed quantum*] Sed quantum ad splendorem urbis contulit Imperatoris prudentia, dum ejus liberandæ rationes comminiscitur; tantum, &c.

[j] *Pro se quæque*] Simile est illud Virg. Æn. XII. 552. 'Pro se quisque viri summa nituntur opum vi.' Piget plura ejusmodi exempla proferre.

[k] *Exhauriendis* [*exhaurienda*] *malis*] Adde *calamitate*. Nam sine hac voce, quæ nescio quomodo excidit, mutilus est sensus.

multo proclivior lædendi, quam commodandi, semper est via; vulnerare integrum, quam sauciato mederi; dissipare apta,[l] quam divulsa componere: cessit tamen hæc rerum conditio Principi nostro. 6. Nam quicquid mali sexennio toto dominatio feralis inflixerat, bimestris fere cura[m] sanavit. Sanavit dico? Redintegratio status pristini permulcendo dolori satis est, non etiam arcessendæ[n] gratulationi?[d] nec amplius postules, quam ut eum sui non pœniteat, qui solita diligentia non modo[o] id egit, ut, recuperatis, quæ amiserat, non doleret, sed etiam ut novorum adeptione gauderet. 7. Prætereo privatim reddita omnibus patrimonia, quos illa monstruosa labes extorres domo fecerat;

[d] *Quid dico sanavit? restitutio in pristinum statum sufficit ad leniendum dolorem, non ad invitandam lætitiam?*

nus probum est.' *Jæger.*—5 Puteol. Rhenan. Stephan. Rivin. *quam commorandi;* Guelpherb. Livin. Gruter. et recentt. *quam commodandi:* 'recte.' *Arntz.* *dissipare; rapta* edd. vett. *d. reperta* Vet. Livin. *d. reperta, quam reperta componere* Mœrl. *d. rupta* conj. Acidal. *d. apta*, Livineii conjecturam, recepit Jæger. *rerum hæc* edd. ante Arntz. *hæc rerum* Guelph. et Vet. Putean.—6 Rhenan. Stephan. Rivin. *inflexerat;* Vet. Putean. *infixerat.* Guelph. *dolores.* Edd. ante Arntz. *non et arcessendæ.* 'Lege, *accersendæ*, vel *accendendæ gratulationi, nec, &c.*' Acidal. *non etiam accersendæ* Guelph. *non etiam arcessendæ* Vet. Putean. Bertin. Mœrl. *amplius postulet* conj. Acidal. '*Qui solita diligentia*] Scriptura h. l. non minus turbata est, quam interpretatio. Cusp. habet, *nec amp. p. q. ut eum s. n. pœniteat, q. solita non modo id egit, ut r. q. a. n. d. sed etiam, ut novorum adeptione gauderet.* Ita quoque codd. Liv. Bert. Put. itemque Schonhov. excepto, quod hic pro *solita* præfert *solito.* Rhen. Steph. Liv. *pœniteat, qui solitario modo id egit, &c.* et sic etiam Grut. et Paris. prior. Porro Pat. et Cellarius, *pœniteat, qui non solummodo id egit, u. r. q. a. n. doleret, sed etiam n. a. gauderet.* Addita est hæc Cell. nota: 'Scriptum erat, *qui solitario modo.* Sed necessarium *non* Gruterus agnovit: *solum* addidit Livineius.' Hæc lectio vera esse nullo modo potest, et sententiæ aperte repugnat. Cod. Mœrl. et Gud. *qui solita diligentia non modo id egit, ut, r. q. a. n. d. sed etiam, ut dolorum adeptione g.* Quæ corrupta esse et interpolata, facile intelligitur.' *Jæger.* Vide Nott. Varr. Mox, *dolorum adeptione* Mœrl. et Guelph. *novorum adoptione* Guelph. a m. sec. Livin. Rivin. 2. et Jæger.—7 Edd. vett. *monstrosa labes;* Guelph. et Pat. *monstru-*

NOTÆ

[l] *Dissipare apta* [*rapta*] Alii legunt *dissipare parta.*

[m] *Bimestris fere cura*] Videtur Constantinus Romæ duos menses ad componenda omnia commoratus, indeque Mediolanum, ac post in Germaniam concessisse.

[n] *Non etiam arcessendæ*] Nonne satis erit ad gratulationem imperatori nostro merendam?

[o] *Solita d. non* [*solitario*] *modo*] Pro eo quod est *solummodo*, vox posterioris ævi.

prætereo, inquam, quia vix sufficit oratio, facta publicitus explicare: quanquam, cum ex singulis sit* coagmentata respublica, et quicquid in eam confertur, ad omnes pro portione permanat, et vicissim necesse est, quod singillatim omnes adipiscuntur, in commune reipublicæ redundare.

CAP. XXXIV. 1. Jam illa vix audeo de tanto Principe commemorare, quod nullam matronarum, cui forma emendatior fuerit,[p] boni sui piguit;[q] cum sub abstinentissimo Imperatore species luculenta non incitatrix licentiæ esset, sed pudoris ornatrix. 2. Quæ sine dubio magna, seu potius divina laudatio, sæpe in ipsis etiam philosophis, non tam re exhibita, quam disputatione jactata est. 3. Sed remittamus hoc Principi nostro, qui ita temperantiam ingenerare omnibus cupit, ut eam non ad virtutum suarum decus ascribendam, sed ad naturæ ipsius honestatem referendam arbitremur.[r] 4. Quid? faciles aditus, quid? aures

* *Quia par non est oratio commemorandis, quæ populo attribuit, beneficiis, Quanquam cum ex singulis constet, &c.*

---

osa, quod revocavit Arntz. *facta publiciter* Puteol. Rhen. H. Steph. et Rivin. *facta publice* Livin. et P. Steph. *facta publicitus* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Exc. Schonhov. Guelph. Cuspin. Grut. et recentt. *quanquam ex singulis* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *quanquam, cum ex, &c.* Vet. Putean. Vet. Livin. Mœrl. Guelph. Grut. et recentt. *sint augmenta reip.* Rhenan. Rivin. 1. *sint augumenta reip.* Puteol. Livin. P. Steph. *sit augmentata resp.* Vet. Livin. Rivin. 2. *sit coagmentata resp.* Bertin. Exc. Lang. Cuspin. Exc. Schonhov. Mœrl. Grut. et recentt. *argumentata* Guelph. *conferatur* Livin. P. Steph. Rivin. 1. *confertur* Guelph. Mœrl. Exc. Schonhov. Vet. Putean. Vet. Livin. Puteol. Cuspin. Rhen. Grut. aliique omnes. Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. 1. 2. aliæ vett. *id omne;* Acidal. conj. *in omnes;* Vet. Putean. Guelph. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Mœrl. Francof. Parisienses, Patarol. Cellar. Grut. Baun. Jæger. *ad omnes.* Edd. vett. *proportione permanat.* Vide Nott. Varr. *sigillatim* edd. ante Arntz.

CAP. XXXIV. 1 Pro *ornatrix*, Acidal. conj. *hortatrix.*—2 Livin. conj. *laudatio est.* Vet. Livin. Grut. et recentt. *sæpe et in ipsis;* τὸ *et* deest in Guelph. Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *jactata*, omisso *est*, edd. ante Arntzen. τὸ *est* servant Guelph. et Vet. Putean.—3 Pro *omnibus*, Mœrl. habet *sibi*. Mox, *ad* ante *naturæ* deest in Guelph. 'non male.' *Arntz.* Pro *arbitremur*,

NOTÆ

p *Forma emendatior*] Id est, egregia, eximia. Cicero de Amicitia: 'mores emendati,' &c. et Horat. Ep. I. 16. ad Quintium: 'Cum pateris sapiens emendatusque vocari.'

q *Boni sui piguit*] Suæ illam pulchritudinis piguit.

r *Arbitremur* [*arbitretur*] Ita restitui pro *arbitremur*, sine qua emendatione, ut Acidalius notat, βαρβαρίζει τὸ *suarum*.

patientissimas, quid? benigna responsa, quid? vultum ipsum, augusti decoris gravitate, hilaritate permixta, venerandum quiddam et amabile renidentem,[a] quis digne exequi possit? Quarum rerum miraculo sic omnes devinciebantur, ut non tam omnes dolerent, quod illum tyrannum ita diu tulerant, quam quod tali Principe tam sero fruerentur.

CAP. XXXV. 1. Longum est, ex illo percensere beneficia Principis, quæ, in orbem sine modo redeuntia, contexta ejus benignitate fulserunt,[f] ita infinita numero, commodis magna, ut nunquam oblivionem gratiæ obductura[g] sit vel multitudo omnium, vel utilitas singulorum. 2. Sensisti, Roma, tandem, arcem te omnium gentium, et terrarum esse reginam, cum ex omnibus provinciis optimates viros curiæ tuæ pigneraveris:[h] ut senatus dignitas non nomine, quam re, esset illustrior, cum ex totius orbis flore constaret. 3. Populi vero Romani vis illa, et magnitudo venerabilis, ad imaginem antiquitatis relata, non licentia effrænis exultat,[i] non abjecta languide jacet, sed sic assiduis divini Principis monitis temperata est, ut, cum ad nutum ejus flexibilis et tenera ducatur, morigeram se non terrori ejus præbeat, sed benignitati.[j] Placidam quippe rerum

[f] *Per circuitum sine fine revertentia, connexa vero per ejus bonitatem, &c.*
[g] *Oblivionem allatura gratiæ.*
[h] *Tibi obstrinxeris.*
[i] *Ad speciem vetustatis restituta, non ex licentia effrænata lascivit.*
[j] *Non gubernatur ejus terrore, sed ejus benignitate.*

Acidal. legi jubet *arbitretur*.—4 Pro *permixta*, Bertin. et Cuspin. habent *admixta*. Pro *venerandum*, Bertin. *venerabile*. Pro *renidentem* Guelph. Vet. Livin. et Bertin. *renitentem*. Pro *miraculo*, Guelph. *vocabulo*. Mox, *omnes* uncis inclusit Jæger. *tam diu* Mœrl. et Guelph.

CAP. XXXV. 1 *Longum est stylo percensere* reponendum suspicabatur Juretus. *in urbem* Guelph. et edd. vett. *in orbem*, ex emendatione Livineii, receperunt Grut. et recentt. *ita contexta*, vel *connexa*, conj. Acidal. *oblivione gratiam* edd. vett. *oblivione gratiæ* Vet. Livin. Bertin. *oblivionem gratiæ* Guelph. Mœrl. Vet. Putean. quod restituit Arntz.—2 Pro *pigneraveris*, quod servant Liv. P. Steph. Grut. et Cellar. *pigneraris* habet Guelph. *pignoraveris* Puteol. Cuspin. Rhen. H. Steph. Baun. Patarol. et Rivin.—3 Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *divi Principis;* Vet. Putean. Livin. Vet. Cuspin. Guelph. aliique codd. cum edd. Grut. et recentt. *flexibili tenore* quædam edd. vett. *flexibilis et*

NOTÆ

[a] *Renidentem*] An *renitentem?* Apud Horat. Od. III. 6. 'adjecisse prædam renidet.' Similiter apud Virgilium.

quietem, et profundum urbi otium gentes perdomitæ condiderunt. 4. Vacat remissioribus animis delectamenta pacis adhibere.[k] Celeberrima quæque urbis novis operibus enitescunt: nec obsoleta modo per vetustatem redivivo cultu insigniuntur, sed illa ipsa, quæ antehac magnificentissima putabantur, nunc, auri luce fulgentia, indecoram majorum parsimoniam prodiderunt.[l] 5. Circo ipsi maximo sublimes porticus,[t] et rutilantes auro columnæ tantum inusitati ornatus dederunt, ut illo non minus cupide conveniatur loci gratia, quam spectaculi voluptate.[m]

CAP. XXXVI. 1. Tantorum Roma compos bonorum, quæ quidem ei sunt cum toto orbe communia, haurit insuper ingentis spei fructum, quam propositam sibi ex Cæsaribus nobilissimis[a] habet, eorumque fratribus,[b] quorum jam nomina ipsa veneramur, etsi vota nostra interim pro-

[k] *Fas est liberiore animo oblectamenta pacis usurpare.*
[l] *Arguunt inhonestam majorum nostrorum parsimoniam.*
[m] *Ut illuc fiat concursus non minus ad visendum locum, quam spectaculi causa.*

terrena Guelph.—4 Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *quæ urbis;* Vet. Putean. Guelph. Bertin. Exc. Lang. Mœrl. Cuspin. Grut. et recentt. *quæque urbis.* Acidal. conj. *celeberrimaque urbis.* Vide Nott. Varr. *nobis operibus* Puteol. Rhenan. H. Steph. et Rivin. 1. *novis operibus* Vet. Putean. cum reliquis edd. et sic conj. Acidal. Pro *redivivo,* Jæger. conj. *recidivo.* Mœrl. et Guelph. *quæ antea.* Ed. Rhenan. divisim, *in decoram;* Vet. Putean. *indecoram.*—5 *Idcirco ipse maxime* Puteol. Rhenan. Steph. Livin. *Idcirco ipsi maximo* Vet. Livin. Bertin. *Idcirco ipsi maxime* Cuspin. *Circo ipsi Maximo* Guelph. Mœrl. Grut. et recentt. et sic conj. Acidal. Vide Nott. Varr. *speculi voluntate* edd. vett. *spectaculi voluptate* Vet. Livin. Exc. Lang. Cuspin. al. ap. Rhenan. *spectandi voluptate* Vet. Putean. Vide Nott. Varr.

CAP. XXXVI. 1 Rhenan. et Steph. *campus honorum;* Vet. Putean. Exc. Schonhov. Guelph. al. et edd. recentt. *compos bonorum;* et sic conj. Acidal. Vide Nott. Varr. *habuit insuper* Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *haurit insuper* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Guelph. Cuspin. Grut. et recentt. *habuit semper* citat Brouwer. Annal. Trev. III. p. 211. notato tamen in margine *insuper.* Edd. ante Jæger. *quem propositum;* Gud. Vet. Putean. et Vet. Livin. *quam propositam.* Mox, pro *habet,* Brouwer. l. l. citat *alit.* Pro *veneramur,* Mœrl. Gud. et Pith. *venerantur;* unde Putean. conj.

NOTÆ

[t] *Porticus*] Nemini non notum Romæ insignes fuisse porticus bene multas; quarum aliæ duplices, ut ait Suetonius in Claudio, triplicesque, aut Græco vocabulo tetrasticæ et pentasticæ a totidem ordinibus columnarum dicerentur. Pompeiana inprimis porticus commendatur.

[a] *Cæsaribus nobilissimis*] Crispo et Constantino.

[b] *Eorumque fratribus*] Constantem puta et Constantium, quorum nomina

feruntur. 2. Nec Lacedæmoniis [c] magis licuerit, hoc instituto rempublicam tueri suam, cum regem, nisi ex stirpe Herculis, non haberent. Tuos, Constantine maxime, tuos liberos, ac deinceps nepotes tecum optat, ut tanto a pluribus [d] petantur, quanto ad majora nascuntur. 3. Declarant ecce rationem, cupiditatemque votorum facta Crispi, Cæsarum maximi, in quo velox virtus, ætatis mora non retardata, pueriles annos gloriis triumphalibus occupavit: cujus ita jam uberes scatent laudes, ut plenæ possent videri, nisi cœpisse et patrem [e] cogitaremus. 4. Qui quidem nunc nobilissimus Cæsar venerandi patris, fratrum, suorumque omnium fruitur aspectu, seque fruendum omnibus præbet. 5. Cruda adhuc hyeme iter, gelu intractabile, immensum spatio, nivibus infestum, incredibili celeritate confecit, ut intelligamus alacritati [f] nihil asperum, qui ipsam, quam a suis petebat, tam laboriosam instituerit voluntatem.[a]

CAP. XXXVII. 1. Quæ tuum, Constantine maxime, mite pectus inundavit [b] gratulatio, cui tanto intervallo vi-

[a] *Nihil vivido ejus animo esse difficile, qui prior habuerit illam voluntatem adeo strenuam, quam a suis militibus reposcebat.*

[b] *Perfudit.*

veneratur, Roma scilicet. *iterum proferuntur* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Puteol. Rivin. al. vett. *interim proferuntur* Guelph. Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Grut. et recentt.—2 *Ne Lacedæmoniis* Vet. Putean. Pro *rempublicam*, Guelph. habet *reipæ*, i. e. *reipublicæ*. Paulo post, *a tanto pluribus* conj. Livin. *quando ad majora nascantur* Rhenan. Steph. Rivin. *quanto ad m. nascuntur* al. ap. Rhenan. Exc. Schonhov. Livin. et recentt. ' recte.' *Arntz.* *quanto majora noscuntur* Vet. Putean. et Gud.—3 *Cæsaris maximi* Vet. Livin. Mox, Acidal. conj. *nisi cœpisse partem, &c.* Patarol. et Jæger. *cœpisse et partem.*—4 Voc. *nunc* deest in Bertin.—5 Edd. ante Jæger. *ut i. alacritatibus;* Vet. Putean. et Guelph. *ut i. alacritati.* Postremo, ed. Steph. *instruxerit voluntatem.* Vide Nott. Varr.

NOTÆ

jam veneramur, etsi vota nostra differuntur, id est, etsi nondum asciti sunt in Cæsares.

[c] *Nec Lacedæmoniis*] Apud Lacedæmonios regum erant familiæ duæ, altera Eurysthenidarum ab Eurysthene ejus auctore, altera Proclidarum, a Procle: ambæ ab Hercule: quare Heraclidæ dicebantur. Sed de his supra Paneg. II. c. 9.

[d] *Tanto a pluribus*] Supple *populis*.

[e] *Nisi cœpisse et patrem*] Nisi subiret in mentem hæc fuisse sui patris initia. Vel, si pro *patrem* legamus *partem*, sensus erit, nisi veniret illud in mentem, partem esse tantum, cum quis ita incipit.

[f] *Alacritati* [*alacritatibus*] In veteri codice est *alacritati*. Ego lubenter legerim *alacritati ejus*.

dere filium licuit, et videre victorem?[g] 2. Narravit utique exhausta bella, et hoc ad suam gratiam,[h] non ad sui ostentationem; qualis excipiendo hoste, quam resistenti vehemens, quam facilis supplicanti. 3. Audivit hæc frater[i] intentus, et puerilem animum spes læta et blanda gaudia titillarunt; cumque miraretur fratrem, etiam sibi favit, quod ex annis ejus, quam proximus tantæ gloriæ esset, agnovit.[e] 4. Nunc te, Constantine maxime, omnes rogamus, cum præsentem laudaveris, cum jam reipublicæ flagitanti, cum Gallis desiderantibus reddes, iterum atque iterum moneas revertentem (neque enim persuaderi facile potest) ut, si quando armis vestris contusa barbaria aliquid tamen moverit, sit ille animo, sit consilio tui similis: temperet modo dextræ,[j] manui parcat, et sit aliquid, quæsumus, in quo te iterum nolit imitari. 5. Te vero, Constantine Cæsar, incrementum maximum boni publici, quibus votis amplectitur Romana felicitas? quæ de te tantum expectat, quan-

[e] *Etiam aliquid inde lætitiæ in se derivavit, quod ex annis Crispi, cui proximus erat ætate, sensit quam propinquus esset tantæ laudi.*

CAP. XXXVII. 1 Puteani editio, *et videre victoriam*.—2 Bertin. *ad sui gratiam;* unde Livin. conj. *tui*. 'Edidit Jæger. *excipiendo hosti*, quod in nullo inveni.' Arntz. 'Mox, Guelph. *tam facilis:* male.' *Idem*.—3 *Audivit frater* Cuspin. Rhenan. Steph. et Rivin. *Audivit hoc frater* Vet. Putean. *Audivit hæc frater* Vet. Livin. Bertin. Guelph. Grut. et recentt.—4 Acidal. conj. *cum Galliis*. 'Cuspin. et Gud. vitiose *reverentem*.' Jæger. 'In edd. Rhenan. et Steph. verba, *neque enim, &c.* puncto, quod vocant, a superioribus sunt separata.' *Idem*. *et si quando* Rhen. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *ut, si quando* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Guelph. Grut. et recentt. *ut* deest in Exc. Lang. Cuspin. et Exc. Schonhov. *dexteræ* Guelph. et Vet. Putean. *manu marcat* Bertin. Cuspin. Mox, pro *et sit aliquid*, Guelph. et Vet. Putean. habent, *et si tale quid*. Acidal. conj. *te interim noluit;* Rhenan. H. Steph. et Rivin. etiam *noluit;* Vet. Putean. et Guelph. *nolit*.—5 Rhenan. Steph. Livin. et Rivin. *quibus modis;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Guelph.

NOTÆ

[g] *Videre victorem*] Non *victoriam* ut est in editione Puteana. Crispus autem, de quo hic agitur, anno Christi 320. vicit Alemanos.

[h] *Ad suam gratiam*] Alii legunt *sui*, alii *tui*, alii *tuam*, id est, ut tibi gratificetur.

[i] *Frater*] Constantinus.

[j] *Temperet modo dextræ*] Sit omnia tui similis, modo instar militis manum cum hoste non conferat, qua in re optamus ut deinceps iterum te nolit imitari.

tum nomine polliceris:[k] et, licet ætas adhuc revocet ab imitatione virtutis paternæ, jam tamen ad pietatem ejus natura deducit; jam maturato studio literis habilis, jam felix dextera fructuosa subscriptione lætatur.[d] 6. Delegat multa indulgentissimus parens, et, quæ per te concedit,[l] referri ad gratiam tuam mavult.[e]

Cap. XXXVIII. 1. Quid igitur his temporibus fortunatius, cum, beneficio Constantini maximi, qui tam mature[m] nobis Cæsares dedit, utamur maximis eorum commodis,[n] et integra ætas supersit? Nihil imminuitur, et plurimum sumitur; ut, cum res largiter suppetat, spes tamen illibata permaneat. 2. Quinquenniis igitur feliciter inchoatis, decennia Cæsarum nobilissimorum, ultra posteros nostros extendenda, quam impense rogare et orare nos conveniat, ipsis bonis temporum, et reipublicæ utilitatibus admonemur. 3. Jacet in latere Galliarum,[o] aut in sinu tuo fusa

[d] *Jam beata manus tua ad utiles subscriptiones adhibetur.*
[e] *Tibi acceptum referri mavult.*

Grut. et recentt. *quibus notis.* Guelph. aliique codd. et edd. vett. *adhuc evocet;* Exc. Lang. et margo Rhenan. et Steph. item Grut. et recentt. *adhuc revocet;* Grut. conj. *sevocet.* Mox, *natura te ducit* conj. Livin. *natura reducit* Patarol. 'unde nescio.' *Jæger.* 'Mœrl. cum Gud. *maturus studio,* ut, subaudito *es,* ad Cæsarem referatur: minus recte.' *Idem.*—6 Grut. conj. *et quæ per se;* quam conjecturam recepit Cellar.

Cap. XXXVIII. 1 Puteol. Rhenan. Steph. Rivin. *quam beneficia;* Acidal. conj. *fortunatius beneficio;* Livin. P. Steph. *quam beneficio;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Guelph. Cuspin. Grut. et recentt. *cum beneficio.* Gud. aliique codd. cum edd. Puteol. Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *ut utamur;* τὸ *ut,* ex Livineii sententia, delent Grut. et recentt. 'Mœrl. *cum largiter:* male.' *Arntz.*—2 Guelph. *posteros nostrorum.* Mœrl. *extendentia,* Mox, idem codex et Guelph. *orare et rogare.*—3 Livin. conj. *aut in sinu suo;* Acidal. *at in sinu;* Schonhov. *ac in sinu.* Puteol. Cuspin. Rhenan. Steph. Li-

NOTÆ

[k] *Quantum nomine polliceris*] Alludit ad Constantini nomen, quod ductum videtur a *Constantia.*

[l] *Per te concedit*] Gruterus legit *per se concedit:* utrumvis elige.

[m] *Tam mature*] Cum Constantinus quintum, Crispus vero 15. annum ageret.

[n] *Maximis eorum commodis*] Quæ nunc veluti præcoces fructus in antecessum percipimus; et cum maturam ætatem attigerint, supersint nobis commoda, quæ ab illa ætate solent percipi omnino integra, quasi si nihil ante acceperimus.

[o] *In latere Galliarum*] Id est, ad Rhenum: mox in *sinu tuo,* id est, in media Germania. Alii legunt *sinu suo.*

barbaria: Persæ ipsi,[p] potens natio, et post Romanam magnitudinem in terris secunda, amicitiam tuam, Constantine maxime, non minus trepide, quam amabiliter petiverunt. Nulla in terris tam ferox natio est, quæ te non metuat, aut diligat. 4. Omnia foris placida, domi prospera. Annonæ ubertas; fructuum copia. Exornatæ mirandum in modum, ac prope de integro conditæ civitates. Novæ leges regendis moribus, et frangendis vitiis constitutæ. Veterum calumniosæ ambages recisæ[q] captandæ simplicitatis laqueos perdiderunt. 5. Pudor tutus; munita conjugia. Securæ facultates ambitione sui gaudent, nec aliquis habendi quam plurimum metus; sed in tanta bonorum affluentia magna verecundia non habendi.[f] Hic denique status rerum est, ut obtinendæ potius felicitatis votum geramus, quam augendæ cupiditatis.[g] 6. Unum modo est, quo fieri possit Roma felicior, maximum quidem, sed tamen solum, ut Constantinum, conservatorem suum, ut beatissi-

[f] *Nec timet qui opibus abundat, sed potius in tanta bonorum copia pudor est iis carere.*

[g] *Ut optandum nobis potius sit, felicitatem perpetuam tenere, quam eandem ampliorem habere.*

vin. Rivin. al. vett. *per se ipse p. natio: et p. R. m. c. t. secunda. Amicitiam, &c.* Guelph. *per se ipsa.* Lectionem nostram e cod. Bertin. recepit Grut. eumque secuti sunt recentt. *Romanæ magnitudinem* Guelph. Mox, in eodem cod. *tam fera natio.*—4 *Omnia foris placita* Livin. P. Steph. Baun. Grut. Parisienses, Patarol. Cellar. *Omnia f. placida* Gud. Cuspin. Puteol. Rhenan. H. Steph. quod revocavit Jæger. *An non ubertate; f. copia exornatæ* edd. vett. *ubertas* Gud. Mœrl. *annonæ ubertas* Vet. Putean. *annonæ* etiam Exc. Lang. unde veram lectionem restituerunt Acidal. et Livin. *mirandum in nomen* Guelpherb. *gerendis moribus* Puteol. Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *regendis moribus* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Guelpherb. Grut. et recentt. et sic legunt Pith. et Fabr. *erigendis* Acidal. *ac frangendis* Guelpherb.—5 *Pudore tuo* Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *Pudor tutus* Guelph. Vet. Bertin. Mœrl. Exc. Schonhov. Grut. et recentt. 'Puteanus conjicit *Pudore tuto*, quod minus necessarium.' *Jæger. ambitione sua* Guelph. Mox, *magna* deest in eodem cod. *augendæ cupiditatem* conj. Ritters. *a. cupiditates* Acidal.—6 Livin. Grut. Parisienses, Patarol. Cellar. *quo fieri posset;* Mœrl. Guelph. Puteol. Cuspin. Rhenan. Steph. Rivin. Jæger. *quo fieri possit;* quod mutare non debuisset Livin. alterum enim postulat præ-

NOTÆ

[p] *Persæ ipsi*] Persæ legatos ad Constantinum miserunt de petenda ejus amicitia.

[q] *Calumniosæ ambages recisæ*] Hoc de Constantino referunt, Aurel. Victor et Euseb.

mos Cæsares videat, ut fruendi copiam pro desiderii modo capiat, et vos alacris excipiat, et, cum reipublicæ ratio digredi fecerit,[h] receptura dimittat.

[h] *Cum reipublicæ utilitas vos compulerit inde discedere.*

cedens *est.* Mox, *et nos alacres* Puteol. Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *ut vos a.* Bertin. Grut. et recentt. *et vos a.* Vet. Putean. Vet. Livin. Exc. Lang. Guelph. al. ap. Rhenan. et Acidal. *ut cum reipublicæ* Gud.

PANEGYRICUS XI.

VITA
FL. CLAUDII JULIANI.



A. U. C. MLXXXIV. Christi CCCXXXI. Constantini Magni Imp. XXVI.

FLAVIUS CLAUDIUS JULIANUS, cognomento Apostata, quod a Christiana religione, quam adolescens professus erat, rerum potitus fœdissime defecisset; patre Constantio Constantini Magni fratre, matre Basilina nobilissima fœmina Christiana, secunda Constantii uxore, VIII. Idus Novemb. nascitur Constantinopoli. Mater paucis post mensibus excessit e vita. Ita Julianus in Misopogone.

A. U. C. MXC. Christi CCCXXXVII. Constantini, Constantii, et Constantis Augg. Imp. I.

Constantius, ejusque frater Hannibalianus, ac Dalmatii eorum fratris filius Dalmatius Cæsar, quos Constantinus Magnus purpurea aureaque veste et nobilissimatus titulo

donaverat, in seditione militari opprimuntur, vel instigante, vel dissimulante certe Constantio Augusto; sive ut tutius imperaret; sive ut Constantino patri porrectum, uti suspicabatur, ab iis venenum vindicaret. Vix Julianus, et Gallus ejus unicus frater, tum duodennis, parem sortem effugere: hic quidem quod propter incertam ac pæne affectam valetudinem haud diu victurus crederetur; ille vero quod adhuc puer: nam ut ex tempore ejus obitus apparet, quinquennium haud multum excesserat.

A. U. C. MXCII. Christi CCCXXXIX. Constantini, Constantii, et Constantis Augg. Imp. III.

Altero post anno cum nonnulli ad excitandas seditiones Juliani et Galli nomine abuterentur, uterque abductus in Cappadociam, in Macello (locus erat ad Argeum montem non longe a Cæsarea plane regius) ad liberales artes et sacrarum literarum cognitionem instituitur: quo in secessu totos sex annos arctissime custoditi, quomodo refert Julian. Ep. ad S. P. Q. Athen. (neque enim ad eos cuiquam erat aditus) tantum profecere, ut facti clerici libros ecclesiasticos populo prælegerent. Hic vero cum ambo S. Mammæ martyri basilicam suis sumtibus excitarent, Gallus quidem ut suam pietatem ostentaret, Julianus vero ut impietatem, id est, ut ejuratam jam animo Christianam religionem dissimularet apud Constantium; factum est ut Galli opere procedente, Juliani opus terræ motu disjiceretur. Quod ubi ad Constantium allatum est, sinistrum illorum pietatis omen ratus, vehementer utrique succensuit. Vid. Gregor. Nazianz. in Orat. Sozomen. Zonar. Cedren. &c.

A. U. C. MXCVIII. Christi CCCXLV. Constantii et Constantis Augg. Imp. IX.

Postquam Constantii, qui in expeditione Pontica parum feliciter erat occupatus, ira tantisper deferbuisset, Gallus Ephesum mittitur, qua in urbe permagnæ res ipsi erant a majoribus relictæ. Julianus ad publicas scholas Constan-

tinopolim evocatur. In hac totius terrarum orbis luce Nicoclis, Lacedæmonii grammatici, et Ecebolii sophistæ opera trium circiter annorum spatio adeo profecit, ut idoneus regendo imperio palam diceretur. Qua re conturbatus Constantius, ne quid turbarum ejus occasione in urbe imperii primaria excitaretur, Julianum ocyus commigrare jubet.

A. U. C. MCI. Christi CCCXLVIII. Constantii et Constantis Augg. Imp. XII.

Constantio Aug. adversus Persas occupato, Julianus Nicomediæ Eusebio hujus civitatis episcopo Ariano affini suo instituendus traditur. Prohibitus vero ne ad Libanium, sophistam gentilitiæ superstitionis defensorem acerrimum, se applicaret, primum in ejus lectitandis libris clam totus est: tum factus hac lectione audacior et superstitionis cupidior ad eum se confert palam. Veniunt illico ad eum Jamblicus et Maximus insignes magi, qui jam eo plus æquo propensum Juliani animum ita suis præstigiis deliniunt, ut ab eorum latere non discederet. Inprimis Maximo delectatus, quod spem ei injecisset imperii. Id relatum est ad Constantium: quod ubi sensit Julianus, inter metum et spem positus, capite tonso, ut alienum ab imperio animum significaret, vitam monasticam simulavit, et in ecclesia Nicomediensi lector designatus est.

A. U. C. MCIV. Christi CCCLI. Constantii Aug. XV.

Gallus Juliani frater Cæsar fit Idibus Martiis, et Constantius Gallus appellatur. Huic, cum tota Orientis præfectura, Constantia Constantii soror in conjugem datur. Interim cum Julianus evocandis dæmonibus et spectris, ac belluarum visceribus perscrutandis, aliisque hariolorum mysteriis in dies magis ac magis duceretur; relicta Nicomedia, Asiæ reliquas partes lustravit, magicæ professionis homines, quos ibi rumor erat esse plurimos, quæsiturus. Ac primum Ioniam, tum bis intra menses duos Phrygiam, quamvis ex morbo ob itinerum laborem contracto plane

imbecillus, ac demum Græciam circumcursat, ut ipse ait in Ep. ad Themist.

A. U. C. MCVI. Christi CCCLIII. Constantii Aug. XVII.

Hoc anno Gallus, seu propter suspicionem ambiti imperii, seu propter patratas Antiochiæ cædes, a Constantio in Italiam per Domitianum quendam evocatus, ipsoque Domitiano, quod Gallum superbius compellasset, ab ejus militibus occiso, Gallus in Italiam venit. At Constantius, Julianum quoque imperii cupiditate adhuc flagrare suspicatus, seu quod Gallus in Orientem proficiscens Juliani clam visendi gratia (ut ait Socrates) Nicomediam diverterat, seu quod Julianus in Asiam demigrans Constantinopoli transierat quo fratrem Gallum ibi videret, ut inquit Ammianus. Ut ut est, custodiri ibi illum jubet. At ille cum posse se e custodum manibus aufugere videret, locum subinde commutans evasit. Ita refert Socrates.

A. U. C. MCVII. Christi CCCLIV. Constantii Aug. XVIII.

Post Constantiam Galli uxorem in Bithynia febri extinctam, ac Gallum in Illyrico in insula Flanona peremtum, ut ait Ammianus, Julianus parem sortem veritus, Mediolanum, ubi Constantius, inito cum Alamanis fœdere e Germania reversus, versabatur, contendit. Hic in suburbio, vel ut alii volunt Novocomi, dum lateret, impetrata sibi per Eusebiam Augustam apud imperatorem dicendi licentia, plane se purgat. Quare domum redibat victor, et quidem ab Eusebia deductus honorifice, cum itinere illo nescio quo casu impedito, rursum in Græciam mittitur, quam quidem relegationem omnes interpretabantur. Vid. Julian. Ep. ad Themist. et Ep. ad S. P. Q. Athen. Ipse vero beneficii loco idipsum Eusebiæ referebat acceptum: sive, ut ipse aiebat, studiorum causa, seu potius quod averet cum regionis illius sacrificulis et impostoribus de rebus suis communicare. Ita Nazianz. Orat. I. in Jul. Sozom. Gregorius Nazianzenus Julianum Athenis intuitus, 'Quale,' inquit, 'malum Romanorum terra nutrit!' nec vanus conjector fuit.

A. U. C. MCVIII. Christi CCCLV. Constantii Aug. XIX. Juliani Ætat. XXIV.

Cum barbari adversus Magnentium et Britannionem a Constantio evocati, ut refert Sozomenus, popularentur Gallias atque adeo plus 45. oppida, Ammiano teste, occupassent, Constantius haud satis tutum ratus, ex Italia secedere, Julianum Athenis, ubi philosophum agebat, revocatum Cæsarem facit VIII. Id. Novemb. simul ad firmandam fidem, sua ei sorore Helena paucis post diebus in conjugem data, ipsum transalpinis præfectum, in Gallias vel imperatoris imaginem laturum, ut ait Julianus ipse, vel potius adversus barbaros dimicaturum mittit. Igitur cum 360. tantum militibus, ut ipse ait Ep. ad S. P. Q. Athen. quibus ita præerat, ut nihil sine ducum consilio agere posset, Kal. Decemb. 'egressus deductusque ab Augusto ad usque locum duabus columnis insignem, qui Laumellum interjacet et Ticinum, itineribus rectis Taurinos pervenit,' ubi audito nuntio 'Coloniam Agrippinam pertinaci barbarorum obsidione reseratam et magnis viribus deletam,' agnovit quantum accepta hac provincia sese in discrimen conjecisset. Ipseque dictitabat 'nihil se amplius assecutum, quam ut occupatior interiret,' et illud Homericum, de die quo purpuram sumserat, Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταίη, *Cepit purpurea mors et parca violenta.* Viennam inde ad Rhodanum progressus, magno omnium populorum concursu et acclamatione exceptus est. 'Tunc anus quædam,' inquit Ammianus, 'orbata luminibus, cum percunctando quinam esset ingressus, Julianum Cæsarem comperisset, exclamavit hunc Deorum templa reparaturum.' Cujus præsagii fidem rei eventus non multo post confirmavit, cum factus imperator non jam de nocte et clanculum, sed palam ejurata Christiana religione gentilitatem professus est.

A. U. C. MCIX. Christi CCCLVI. Constantii Aug. XX. Juliani Ætat. XXV.

Constantius in urbem triumphanti similis regreditur; Julianus vero hoc anno consul, hyeme Viennæ exacta, in bar-

baros movet: ac primum VIII. Kal. Julias Augustodunum pervenit, cum cataphractariis solis et balistariis Autosiodorum et Tricassas derepente occupat. Inde per Remos, ubi ab Ursicini successore Marcello atque adeo Ursicino ipso cum toto exercitu expectabatur, ad Decempagos Rhenumque properat, ubi Brotomagum, (Alsatiæ urbem hodie *Brumt*) Tabernas, Alisonem, Nemetas sive Spiram, Vangionas, hodie *Worms*, et Moguntiam recipit. Nullo itaque post hac repugnante, occupatam, ut aiunt Ammianus et Jul. Ep. ad S. P. Q. Athen. ante menses 10. a barbaris Agrippinam, circa Septembris finem recuperat, territos Francos ad pacem petendam adigit. 'Quibus vincendi principiis lætus Julianus, per Treveros transit hyematurus apud Senonas, oppidum tunc opportunum.' Ita Ammianus. Hic potentissimum, ut ipse ait Ep. ad S. P. Q. Athen. exercitum ipse cum paucis militibus, cum nihil auxilii sibi a Marcello magistro equitum mitteretur, post menstruam obsidionem dissipat. At Marcellus Mediolanum, ubi Constantius versabatur, ut facti sui redderet rationem evocatus, abdicatur imperio, et Sardicam, quæ patria ejus erat, ablegatur, eadem epist. ad S. P. Q. Athen.

A.U.C. MCX. Christi CCCLVII. Constantii Aug. XXI. Juliani Ætat. XXVI.

Dum Julianus iterum consul sese contra Germanos accingit, Lugdunum ab iis invaditur, unde tamen haud multo post expelluntur. Idem Tres Tabernas, munimentum Argentorato proximum, ad Vogesi radices, non ita pridem subversum, instaurat; septem totius Germaniæ potentissimos reges, Chonodomarium, Vestralpum, Urium, Ursicinum, Serapionem, Suomarium, et Hortarium una ingenti difficillimoque prælio profligat in campis Argentoratensibus. Vid. Ammian. Julianus captivos bene multos ad Constantium mittit, qui eorum specie et magnitudine perculsus est. 'Ex Alamanis sex' (non 60. ut male ait Zosimus) 'millia corporum numerata sunt in campo prostrata, et inæstimabiles mortuorum acervi per undas fluminis fere-

bantur.' Ex parte Juliani 247. desiderati sunt. Francorum rex Chonodomarius in pugna, ut ait Victor, vel ut Ammianus, in convivio per dolum captus, 'Juliano oblatus, humique fusus, veniam rogans, diebus postea paucis ad comitatum imperatoris, (Constantii,) cum ille e Quadis, Sarmatisque Istri accolis commode rediret, statim summissus est Romam,' et (ut addit Julianus Ep. ad Athen.) in castris montis Cœlii Peregrinis morbo veterni consumtus est. Victor Julianus iterum ad Tabernas ac Moguntiam venit, Transrhenanos vastat, æquinoctio autumnali eos ad pacem petendam adigit, Francos a Mosa repellit, ac tandem Parisiis hyemat.

A. U. C. MCXI. Christi CCCLVIII. Constantii Aug. XXII. Juliani Ætat. XXVII.

Julianus sub mensem Julium Salios, Frisios, Hattuarios, Chamavos, et Bructeros, qui sedem sibi in Romano solo fixerant, ibique grassabantur, terret, et in deditionem accipit: iis agros assignat: castella ad Mosam eversa restituit. Ita Ammianus.

A. U. C. MCXII. Christi CCCLIX. Constantii Aug. XXIII. Juliani Ætat. XXVIII.

Julianus iterum in Alamanos proficiscitur trajecto ad Moguntiam Rheno, hostibus nequicquam transitum custodientibus; et Macrianum, Hariobaudum, et Vadomarium reges ad pacis conditiones petendas compellit. Hic varia custodibus Rheni militibus alendis horrea constituta.

A. U. C. MCXIII. Christi CCCLX. Constantii Aug. XXIV. Juliani Ætat. XXIX.

Julianus tertium consulatum gerebat, cum Constantius, ejus gloriæ invidens, per Decentium tribunum et notarium, Herulos, Batavos, Celtas, aliasque auxiliares copias ad se revocavit, quibus adversus Persas uteretur. At illæ, seu Constantii odio, aut Juliani amore, aut arte, seu quod transmarinam militiam detrectarent, Julianum invitum, ut ipse

ait, Augustum acclamant Parisiis. Is statim legatos Constantinopolim ad Constantium cum literis mittit, quibus facti sui rationem redderet. Hi apud Cæsaream Cappadociæ superbe accipiuntur a Constantio. Quare Julianus Trajectum ad Mosam abit, deinde Hattuarios Galliarum extrema vastantes et securos, quod se locorum aditu difficilium præsidio munitos crederent, opprimit, et ad pacem petendam adigit. Tum Viennæ hyemat, et quinquennalia celebrat. Ibi ejus uxor Helena obit, ejusque corpus Romam mittitur. Interim Julianus diffidens futurum unquam ut Constantius placaretur, statuit aperto Marte imperium totum occupare. Itaque scriptis ad diversas civitates literis, quibus ut sibi fideles essent commoneret, in Pannoniam venit contra Constantium dimicaturus.

A. U. C. MCXIV. Christi CCCLXI. Constantii Aug. XXV. Juliani Ætat. XXX.

Constantio Augusto in expeditione Persica prope Tarsum III. Nonas Oct. mortuo, Julianus Constantinopolim, Alamanis iterum victis, ordinatisque Galliis recta, contendit: ex imperii primariis, amicisve Constantii, alios nece, alios mulctat exilio. Episcopos exules revocat, atque ut mutuis dissidiis sese affligerent, quam quisque vellet sectam sequi permittit. Christianam religionem palam ejurat; nec minus crudeliter quam callide insectatur; gentilium templa reserat reficitque, et ipse in pontificem maximum profanis ritibus consecratur.

A. U. C. MCXV. Christi CCCLXII. Juliani Imp. I. Ætat. XXXI.

Ad Julianum variæ undique legationes adveniunt. Ipse contra Persas proficiscens Nicomediam et transgressus Antiochiæ hyemat. Hic irrisus ab Antiochensibus, inprimisque jactis in ejus barbam, quæ plus æquo prolixior erat, dicteriis, iratus primum est; tum satirico et jocorum pleno libello, quem Misopogonem, id est, osorem barbæ inscripsit, eos perstrinxit; in quo perpetua ironia videtur non

eorum luxum et mollitiem, sed se ipsum accusare quod eos imitari non posset. Mamertinus consul gratiarum actionem agit imperatori pro consulatu quem hoc anno gessit cum Nevita. Julianus Athanasium in exilium mittit, Arianis ita deprecantibus. Christianos liberalium artium doctores ita insectatur, ut Prohæresius, quamvis in edicto nominatim exceptus, Musonius, et Marius Victorinus scholam deseruerint. Themistium vero philosophum, Libanium sophistam, Oribasium, Pergamenum quendam medicum, Maximum cynicum, Ecebolium sophistam, aliosque impiæ gentilitatis professores summis honoribus insignit.

A. U.C. MCXVI. Christi CCCLXIII. Juliani Imp. II. Ætat. XXXII.

Julianus IV. consul, ascito in collegam Sallustio, idolorum cultu sibi conjunctissimo, post hyemem Antiochiæ transactam, pridie Nonas Martias inde digressus, Euphratem trajicit VII. Idus Aprilis, et urbibus aliquot in itinere expugnatis, Ctesiphontem pervenit: ubi cum pugna commissa esset ipse in promiscua turba sagitta transfoditur VI. Kal. Jul. A quo vero vulneratus fuerit in dubio est. Utrum a Persa transfuga, ut est in Epitome Victoris, an ab uno e suis, ut ait Ammianus, an a Christiano, ut habet Libanius, an a Dæmone ipso, ut tradit Callistus Juliani satelles, qui ejus res gestas carmine heroico conscripsit, an ab angelis, ut refert Gregorius Nazianzenus, an demum a Mercurio martyre, ut Damascenus asserit ex Helladio, cui socium Artemium martyrem addit Nicephorus. Certe, inquit Gregorius Nazianzenus, vulnus universo orbi salutare Julianus accepit; hacque morte iis omnibus, quos per summam crudelitatem interfecerat, litavit. Simul ac mortifero vulnere sauciatum se sensit, exceptum plena manu sanguinem in cœlum projiciens: 'Vicisti,' inquit, 'Galilææ:' sic Christum per ludibrium appellabat. Ita Theodoretus. Et, 'Saturare Nazarene.' Ita Nicephorus. Statim 'relatus in castra hiante latius suffossi lateris vulnere, et

spiritum tumore cohibente venarum, epota gelida aqua quam petiit, medio noctis defecit anno ætatis 32.' cum annum unum et menses circiter septem ab extincto Constantio imperasset. Hæc Ammianus. Ceterum hujus corpus Tarsum Ciliciæ delatum magna populorum mortuo illudentium cavillatione, ibique conditum est, si Ammiano credimus: si vero Gregorio Nazianzeno fides est, a terra ipsa, quam Julianus sceleribus suis inquinarat, excussum, in mare projectum est.

Fuit excellenti et amœno, sed levi, vafro, vana Deorum superstitione et magicis artibus depravato ingenio, philosophicam quandam gravitatem affectans, ac sophistarum grege semper stipatus. Homo loquax et scurrili dicacitate, ac populari auræ præter modum serviens. Ita superstitiosus, ut etiam Jamblico philosopho, quem Mercurium appellabat, tanquam Nicomediæ tutelari Deo faceret. Ceterum omni literarum genere excultissimus, ac linguæ inprimis Græcæ peritissimus, liberalis opum, luxus et voluptatum contemtor, belli et pacis artibus præstans, laboris et inediæ patiens, felix, justus, præterquam in Christianos, quos omni genere crudelitatis vexabat, literarum literatorumque amantissimus, nisi si Christiani forent.

DE AUCTORE PANEGYRICI,

ET QUO TEMPORE AC LOCO HABITUS SIT.

MAMERTINUS a Juliano Augusto consul factus hac oratione Principi gratias agit. Pronuntiata est anno Christi CCCLXII. cum, ut ex fastis apparet, consulatum gereret Nevita collega. Quis porro Mamertinus ille fuerit, ex qua patria oriundus, nullibi, quod sciam, proditum est. Ego facile putem hunc Messana oriundum fuisse, sic enim Messanenses propter Mamertinos hospitio exceptos dicti sunt Mamertini. Ejus mentio fit in variis locis apud Ammianum lib. VI. XXI. XXIII. Atque etiam ipse de se non semel loquitur hoc in Panegyrico. Ex quibus locis omnibus constat Mamertinum præfectum ærario fuisse, tum præfectum prætorio per Illyricum, in cujus provinciæ administratione peculatus reus, absolutus est, ac tandem a Juliano consul factus. An vero Mamertinus hic, idem fuerit, atque ille cui Panegyrici II. et III. Maximiano dicti attribuuntur, neque velim affirmare, ut ad hos Panegyricos observavi, propter spatium septuaginta annorum inter illorum et hujus Panegyrici tempora; neque ausim prorsus negare: nam tum cum hanc orationem dixit admodum senex fuisse videtur, ut constat ex Paneg. cap. XVII. 'Sed a teneris annis, ab ætate puerili ad hanc usque canitiem, consulatus amore flagravi.'

CLAUDII MAMERTINI

PRO CONSULATU

GRATIARUM ACTIO

JULIANO AUGUSTO.

SYNOPSIS PANEGYRICI.

IN Exordio reddit rationem cur pro præfectura ærarii et prætura cum Juliano imperatori gratias huc usque non egerit, id agere consul aggrediatur: quod nempe in prioribus dignitatibus imperator aut suæ aut publicæ utilitatis rationem habere videri potuerit; in consulatu vero dando ejus tantum, cui datus est.

DISTRIBUTIO: Prima hujus orationis parte imperatoris virtutes recenset; altera pro accepto consulatu gratias agit.

I. PARS. Perstringit ejus victorias, receptas ejus virtute Gallias, subactam pæne omnem barbariam, cap. III. Iterum de Gallis tum a barbarorum vastitate, tum a judicum quibus subessent tyrannide et avaritia ereptis, deletos Germanos, jus restitutum, emendatos ejus virtutum exemplo mores, cap. IV. Quæ omnia mirum quantum a Juliano Constantium alienarint, cap. V. Julianus in medio Illyrici sinu derepente adest, hic et ubique victor, cap. VI. Istrum navibus transcurrit barbarorum terrore tanto, ut supplices veniam petant, cap. VII. Ad Adriam, Tyrrhenum, Mæotidem pugnat et vincit, Nicopolim instaurat, Eleusinam et alias Macedoniæ, Illyrici, et Peloponnesi civitates restituit, cap. IX. Patiens laboris bellici, castrensi cibo contentus, cap. XI. Sibi asper, in alios facilis, sibi parcus, in alios liberalis, cap. XII. Castus, in castris perpetuus, cap. XIII. Sic peragrata victoriis Thracia de sublevanda urbis annonæ penuria cogitat, cap. XIV.

II. PARS. Imperatoris in se beneficium amplificat, quod consulatum acceperit non meritus, quod in summa virorum bonorum copia, quod minorem magistratum petens, quod sine largitionibus et ambiendi labore, quod in tenui re et ambiendi ignarus, voti compos fieri nunquam potuisset, cap. XV. Quod uno eodemque anno ærarii publici cura, præfectura, et consulatu insignitus sit, cap. XXII. Redit ad commemorationem virtutum impera-

toris, cujus in fovendis literis, revocandisque artibus studium commendat, cap. XXIII. in omnium animis sibi conciliandis industriam, cap. XXV. in eligendis amicis prudentiam, in eosdem fidem, cap. XXVI. in summo honorum apice modestiam, in condonandis injuriis clementiam, cap. XXVII. ac præcipue singularem in se et collegam humanitatem.

In fine denique accepti a tanto imperatore beneficii nunquam futurum se immemorem pollicetur, cap. XXXI.

CAP. I. 1. ETSI scio, te, Imperator, et cunctos, qui consilium tuum participant,[a] posse mirari, quod nunc demum gratias agere exorsus sim, quasi beneficia in me tua cœperint a consulatu:[*] fatebor tamen, quod ingenii, cujus me pœnitet, conscius,[b] etiam nunc tacere voluissem, et prorumpens licet hujus muneris gaudium intra arcanæ lætitiæ conscientiam coërcere. 2. Sed sive errorem nostrum, sive consilium, congesta, et coacervata in unum beneficia vicerunt, atque in id redegerunt necessitatis ambiguum,[c] ut mihi aut indiserti, aut ingrati esset fama subeunda, malui eloquentiam potius, quam pietatem erga te, officiumque meum desiderari. 3. Et sane in his honoribus, quibus me prius honestaras, minor esse causa ad agendas gratias videbatur.

[a] *Qui tibi sunt a consiliis.*
[b] *Quod conscius tenuitatis ingenii mei, cujus me piget.*
[c] *Necessitatis angustias.*

Titulum ex suo cod. ita profert Schwarzius, *Mamertini Consulis Gratiarum Actio de suo Consulatu dicta Divo Juliano semper Augusto.* Brevior est in Vet. Putean. *Mamertini Gratiarum Actio dicta Juliano.* Prænomen *Claudii* deest in edd. ante Jæger.

CAP. I. 1 *Imperator Auguste* Bertin. *exorsus sum* edd. ante Jæger. qui e Cuspin. recepit *exorsus sim.* Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *in tam arcanæ;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Schonhov. Mœrl. Guelph. cum edd. Grut. et recentt. *intra arcanæ;* Cuspin. *in ira arcanæ.*—2 *Sed cum sive* conj. Livin. *in u. b. vicerunt, a. in id redegerint* malit idem Livin. Mox, *que* deest post *officium* in Guelph. unde Arntz. conj. *pietatis erga te officium.* —3 *Et fame* Guelph. *honestaris* Puteol. Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *honestaras* Vet. Putean. Bertin. Mœrl. Guelph. Grut. et recentt. et

NOTÆ

[*] *Cœperint, a consulatu*] Jam Mamertinus ærarii præfecturam a Juliano Augusto acceperat, jam prætorio per Illyricum præfectus fuerat; cum consulatus veluti tot honorum cumulus accessit. Quare infra cap. XXI. 'Cum me propter tantillum innocentiæ meritum uno in anno ter videat honoratum.'

4. Nam quod tum me ærarium publicum[b] curare voluisti, cum quæreres virum animi magni adversus pecuniam, liberi adversus offensas, constantis adversus invidiam, meque, qui tibi viderer ejusmodi,[c] delegisti, idque eo tempore, quo exhaustæ provinciæ, partim deprædatione barbarica, partim non minus exitialibus quam pudendis præsidentium rapinis, ultro opem Imperatoris exposcerent, milites, sæpe anteactis temporibus ludo habiti, præsens stipendium flagitarent, quoquo modo videbar honorem onere pensare. 5. At cum me prætoriis præfecisti,[d] et provincias de te egregie meritas meæ fidei tutelæque mandasti, ingens judicii tui fuit munus; sed in eo non mihi solum, quem tanta potestate succinxeras, verum etiam negotiis tuis commodasse aliquatenus videbare.[d]

[d] *Sed ea in re non mihi tantum, quem tanta præfectura cohonestaras, sed etiam rebus tuis serviisse aliquo modo videbaris.*

sic etiam conj. Acidal.—4 *Nam tum* edd. vett. *Nam quod tum me* Vet. Putean. Vide Nott. Varr. Paulo post, *me qui tibi* edd. ante Arntz. *meque qui tibi* Exc. Lang. *dilegisti* Livin. aliique. Mox, voces *partim deprædatione barbarica* desunt in edd. Rhenan. Puteol. Steph. Livin. Rivin. extant vero in Vet. Putean. Bertin. Exc. Lang. Mœrl. cum edd. Grut. Paris. Patarol. Cellar. et recentt. *partem d. barbarica* Guelph. *exitiabilibus* edd. ante Arntz. *exitialibus* Vet. Livin. et Guelph. *partim milites* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *partim* deest in Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Exc. Schonhov. Guelph. Cuspin. Grut. et recentt. *cum præsens* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Baun. Rivin. et Jæger. *cum* deest in Vet. Livin. Mœrl. Guelph. Grut. Paris. Patarol. Cellar. '*cum* hic plane delendum.' *Acidal.* '*videbatur* Guelph. male.' *Arntz.*—5 *Et cum* Vet. Putean. *At cum* Guelph. *commendasse* Guelph. et edd. vett. 'Non *commendasse*, sed *commodasse* legendum.' *Rhenan.* *commodasse* etiam Exc. Lang.

NOTÆ

[b] *Ærarium publicum*] Id est, publicam pecuniam, quam non sine causa in Saturni templo repositam esse observavimus in Plinii Panegyr. cap. XXXVI. not. [a]. Ærarii præfectos ab Augusto primum institutos addunt Suetonius in Augusto c. 49. et Dio, lib. LV.

[c] *Qui tibi viderer ejusmodi*] Vere, an injuria? haud scio. Mamertinum peculatus reum ab Avitiano delatum tradit Ammianus lib. XXVII.

[d] *Prætoriis præfecisti*] Ante Constantini tempora præfectus prætorio dicebatur, qui militibus iis præerat, quos imperator in sui custodiam allegerat. Postquam vero prætoriæ cohortes pro Maxentio turbas excitassent, post cæsum tyrannum, hæc dignitas penitus a Constantino sublata est, et orbe Romano in quatuor partes seu diœceses diviso, quatuor præfecti prætorio creati, qui singulis præessent: quorum unus prætorio Galliarum, alter prætorio Italiæ, tertius prætorio Illyrici, quartus præ-

CAP. II. 1. Porro in decernendo consulatu, remotis utilitatibus tuis, rationem meæ solum dignitatis habuisti. 2. Nam in administrationibus labor honori adjungitur, in consulatu honos sine labore suscipitur. In illis si læteris, cupidæ ambitionis esse videaris; in hoc nisi aperte et propalam læteris, ingratus sis. 3. Huc accedit, quod ipsa hæc urbs,[e] atque hoc augustissimum consilii publici templum officium hujus orationis efflagitat. Hæc tibi, nominis novi, sed antiquissimæ nobilitatis, civitas patria est: hic primum editus:[f] hic quasi quoddam salutare humano generi sidus exortus. 4. Hi cives, et populares tui silere me non sinunt, nec patiuntur, ut quisquam alius auspicatissimo die[g] apud te, ac de te loquendi munus usurpet, quam is, qui amplissimo sit præditus magistratu. 5. Putant, aliquid adjicere ad splendorem laudum tuarum consulis nomen; et recte putant. Adjicitur enim laudum dignitati honore laudantis. 6. Ac licet, maxime Imperator, publico judicio et nomine agere tibi gratias debeam, tamen illa, quæ pro summa re domi, forisque gessisti, nunc ex parte maxima prætermittam, ut quam ocyus[h] ad ea, quæ propria sunt, perveniat oratio.

CAP. II. 1 Verba *a remotis* ad *honos* desunt in Guelph. *solum utilitatis* Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *solum dignitatis* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Schonhov. Cuspin. Grut. et recentt.—2 Pro *labor*, Bertin. habet *labos*.—3 Guelph. *ipsa urbs*, omisso *hæc*. Mox, *efflagitant* omnes edd. ante Arntz. qui e cod. Guelph. lect. nostram restituit. *est patria* edd. ante Arntz. *patria est* Guelph. Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Guelph. Paulo post Livin. conj. *exortus es*.—4 Puteol. *ut quisque alius*.—5 Patarol. *Adjicitur enim l. d. honor laudantis*; al. ap. Acidal. *Adjicit enim l. d. honor laudantis*.—6 *At licet, maxime Imperator*, deleto commate, Baun. *nunc et parte* Guelph. *quanto totius* Puteol. Livin. *quanto ocyus* Cuspin. et P. Steph. *quantocius* Rhen. et H. Steph. *quam ocyus* Vet. Putean. Guelph.

NOTÆ

torio Orientis præfectus dicebatur. Mamertinum præfectum prætorio per Illyricum fuisse ait Ammianus l. XXII.

[e] *Hæc urbs*] Constantinopolis novo nomine appellata, quæ olim Byzantium dicebatur.

[f] *Hic primum editus*] Julianus Augustus Constantinopoli natus est anno Christi 331. octavo Idus Novembres.

[g] *Auspicatissimo die*] Kal. Januarii, quibus Mamertinus una cum Nevita collega consulatum auspicabatur.

[h] *Quam ocyus* [*quantocyus*] Citissime.

CAP. III. 1. An ego nunc receptas [i] virtute tua Gallias, barbariam omnem [j] subactam pergam quasi nova, et inaudita, memorare, quæ, in hac Romani imperii parte, gloriosissima sunt. famæ laude celebrata, in tantum, ut fratris Imperatoris [k] mereretur invidiam? quid enim a te aliud consortis Imperatoris [l] alienavit animum, nisi gloriæ tuæ splendor? 2. Testor immortalem Deum, testor ad vicem numinis [e] mihi sanctam conscientiam meam, me multa constanter in hac Urbe fuisse dicturum de his, quæ adversus optimum Imperatorem inclementer, et impie cogitata, atque suscepta sunt, si etiam nunc [m] hominum cœtus Divus Constantius frequentaret. 3. Nunquam profecto liberi civis, et boni senatoris officio defuissem, quominus redarguerem, et convincerem, eas illi in te odii fuisse causas, quæ amoris inflammatrices, et fidei obsides esse debuerint. [f]

[e] *Et Dei loco.*
[f] *Quæ ad amorem et fidem obstringere te debuissent.*

CAP. III. 1 *At ego receptas nunc virtute Gallias* Guelph. *quasi inaudita* Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *quasi nova et inaudita* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Guelph. Exc. Schonhov. Cuspin. Grut. et recentt. *Romani* deest in Vet. Livin. *sint famæ* edd. ante Jæger. *sunt famæ* Vet. Putean. Mœrl. Guelph. ‘Quod recipere non dubito.’ *Jæger. Imperatoris fratris* Bertin. ‘Turpiter depravatus est Guelph. cum legat, *mereatur invidiam? alienavit animum, nisi gloriæ, quid enim . . . Imperatoris animum, nisi, &c.*’ Arntz. *mererentur* Livin. ut conj. Acidal. *mereatur* Guelph. *mereretur* Puteol. Rhenan. H. Steph. Rivin. *Imperatoris*, ut glossema, deleret Livin. *alienavit* deest hoc loco in Guelph.—2 Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *testor et ad vicem;* Guelph. *deum ad vicem;* Bertin. Cuspin. P. Steph. Grut. et recentt. *testor ad vicem.* Bertin. *hac potissimum urbe.* Puteol. Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. *Divus Augustus;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Guelph. Exc. Schonhov. Cuspin. P. Steph. et recentt. *Divus Constantius.*—3 Bertin. *civis boni*, omisso τῷ *et.* ‘Non bene.’ *Jæger. atque convincerem* Guelph. Mox, *debuerunt* edd. ante Jæger. qui e Vet. Putean. recepit *debuerint.*

NOTÆ

[i] *Receptas*] Ereptas ex barbaris, qui a Constantio Augusto contra Magnentium evocati, cum nulli usui ad eam rem esse se viderent, Gallias populabantur. Ita Sozomen. v. 2. Jamque oppida ferme 45. ceperant, inquit Julianus.

[j] *Barbariam omnem*] Francos inprimis ac Germanos omnes.

[k] *Fratris Imperatoris*] Constantii Augusti, quem Juliani fratrem vocat, seu quod patrueles essent, id est, eundem haberent avum Constantium, seu quod Julianus Helenam Constantii sororem duxisset.

[l] *Consortis Imperatoris*] Constantii.

[m] *Si etiam nunc*] Si viveret adhuc Constantius. Is autem ante annum

CAP. IV. 1. Florentissimas quondam, antiquissimasque urbes[n] barbari possidebant; Gallorum illa celebrata nobilitas aut ferro occiderat, aut immitibus addicta dominis serviebat. 2. Porro aliæ, quas a vastitate barbarica terrarum intervalla distulerant, judicum nomine a nefariis latronibus obtinebantur; ingenua suberant indignis cruciatibus[o] corpora; nemo ab injuria liber, nemo intactus a contumelia, nisi qui crudelitatem prædonis pretio mitigasset: ut jam barbari desiderarentur, ut præoptaretur a miseris fortuna captorum.[g] 3. In hoc statu Imperator noster Gallias nactus minimum habuit adversus hostem laboris atque discriminis: una acie Germania universa deleta est, uno prælio[p] debellatum: sed emendatio morum, judiciorumque correctio et difficile luctamen,[h] et periculi plenum negotium fuit. 4. Nam ut quisque improbissimus erat, ita maxime, Cæsaris rebus inimicus, vitandis legum pœnis de novo scelere remedia quærebat, et, quia defendere admissa flagitia non poterat, in ultorem juris invidiam congerebat.[i] 5. Et cum

[g] *Data pecunia leniisset, ita ut optarent se in barbarorum servitute esse, et miseriæ suæ præponerent captivorum sortem.*
[h] *Arduum opus.*
[i] *Invidiam conflabat huic æquitatis vindici.*

CAP. IV. 1 Guelph. *addita dominis, &c.*—2 *Ingenua indignis* edd. ante Jæger. qui e codd. Gud. et Mœrl. inseruit *suberant.* Vide Nott. Varr. Puteol. Rhenan. H. Steph. Rivin. al. vett. *barbaris;* Guelph. Exc. Schonhov. Livin. et recentt. *barbari.* Mox, Guelph. *ut præcipitaretur;* Jæger. *et præoptaretur.* —3 Edd. vett. *nimium habuit.* Vet. Livin. *debellatum est.*—4 Guelph. *quærebat, quia, &c.* Exc. Schonhov. *in auctorem juris,* ut conj. Divæus; *in ultorem*

NOTÆ

obierat tertio Nonas Octob. prope Tarsum, cum adversus Persas proficisceretur.

[n] *Urbes*] Quadraginta quinque, si Juliano credimus, atque adeo Burgis, et castellis minoribus omissis. Reliqua vero Gallia barbarorum populationibus et excursionibus vastata erat et inculta.

[o] *Ingenua suberant indignis cruciatibus* [*Ing. ind. cruc.*] Adde *suberant,* vel *lacerabantur:* quam ultimam vocem excidisse suspicatur Livineius. Aut lege cum Acidalio, *Ingenui indignis oneribus correpti.*

[p] *Uno prælio*] In campis Argentoratensibus dato, ubi Julianus cum paucis militibus septem totius Germaniæ potentissimos reges cum numerosissimo eorum exercitu plane profligavit. Ex barbaris cæsa sunt sex, ut vulgo aiunt, aut ut asserit Zosimus sexaginta millia; captus Francorum rex Chonodomarius, et cum

sancti Principis mores atque instituta falsarum vituperationum licentiam summoverent, callido nocendi artificio accusatoriam diritatem laudum titulis peragebant,[j] [q] in omnibus conventiculis, quasi per benevolentiam, illa jactantes: 'Julianus Alamaniam domuit; Julianus urbes Galliæ ex favillis et cineribus excitavit. 6. Illæ provinciæ obsessæ, expugnatæ, ferro ignique vastatæ beatiores sunt his oppidis, quæ habet sine hoste Constantius. 7. Æstates omnes[r] in castris, hyemes in tribunalibus degit. Ita illi anni spatia divisa sunt, ut aut barbaros domitet, aut civibus jura restituat, perpetuum professus aut contra hostem, aut contra vitia certamen.'

Cap. v. 1. Hæ voces fuerunt ad inflammanda odia probris omnibus potentiores. Si enim comminisci aliqua flagitia tentassent, facile ipso splendore laudis et gloriæ refutarentur. Invenerunt accusandi genus, quod nullus refelleret. 2. Sed quid, oro vos, Principem nostrum facere debuisse censetis? Romanas urbes hostibus dederet, ne animum fratris offenderet? Provincias firmissimas utilissimasque reipublicæ sub obtutibus suis vexari ac diripi sineret, ne quid Augustus, quod nollet, audiret? Flagitiis administrantium non modo fræna laxaret, sed etiam stimulator accederet, ne inter Principes faceret morum dissimilitudo discordiam? 3. Nobilem Etruriæ adolescentem[s] fe-

[j] *Laudandi specie obtegebant.*

jure Guelph.—5 *Principis merces* Puteol. Cuspin. Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *P. mores* Guelph. Mœrl. Vet. Putean. Vet. Livin. Exc. Lang. Grut. et recentt. *P. partes* Exc. Schonhov. *falsarum opinionum, vituperationum, &c.* edd. vett. Vide Nott. Varr. Mox, Guelph. *per benivolentiam.*—6 *Illæ p. o. oppugnatæ* Bertin. Mœrl. Guelph. Cuspin. *igneque . . . iis oppidis* Guelph.

Cap. v. 2 Gud. Puteol. Rhenan. H. Steph. et Rivin. *hostibus dedere.* 'Male Guelph. *fratris ostenderet.*' Arntz. *etiam s. accenderet* Baun. Cellar. Patarol.

NOTÆ

innumera captivorum manu ad Constantium abductus est.

[q] *Laudum titulis peragebant*] Quasi amoris specie laudabant Julianum, sed revera ut bilem moverent Constantio, quo obtrectatorum genere nullum est malevolentius.

[r] *Æstates omnes*] Id de Juliano asserit Ammianus.

[s] *Etruriæ adolescentem*] Is Spurina

runt, cum propter eximiam formæ dignitatem multarum in se fœminarum amores excitaret, faciem suam ad obliterandam pulchritudinem vulneribus sauciasse. Sed facile fuit juveni, dignitati corporis decorem animi præponenti, et candorem decolorare, et oris nitorem, alte impressis cicatricibus, devenustare.[t] 4. Num aliquid hujusmodi adversus amorem civium facere debuit Julianus? Ac ne potuit quidem; nisi forte existimamus, patientes vulnerum formas esse virtutum. Scilicet et candorem æquitatis potuit obumbrare, et a temperantia purpuram sancti ruboris[k] abolere, vicem fortitudinis[u] indignis confodere vulneribus, eruere oculos providentiæ! 5. Dein, nisi ille adolescens severam manum propriis vultibus intulisset, dies et mora, ac non longa[v] ætatis successio omnem illum florem corporis peremisset. At in virtutibus[w] Principis nostri quanto ætas prolixior, tanto pulchritudo præstantior.

CAP. VI. 1. Mitto cunctam barbariam adversus vindicem Romanæ libertatis[a] in arma commotam, gentesque recens victas,[b] et adversus jugum nuper impositum cervice

[k] *Ruborem castæ verecundiæ.*

Mox, *ne* deest in Guelph.—4 *Num a. adversus hujusmodi* Cuspin. Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *Num a. hujusmodi* Vet. Putean. Bertin. Mœrl. Guelph. Grut. et recentt. *At ne potuit* conj. Livin. et Acidal. receperunt Patarol. et Jæger. *sui ruboris* Livin. *sancti ruboris* Vet. Livin. Cuspin. *oculos prudentiæ* conj. Livin.—5 *Deinde* edd. ante Arntz. qui e Vet. Livin. Exc. Schonhov. Guelph. et Cuspin. restituit *Dein*. Edd. vett. *et mora non longa*. Vide Nott. Varr. *successio omnium* Rhenan. et Rivin. *At virtutibus*, vel *At enim virtutibus*, conj. Acidal.

CAP. VI. 1 Edd. ante Grut. *gentesque recensuitas*. Vet. Livin. et Guelph.

NOTÆ

fuit, ut margini ascriptum reperio in Viennensi editione. Quam historiam fuse refert Val. Max. IV. 5.

[t] *Devenustare*] Vox A. Gellio usurpata pro eo quod est 'deturpare.'

[u] *Vicem fortitudinis*] Lege cum Lipsio, *cervicem fortitudinis;* nam ut ait ille Epistol. Quæst. III. 24. 'in cervice vis ferendi et nervorum conventus.' Mamertinus supra cap. v. 'nisi forte existimamus patientes vulnerum formas esse virtutum.'

[v] *Dies et mora, ac non longa*] Quid si legamus cum Acidalio, *Dies et mora non longa, ætatis successione.*

[w] *At in virtutibus*] *At enim in virtutibus* Acidal.

[a] *Vindicem Rom. lib.*] Julianum.

[b] *Recens victas*] A Constantio et Constantino magno ejus filio domitas, et a Francorum incursionibus liberatas.

dubia contumaces, in redivivum furorem nefandis stimulis excitatas.[l] Quæ omnia obstinatam, et immobilem Principis maximi tandem vicere patientiam. 2. Itaque cum in ipso molimine[c] oppressisset Alamaniam rebellantem, qui paulo ante inaudita regionum, fluviorum, montium nomina exercitu victore peragraverat,[m] per ultima ferarum gentium regna, calcata regum capita supervolans, in medio Illyrici sinu improvisus apparuit. 3. Vidimus felices illius comites viæ stupentes, urbium populos dubitasse credere quæ videbant. 4. Non aliter consternatas arbitror gentes, quæ primæ lapsum cœlo excepere Palladium.[d] Virgines, pueri, fœminæ, tremulæ anus, titubantes senes non sine magno attoniti[e] horrore cernebant Imperatorem, longam viam, sub gravium armorum onere, currentem, properantis anhelitum sine sensu lassitudinis[n] crebriorem, sudorum rivos per fortia colla manantes, et inter illum pulveris, qui barbam et

[l] *Actas in novum furorem.*
[m] *Victorem exercitum traduxerat trans regiones, fluvios, montes ne notos quidem de nomine.*
[n] *Ita ut defatigationem sentire non videretur.*

adversum jugum. Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *irredivivo furore;* Guelph. Vet. Putean. Vet. Livin. Exc. Lang. Bertin. Exc. Schonhov. P. Steph. Grut. et recentt. *in redivivum furorem.* Mox, *Quæ o. obstinata* Rhenan. et al. vett. *Principis tandem* Rhenan. H. Steph. et Rivin. *Principis maximi tandem* Vet. Putean. et edd. recentt. Cf. supra II. 6.—2 *Itaque c. ipso* Guelph. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *Itaque c. in ipso* Exc. Schonhov. Bertin. Cuspin. Grut. et recentt. *Illyrici sinus* Mœrl. Puteol. Rhenan. Steph. Patarol. *I sinu* conj. Ritters. receperunt Cellar. et Baun. *improvisus aperuit* Puteol. Cuspin. H. Steph. Rhenan. Steph. et Rivin. *i. apparuit* Vet. Putean. Guelph. Livin. et recentt. et sic conj. Rhenan.—3 Bertin. *viæ comites.* Mox, *dubitasse, crederent* conj. Arntz.—4 Edd. vett. *quæ prolapsum cœlo.* Vide Nott. Varr. *properantes anhelitus* conj. Acidal. *crebriores s. rivos* edd. vett. *crebrio-*

NOTÆ

[c] *In ipso molimine*] Id est, tum, cum prope abesse crederet, ut Gallias invaderet.

[d] *Palladium*] Palladis simulacrum fuit, quod eo tempore quo ara et templum Minervæ struebatur, de cœlo lapsum sibi in templo legit. Quia autem erat in fatis tamdiu Trojam incolumem fore, quamdiu intra ejus mœnia simulacrum illud servaretur, Diomedes et Ulysses fatale illud signum sustulerunt. Nec multo post Græci Trojam, post decem annorum obsidionem, tutelari hoc numine spoliatam subverterunt. Virg. Æn. II. 163.

[e] *Non sine magno attoniti, &c.*] Forte inducenda hæc postrema vox *attoniti.*

capillum oneraret, horrorem, micantia sidereis ignibus lumina.[o] 5. Voces gaudentium oppresserat miraculi magnitudo. Cessabant officia laudandi plus quam laudanda cernentibus.

CAP. VII. 1. Sufficere quidem poterat ad expeditionem præsentium negotiorum sola properatio, sed non sufficit Principi nostro, reipublicæ una ratione consulere. Multa pariter aggreditur pectus nullis unquam [f] laboribus fatigatum. Ut uno eodemque tempore et componeret fidissimarum provinciarum statum, et barbariam omnem, admoto propius terrore, percelleret, longissimo cursu Istrum placuit navigari. 2. Pro sancta Divinitas! [g] quæ navigationis illius fuit pompa, cum dexteriorem inclyti fluminis ripam utriusque sexus, omnium ordinum, armatorum atque inermium perpetuus ordo prætexeret; despiceretur ad lævam in miserabiles preces genu nixa barbaria? 3. Omnes urbes, quæ Danubium incolunt, aditæ, omnium audita decreta, levati status, instauratæque fortunæ,[p] innumerabilibus barbaris [h] data venia, et munus pacis indultum. Qui properationem illam contemplabitur, nihil egisse, præter viam, Imperatorem putabit; qui gestarum rerum multitudinem considerabit, properasse non credet.

[o] *Cum barba et capillus squaleret pulvere, et oculi cælesti flamma fulgerent.*
[p] *Auctæ opes.*

rem, s. rivos Mœrl. Guelph. Vet. Putean. Vet. Livin. Cuspin. *crebriore* P. Steph. et al. vett. *onerarat* edd. ante Arntz. *oneraret* Vet. Putean. 'Etiam Guelph. quod elegantius, ideoque restitui.' *Arntz.*

CAP. VII. 1 *Sufficeret quidem* edd. vett. *Sufficere quidem* Vet. Putean. Bertin. Mœrl. Gud. Exc. Schonhov. et Cuspin.—2 Guelph. *ad l. immiserabiles.*—3 *Danubium colunt* conj. Livin. *D. accolunt* Acidal. *auditæ* Puteol. Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. *aditæ* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Cuspin. P. Steph. et recentt. *instaurata æque* Guelph. *nihil legisse* edd. ante Patarol.

NOTÆ

[f] *Nullis unquam*] Julianum laboris bellici patientissimum fuisse testantur ejus vitæ scriptores, inprimisque Ammianus.

[g] *Pro sancta Divinitas*] Infra cap. XXVIII. 'Illic pro sancta divinitas! gaudentibus cunctis; quo ore? qua voce? inquit, ave consul amplissime.'

[h] *Innumerabilibus barbaris*] Forte Quadis et Saxonibus, quos Julianus Chariettonis cujusdam transfugæ opera delevit, et ea conditione ad pacem admisit, ut nunquam contra Romanos arma ferrent.

Cap. VIII. 1. O facundia potens Græcia! omnium tuorum principum gesta in majus extollere sola potuisti; sola factorum glorias ad verborum copiam tetendisti.[q] 2. Tu navem[i] unam, propter aurati velleris furtum, et virginis[j] raptum, in cœlum usque sublatam sideribus consecrasti. Tu puerum, inventorem serendi,[k] draconum alitum curru volantem, semina in terras sparsisse jactasti. 3. Quid tu, si ad scribendas, celebrandasque res Principis nostri animum adjeceris, de Juliani lembis liburnisque[l] factura es? quæ non modo nihil cuiquam adimunt, neque urbes hospitas populantur, sed ultro omnibus populis immunitates, privilegia, pecunias largiuntur. 4. Qua dignitate describes classem, per maximi fluminis tractum remis, ventisque volitantem; tum Principem nostrum, alta puppe sublimem, non per ejuscemodi agros frumenta spargentem, sed Romanis oppidis bonas spes, libertatem, divitias dividentem; tum ex parte altera in barbaricum solum terrorem bellicum, trepidantes fugas, formidines obserentem?

Cap. IX. 1. Jam quale illud fuit, quod Istrum[m] adhuc

[q] *Sola rerum gestarum gloriam exaggerasti, quantum satis est ad orationem amplificandam.*

Cap. VIII. 1 *O fandi potens* conj. Acidal. *Græcia, quæ omnia* malit Jæger. Puteanus legendum putat, *sola ad factorum glorias verborum, &c.*—3 Edd. ante Arntz. *urbes h. populant;* Vet. Putean. Exc. Schonhov. Mœrl. Gud. et Exc. Schonhov. *u. h. populantur.* 'Utrumque probum.' *Jæger.*—4 '*Qua d. describis* Guelph. male.' *Arntz.* *remis velisque* conj. Arntz. pater. *cujuscemodi agros* Puteol. aliæque edd. ante Grut. *ejusmodi agros* Guelph. *ejuscemodi agros* Mœrl. et Vet. Putean. *trepidationes fugas* edd. ante Arntz. *trepidantes fugas* Guelph. 'Male Guelph. *formidinem.*' Arntz.
Cap. IX. 1 *Jum quale id* Puteol. Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. *Jam q.*

NOTÆ

[i] *Navem*] Cui Argo nomen; unde Argonautæ dicti sunt, qui in ea ad vellus aureum asportandum Colchida navigarunt. Virg. Ecl. IV. 34. 'Alter erit tum Tiphys, et altera quæ vehat Argo Delectos heroas.' Piget referre quæcumque de ea apud poëtas referuntur; ut fatidicam illam fuisse, cœlo conseeratam, &c.

[j] *Virginis*] Medeæ.

[k] *Inventorem serendi*] Triptolemum. Ovid. Trist. III. 8. 'Nunc ego Triptolemi cuperem conscendere currus, Misit in ignotam qui rude semen humum.' Nota ex poëtis omnibus fabula.

[l] *Lembis liburnisque*] Naviculæ exiguæ genus, miræ velocitatis. Supra Paneg. II. 12.

[m] *Istrum*] De Istro, seu Danubio

navigans beneficia tua usque ad Adriacum,[n] Tyrrhenum, Epiroticum porrigebas? ipso enim tempore levati equorum pretiis enormibus Dalmatæ;[o] Epirotæ ad incitas,[r p] intolerandi tributi mole depressi, providentia, Imperator, tua non modo miserias exuerunt, sed amplam etiam, atque opulentam revexere[s] fortunam. 2. Urbs Nicopolis,[q] quam Divus Augustus in monumentum Actiacæ victoriæ, tropæi instar, extruxerat, in ruinas lacrymabiles prope tota conciderat; laceræ nobilium domus; sine tectis fora; jamdudum aquarum ductibus pessumdatis plena cuncta squaloris et pulveris. 3. Certamen ludicrum, lustris omnibus solitum frequentari, intermiserat temporis mœsti deforme justitium.[r] Ipsæ illæ bonarum artium magistræ, et inventrices, Athenæ,[s] omnem cultum publice privatimque perdide-

[r] *Ad extremas angustias redacti.*
[s] *Receperunt.*

illud Vet. Livin. Bertin. Cuspin. P. Steph. et recentt. *ad Adriam* edd. vett. *ad Hadriacum* Gud. *ad Adriacum* Mœrl. Pro *Epiroticum*, quod e codd. Guelph. et Mœrl. recepit Jæger. *Mæotidem* habent edd. vett. *Mareoticum* Vet. Putean. et Cuspin. *Meroticum* Vet. Livin. *Mereoticum* Bertin. Mox, *eo ipso enim tempore;* vel, *ipso enim illo tempore* conj. Jæger. *ad incitas* desunt in edd. antiq. extant vero in Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Guelph. Grut. et recentt. *revexerunt fortunam* edd. vett. *revexere* Vet. Livin.—2 Guelph. *trophæi instar.* Pro *conciderat,* Vet. Putean. habet *ceciderat.*—3 *Eleusina con-*

NOTÆ

fluvio supra in Plinii Paneg. c. XII. not. [w].

[n] *Ad Adriacum* [*Adriam*] Id est, ad mare Adriaticum. *Tyrrhenum*] Id est, mare Tyrrhenum, quod et Tuscum et Etruscum dicitur, *la mer de Toscane. Epiroticum* [*Mæotidem*] Vide supra Paneg. III. 16.

[o] *Dalmatæ*] Populi Illyrici ad oram maris Adriatici. *Epirotæ*] Græciæ populi, ad mare Ionium: quorum regio nunc Albania dicitur.

[p] *Ad incitas*] Metaphora ducta a ludo calculorum, in quo unus certus calculus, quem Regillin vocant, in sua linea immotus asservatur, neque inde movetur nisi in extremo discrimine. Cum ergo significatur aliquis adductus in summas angustias, tunc dicitur 'redactus ad incitas.' Nam incitæ, lineæ sunt, unde cieri calculi non poterant. Ita Erasmus. Atque hoc proverbio sæpe utitur Plautus.

[q] *Nicopolis*] Apud Actium condita est ab Augusto, in Actiacæ victoriæ memoriam.

[r] *Justitium*] Quasi juris statio, seu juris dicundi in publico, aliquo luctu intermissio. Livius: 'Dictator justitium edicit, claudi tabernas tota urbe jubet, vetat quenquam privatæ quicquam rei agere.' Justitium etiam interdum sumitur pro cessatione exigendi æris 30. dies.

[s] *Athenæ*] Urbs ad fluvium Ilissum sita in ea Achaiæ parte, quæ Attica

rant. In miserandam ruinam conciderat Eleusina.[t] 4. Sed universas urbes, ope Imperatoris refotas,[*] enumerare perlongum est: scire satis est, cunctas Macedoniæ,[u] Illyrici,[v] Peloponnesi[w] civitates unis aut binis epistolis maximi Imperatoris repentinam induisse, novatis mœnibus, juventutem;[*] aquas omnibus locis scatere; quæ paulo ante arida, et siti anhelantia visebantur, ea nunc perlui, mundari, madere; fora, deambulacra, gymnasia, lætis et gaudentibus populis frequentari, dies festos et celebrari veteres, et novos in honorem Principis consecrari.

CAP. X. 1. Si quis mortalium, in aliquam cœlestem speculam nube sublatus, paulo ante vidisset mœsta omnia, semiruta oppida, desolata mœnia, ab indigenis solitudinem, exulum turbam; is si nunc in illud idem editum reponatur, ac despiciat cuncta lætantia, agros consitos, urbes frequentes, aquas oppidis influentes, magnifico cultu non privatas ædes,[a] sed publica tecta surgentia, dites, pro terrarum in-

[*] *Reformatas.*
[*] *Repente instauratis muris firmas constitisse.*

ciderant Bertin. *Eleusin* conj. Livin. *occiderat* Guelph.—4 Guelph. *urbis opere.* Pro *epistolis,* Gud. habet *litteris.* Exc. Schonhov. *et sitim anhelantia.* Pro *mundari* Livin. conj. *inundari.*

CAP. X. 1 'Pessime Guelph. *cœlestem speluncam.*' Arntz. 'Etiam male idem cod. *semirupta.*' Idem. Pro *mœnia,* idem cod. *omnia.* Rhenan. H. Steph. et Rivin. I. 2. *is nunc;* Vet. Putean. Guelph. Exc. Schonhov. Livin. Grut. et recentt. *is si nunc.* Guelph. *orbes frequentes;* Mœrl. *urbes frequentari.* Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. *oppidis fluentes;* Vet. Livin. Bertin. Guelph. Exc. Schonhov. Cuspin. P. Steph. Grut. et recentt. *o. influentes.* Puteol. Cuspin. Rhenan. H. Steph. Livin. et Rivin. *privatas ædes, sed magnifica;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Guelph. Mœrl. Grut. et edd. recentt. *privatas ædes, sed publica.* Paulo post, Mœrl. et Guelph. *mugitibus personare.* Guelph. *mirabitur cum brevi.* Idem codex, Rhenan. H. Steph. Rivin. *vicinam cœli;* Vet.

NOTÆ

dicitur, totius Græciæ caput et disciplinarum omnium parens. Hodie *Setines.* Supra Paneg. IX. 9.

[t] *Eleusina*] Oppidum Atticæ maritimum inter Megaram et Pyræum portum Atheniensium.

[u] *Macedoniæ*] Græciæ celeberrima regio inter Ægæum et Adriaticum, nunc angustioribus quam olim terminis definita.

[v] *Illyrici*] Supra Paneg. VIII. 5.

[w] *Peloponnesi*] Græciæ peninsula, quæ hodie *Morea* dicitur, Lacedæmone famosa.

[a] *Non privatas ædes*] Pro 'non privatas modo ædes, sed etiam,' &c. Sic infra cap. 19. 'Nec viros quidem, sed mulierculas,' id est, 'non viros

geniis, messibus segetes, vincentes agricolarum vota vindemias, arduos colles, profundasque valles, et lata camporum [b] balatu, hinnitu, mugitibus persona, profecto mirabitur tam brevi cuncta mutata, desiliet e nubibus, et viciniam cœli cupide derelinquet, ut tuis, Imperator, terris fruatur. 2. Illud vero cujus miraculi est, neminem ullum in tanto rerum paratu sensisse dispendium,[a] in omnia pecuniam ab Imperatore depromi, et quoddam versa vice provinciis pendi tributum, illinc [c] ad universos fluere divitias, quo prius undique confluebant? Ut in maxima quæstione sit, a quo accipias, Imperator, qui sic omnibus largiaris. 3. Sed, qui vitæ tuæ instituta rationemque cognoverit, facile fontem copiæ hujus inveniet. Maximum tibi præbet parsimonia tua, Auguste, vectigal: quicquid enim alii in cupiditates proprias prodigebant, id omne nunc in usus publicos reservatur.

Cap. xi. 1. Hucusque solus hic fructus imperii putabatur, ut Imperator a ceteris civibus non fortibus factis, nec splendore gloriæ, sed magnitudine sumtuum separaretur.[b] 2. Inde nihil necessariæ substructionum [d] in ædibus moles, ingentes aulicorum catervæ legionum sumtum fa-

[a] *Cum tot opes undecumque colligerentur, neminem damnum sensisse.*
[b] *Differret.*

Putean. al. ap. Rhenan. *viciniam cœli.* Pro *derelinquet*, Acidal. conj. *relinquet.* —2 *Illud vero cujus est miraculum est* Guelph. *rerum apparatu* Mœrl. Gud. et Patarol. *illuc ad* Guelph. *illic ad* Exc. Schonhov.—3 Exc. Schonhov. *parcimonia tua;* Guelph. *p. tuo.* Mox, *prodigas cupiditates* edd. vett. *cupiditates proprias* Guelph. quod restitnit Arntz. Vide Nott. Varr.

Cap. xi. 1 *H. s. is fructus* Guelph. et Vet. Livin. *aut Imperator* Guelph. Voc. *ceteris* deest in Mœrl. et Gud. *gloriæ* deest in edd. Puteol. Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. extat vero in Bertin. Cuspin. P. Steph. et recentt. *separetur* Guelph.—2 Arntz. conj. *moles et ingentes;* vel, *moles, inde ingentes.* Puteol. Rhenan. H. Steph. Rivin. *auxiliorum catervas;* Livin. *auxiliorum catervæ;* Guelph. Vet. Putean. Bertin. Exc. Lang. Mœrl. Exc. Schonhov. P. Steph. et recentt. *aulicorum catervæ.* Grut. conj. *aucupum,* vel *eunuchorum.*—

NOTÆ

modo.' Sic Plinii Paneg. viii. not. j. alia ejusmodi exempla observavi.

[b] *Lata camporum*] Pro 'latos campos,' ut apud Virgil. 'angusta viarum,' &c. Vide Paneg. Plinii cap. lviii. not. r.

[c] *Illinc*] Id est, ab ærario principis ad populos unde affluxerat confluere.

[d] *Substructionum*] Ingentium ædi-

cile vincebant. 3. Quin etiam prandiorum et cœnarum elaboratas magnitudines respublica sentiebat; cum quæsitissimæ dapes[e] non gustu, sed difficultatibus æstimarentur, miracula avium, longinqui maris pisces, alieni temporis poma, æstivæ nives,[f] hybernæ rosæ. Hæc cuncta animus, voluptatum omnium victor, abjecit. 4. Neque enim ei parandæ sunt picturatæ marmorum crustæ, et solido auro tecta laqueata, qui majorem anni partem in nuda humo cubet, et cœlo tantum tegatur: neque turbæ institutorum ad delicias ministrorum, cui tam pauca sint ministranda; neque tempus epularum ei, qui sæpius statarium prandium ad necessitatem humani corporis capiat, gaudens castrensi cibo, ministro obvio, et poculo fortuito.[g]

CAP. XII. 1. Sed inter hæc mirari satis nequeo, quod tam severe parcus in semet, in cives suos tam liberalis est, ac remissus; laborum asperrima sibi sumens, ut nos quietis

3 Vet. Livin. et Guelph. *atque cœnarum.* Mox, *elaboratas* deest in Puteol. Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. *laboratas magnitudines* habent Vet. Livin. Bertin. Cuspin. P. Steph. Grut. et recentt. *elaboratas magnitudines* Vet. Putean. Gud. et Mœrl. *Romanus populus sanciebat* Puteol. Rhenan. H. Steph. Livin. et Rivin. Vide Nott. Varr. *conquisitissimæ* Mœrl. et Gud. *non gestu* edd. ante Livin. *non gustu* Vet. Putean. Guelph. Exc. Schonhov. et edd. recentt. ita quoque conj. Rhenan.—4 *Neque e. comparandæ* edd. vett. *eparandæ* Bertin. *epandæ* Vet. Livin. *ei parandæ* Guelph. et Mœrl. *picturæ* Gud. Puteol. Rhenan. H. Steph. Rivin. *picturatæ* Exc. Schonhov. Livin. P. Steph. et recentt. *tecta laquearia* edd. ante Arntz. qui e cod. Guelph. restituit *tecta laqueata.* Mox, Livin. conj. *ei qui majorem . . . ei cui tam, &c.* Guelph. et Vet. Putean. *pauca sunt.* Vet. Putean. *humani c. capit.*

CAP. XII. 1 Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *parcus sibimet;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Guelph. Exc. Schonhov. Cuspin. P. Steph. Grut.

NOTÆ

ficiorum. Tullius pro Mil. cap. 53. 'Quo in fundo propter insanas illas substructiones facile mille hominum versabatur.' Et cap. 85. 'Aræ quas substructionum insanis molibus oppresserat.'

[e] *Quæsitissimæ dapes*] Similem locum habet Pacatus cap. XIII. et XIV. ubi plura videri possunt de Romanorum luxu in conviviis.

[f] *Æstivæ nives*] Ut in L. Veri imperatoris convivio contigisse ait Capitolinus.

[g] *Cibo . . . fortuito*] 'Nec fortuitum spernere cespitem leges sinebant,' id est obvium. Juliani abstinentiam et temperantiam mirifice laudant etiam qui cetera ejus vitia acerrime carpunt.

rebus agitemus, cum illud usu venire animadvertamus, ut, qui remotam a voluptatibus vitam sequantur, difficiles et morosi sint, sibi parum læti, sed aliis tristiores, mœstas atque solicitas etiam privatas domos faciant. 2. At sanctissimus Imperator impense studet, ut nos pro dignitate habitemus, ut commodis affluamus, ut castam quidem, sed hilarem ducamus ætatem; cum alios principes labor truces, remissos desidia reddiderit, semperque seriis[c] Imperatoribus gratia, communibus[d h] defuerit industria. Neque quisquam sibi molestus ita se facilem ceteris præbuit, ut non ad suum exemplum alios coërceret. 3. Noster Imperator nihil sibi veniæ, nihil ceteris molestiæ ac laboris impartiens, suo negotio omnibus otium præstat, divitiarum largitor, curarum avarus, laboriosissima negotiorum præoptans ipse agere, quam aliis imperare.[e]

CAP. XIII. 1. Multi post exactos reges imperium universæ reipublicæ solitarium cupierunt.[f] Nota sunt recordantibus nomina, eorum videlicet, qui, in propria furentes, affectati regni[i] supplicia pependerunt. 2. Mitto veteres,

[c] *Qui ægre sui copiam faciunt.* [d] *Popularibus.*

[e] *Opes dat larga manu, solicitudinem vero parce, quod difficillimum est mavult ipse exequi, quam aliis præcipere exequendum.*

[f] *Totam rempublicam soli regere peroptarunt.*

et recentt. *parcus in semet.* Edd. ante Jæger. *id usu;* Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Gnelph. *illud usu.* 'Puteol. male *animadvertemus.*' Arntz. *et privatas* Guelph. Mœrl. et edd. vett. *etiam privatas* Vet. Livin. Bertin. Grut. et recentt.—2 '*Et sanctissimus* Guelph. male.' *Arntz. Imperator studet* Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. *I. impense studet* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Guelph. Exc. Schonhov. Cuspin. P. Steph. Grut. et recentt. Pro *communibus*, al. habent *comibus*, al. *coïbus.*—3 Mœrl. *laboriosissimus negotiorum.*

CAP. XIII. 1 Guelph. *nomina rerum videlicet.* Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. *non propria ferentes;* Vet. Putean. Vatican. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Guelph. Exc. Schonhov. Cuspin. P. Steph. Grut. et recentt. *in pro-*

NOTÆ

[h] *Communibus*] Acidalius legit *comibus.* Utrumvis elige.

[i] *Affectati regni*] Alludit ad id quod de Manlio Capitolino refert Livius VI. 20. qui affectati imperii damnatus de saxo Tarpeio in præceps dejectus est. Insuper eversa ejus domus, addita lege, ut ne quis patricius deinceps in arce aut in Capitolio habitaret. Item gentis Manliæ decreto cautum est, ne quis deinde M. Manlius vocaretur.

qui Saxo præceps dati, quorum bona publicata, domus erutæ,[j] interdicta posteris nomina;[k] non paucos, hujusmodi furore vecordes, etiam nostra ætas tulit, qui propter cæcam imperandi cupidinem in ferrum ruerunt. 3. Si hos Deus paulisper vitæ redditos alloquatur: 'Heus,' verbi gratia, 'Nepotiane,[l] atque Sylvane,[m] per infestos gladios, præsentesque mortes imperium petivistis. At nunc ultro vobis potestas regnandi datur, ut ea, qua Julianus, conditione regnetis; ut pro omnium otio, die noctuque, vigiletis; ut, cum domini vocemini, libertati civium serviatis; sæpius prælium, quam prandium, capessatis; nihil cuiquam auferatis, et ultro omnibus largiamini; nulli gratificemini; in neminem sæviatis; toto in orbe terrarum nullius virginis fama violetur; sit lectulus, etiam sine concessis, sed legitimis[n] voluptatibus, Vestalium[o] toris purior; æstate Ala-

pria furentes.—2 *Rupe Tarpeia præceps dati* Vet. Livin. Vide Nott. Varr. *domus dirutæ* conj. Juretus. *non paucis* Guelph. *et nostra ætas* edd. vett. *etiam nostra ætas* Bertin. Vet. Livin. Guelph. et P. Steph. 'In quo trium codd. auctoritati obtemperandum duxi.' *Arntz. cæcam i. cupiditatem* Guelph. —3 *Silvanæ* Exc. Schonhov. *ponentesque mortes* Livin. *præsentesque* Vet. Livin. Bertin. *p?ntesque* Cuspin. *qui Julianus* Guelph. *et cum* edd. ante Arntz. *ut cum . . . in neminem serviatis* Guelph. Mox, *inconcessis sed legitimis* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Puteol. Rivin. 1. al. vett. Vide Nott. Varr.

NOTÆ

j *Domus erutæ*] Lege *dirutæ*, ut Juretus suspicatur.

k *Nomina*] Potius prænomina. Nam ab eo tempore extitere qui Manlii dicerentur, nemo plane qui Marcus Manlius.

l *Nepotiane*] Is ex Tristani numismate Flavius Nepotianus Constantinus. Ex Goltzio vero et Occone Flavius Popilius Nepotianus. Ex Eutropia Constantini magni sorore, et Popilio Nepotiano viro consulari natus; qui cum, cæso Magnentii exercitu, urbem simul et imperium invasisset, ipse vicissim a Maxentio deletus, cæsusque est.

m *Sylvane*] Sylvanus in Galliis ortus, Boniti cujusdam natione Franci, hominis bello clarissimi filius; qui cum a rebelli Magnentio transfugisset ad Constantium, ideoque pedestri magisterio donatus fuisset, tandem purpuram sumsit Coloniæ Agrippinæ. Quod fecit ex necessitate potius, quam ex tyrannidis cupiditate: affectati enim imperii suspectus morti a Constantio destinabatur; quam tamen non effugit, nam in eadem urbe a Constantianis oppressus est. Ammian. lib. v. A. Victor.

n *Sed legitimis*] Alii legunt, *et legitimis.*

o *Vestalium*] Vestales virgines Vestæ sacris, perpetuique ignis custodiæ dicatæ, a Numa Pompilio primum institutæ. Ovid. Trist. iv. 2. 'Quæ

manicum pulverem, hyeme pruinam Thraciæ,[p] intectis verticibus, perferatis:' 4. profecto verborum ipsorum molestiam delicatæ aures non poterunt sustinere. 5. Tantis negotiis territi, non modo imperium, sed etiam vitam perosi, ad inferiores aliquos inferos redire properabunt. 6. Videbunt enim justum principatum laboribus, curis, vigiliis inquietum, cujus illi faciem amœnam et amabilem contemplantes laborum aspera non videbant.

Cap. xiv. 1. Cum igitur, inter egregia negotia itinere confecto, usque ad Thraciæ fines perventum foret, cursim disposito exercitus commeatu, ad Romanam urbem, annonæ vacuam, mentem reflexit. 2. Quemlibet alium a subveniendi conatibus gravissima fames, tristissimum reipublicæ periculum, deterruisset. Sed stipendiis provinciarum, et patrimonii sui fructibus, tum undique frumentis coëmtis usque ad opulentiam abundanitamque esurientem jam urbem refersit. 3. Dicet aliquis: Quomodo tam multa tam brevi tempore? Et recte. Sed Imperator noster addit ad tempus, quod otio suo detrahit. Nihil somno, nihil epulis, nihil otio tribuit; ipsa se naturalium, necessariarumque rerum usurpatione defraudat;[s] totus commodis publicis vacat. 4. Itaque grandævum jam imperium videbitur his, qui non ratione

[s] *Eorum, quæ necessaria sunt ad vitam, usum sibi decidit.*

Alemanicum Guelph.—5 *Et tantis negotiis* conj. Livin.—6 Bertin. *laboribus, vigiliis*, omisso *curis*.

Cap. xiv. 1 Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *cursum;* Acidal. conj. *rursum;* Vet. Putean. Bertin. Exc. Lang. Exc. Schonhov. Guelph. Puteol. Cuspin. P. Steph. Grut. et recentt. *cursim*, ut conj. Rhenan. *deposito exercitus* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. *disposito exercitus* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Grut. et recentt. *Romam urbem* Exc. Schonhov. et Cuspin.—2 Bertin. Exc. Schonhov. Cuspin. P. Steph. *et tristissimum;* copula deest in Guelph. Vet. Putean. Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *undique comptis* Rhenan. Steph. Rivin. *undique frumentis coëmtis* Vet. Putean. Bertin. Mœrl. Guelph. Exc. Schonhov. Cuspin. Livin. Grut. et recentt. *opulentam abundantiam esurientem* Cuspin. et Exc. Schonhov. *urbem refecit* Livin. *urbem refercit* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. *urbem refert* Guelph.—3 Exc. Schonhov. *ipse se.* 'Vulgatum recte habent codd.' *Arntz.* *defrudat* Vet. Livin. Bertin. *publicis*

NOTÆ

. . . . castos Perpetua servant virginitate focos.'

[p] *Thraciæ*] Supra Paneg. v. 21.

dierum, aut mensium,[q] sed operum multitudine, et effectarum rerum modo Juliani tempora metientur. 5. Cum Romani populi victus, et exercitus commeatus esset in manibus, in media expediendæ annonæ trepidatione, nuntius venit, plurimas naves, Africano tritico graves, littus Achaicum[r] prætervectas, Constantinopolim[s] pervolasse. Permoti omnes, et adversus eos qui oram maritimam tuebantur irati, venimus ad Principem; desidia judicum tantum perisse frumenti certatim pro se quisque conquerimur. 6. At maximus Imperator serenum renidens: nihil esse peccatum, non sibi perisse, quæ ad hanc urbem frumenta venissent. 7. Nos vocem illam noti amoris in patriam putabamus, cum proditionem futuri verborum ambago celaret: jam tum enim venturæ felicitatis eventum conscius divini animus prævidebat.

CAP. XV. 1. Cis pauculos dies in novum ac florentem statum republica restituta, sacra mens ad honorum et magistratuum ornamenta respexit. 2. Versari cœpit in sacri

commodis Bertin.—4 ' Pessime Guelph. *mentientur.*' Arntz.—5 ' Voc. *commeatus* abest in Guelph. male.' *Idem. esset in navibus* Puteol. Rhenan. H. et P. Steph. Livin. Grut. Rivin. Paris. Cellar. Patarol. Jæger. *esset in manibus* Bertin. Gud. Mœrl. Exc. Schonhov. Cuspin. Baun. improbante Livineio. *Constantinopolim provolasse* Guelph. *desidia indicum* Vet. Livin. Puteol. Rhenan. H. Steph. Rivin. *d. indigum* Cuspin. *d. judicum* Vet. Putean. Mœrl. Guelph. et edd. recentt. *per se quisque* Guelph.—6 *At maximus Imperator* desunt in Guelph. ' Mœrl. falso *serenus ridens.*' Jæger. *nihil inquit esse* Guelph.—7 Guelph. *in se patriam.* Rhen. Steph. Livin. Rivin. *proditorem futuri;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Exc. Schonhov. Guelph. Puteol. Cuspin. P. Steph. et recentt. *proditionem futuri;* Mœrl. *proditione futuri.* Pro *ambago*, Schenckius conj. *ambiguo.* Mox *eventum* deest in Mœrl. Gud. Rhenan. H. Steph. Livin. et Rivin. id vero ex Cuspin. Bertin. et Exc. Schonhov. revocavit P. Stephan. eumque secuti sunt recentt. *conscius divinus* Livin. *conscius divini* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. aliique codd. et edd. omnes.

CAP. XV. 1 ' Guelph. Rhenan. Steph. et Rivin. *respublica restituta*, sine sensu idoneo.' *Arntz.* ' Lege, *republ. restituta.*' Acidal. *ac magistratuum*

NOTÆ

[q] *Aut mensium*] Habita est enim hæc oratio altero postquam imperator acclamatus esset anno.

[r] *Littus Achaicum*] Achaia, quæ et Græcia dicitur, ex una parte mari circumflua, ex altera Thessaliæ et Epiro terminata. Achaia tamen proprie dicta, regio Peloponnesi inter Corinthum et Patras.

[s] *Constantinopolim*] Urbs ad Bosporum Thracium sita, ac Thraciæ caput, olim Byzantium.

pectoris comitio[t] consulatus. Quid secutus sit, ipse scit, et quæcumque consilia ejus gaudet formare Divinitas. De omnibus Romani imperii viris primus electus sum, cum honorem meum adoreis militaribus gloriosus collega[u] cumularet. 3. Gratias tibi, gratias, Imperator, si mereri me credidisti; et plures gratias, Imperator, si tantum amasti, ut me consulem faceres etiam non merentem. 4. Nec ignoro, maximos honores ad parum dignos, penuria meliorum, solere deferri; sed non vereor, ne quis malevolorum in consulatu meo id autumet accidisse. Si quis hoc lividius jactitat, ipso tempore refutatur; adversus quem dixisse satis est: 'Jam tamen Principi nostro Roma parebat.' 5. Quid? quod nihil speranti mihi de honoris augmento, (neque enim ultra præfecturam se votorum meorum modestia porrigebat,) perfertur nuntius, consulem me creatum sine impendio, quod jam diu paucis; sine labore, quod nunquam; sine petitione, quod nemini.

CAP. XVI. 1. Quis ignorat, tum quoque, cum honores populi Romani suffragiis mandabantur, multos fuisse candidatorum labores? Ediscenda omnium nomina, tributim

Guelph.—3 *Gratias tibi, Imperatori, gratias, si* Mœrl. et Guelph. *et me consulem* Guelph.—4 *malivolorum* Puteol. Rhenan. al. vett. *consulatu eo* Puteol. Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *c. meo* Vet. Livin. Bertin. al. ap. Rhenan. Exc. Lang. Exc. Schonhov. Guelph. Cuspin. P. Steph. et recentt. *lividus jactitat* edd. ante Arntz. qui e codd. Gud. et Mœrl. restituit *lividius*. Mox, *Jam tum* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Gud. Mœrl. Baun. Cellar. *Roma patebat* Exc. Schonhov. et Cuspin.—5 Puteol. Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *nihil separatim;* Mœrl. Guelph. Vet. Putean. Grut. et recentt. *nihil speranti.* Puteol. Rhen. H. Steph. Rivin. *augumento;* Exc. Schon. P. Steph. Grut. et recentt. *augmento,* ut conj. Rhenan. et Putean. *argumento* Guelph. '*præfertur nuntius* Puteol. Rhenan. H. Steph. Livin. Grut. Rivin. Paris. nullo sensu.' *Arntz. perfertur* Guelph. Mœrl. Exc. Schonhov. Cuspin. P. Steph. Patarol. Cellar. *quod diu* Guelph.

CAP. XVI. 1 Puteol. Rhenan. Steph. Livin. al. vett. *omnium nomina tri-*

NOTÆ

[t] *In sacri pectoris comitio*] Sic enim qui secum ipse de aliqua re deliberat, et rationum in utramque partem momenta expendit, quasi comitia habet apud se et in animo suo. Sic Plaut. Epidic. II. 1. 'Jam senatum convocabo in corde consiliorum.' Idem in Mostel. 'Dum mihi senatum consilii in corde convoco,' &c.

[u] *Collega*] Flavius Nevita, 'qui,' ut ait Ammianus lib. XXII. 'ut primum augendæ barbaricæ vilitatis auctorem, immoderate notaverat Constantinum.'

omnes, atque etiam singuli [a] salutandi, prensandæ obviorum manus, omnibus arridendum ; non solum cum infimis, sed etiam cum ignotis familiaritatis imago simulanda, multaque alia propter honorem agenda, quæ alias virum honore dignum facere non deceret. 2. Unde illud Crassi celebre dictum. Cum peteret consulatum, et forte cum Scævola socero per vias urbis incederet, nec præsente gravissimo et severissimo viro, blandiri populo, palpare obvios, et artes petitorias auderet exercere, 'Quæso,' inquit, 'Muci, paulisper abscedas, nec comitatu tuo me honestari putes : impedis honorem meum ; te spectante ineptus esse non possum.' [b] 3. At vero ego nullius favorem turpi assentatione promerui ; nihil feci ineptum ; nihil egi, quod spectare Mucium nollem. 4. Non modo nullum popularium deprecatus sum ; sed ne te quidem ipsum, Imperator, quem orare præclarum, cui preces adhibere plenissimum dignitatis est, verbo saltem adii. Sponte in familiam divinum istud a te munus infusum est.

CAP. XVII. 1. Fatebor autem tibi, maxime Imperator,

bunm; Vet. Putean. Exc. Schonhov. Mœrl. Gud. Cuspin. et P. Steph. *o. nomina, tributim;* Vet. Livin. Bertin. et edd. vett. *tributim homines;* Gud. Vet. Putean. Patarol. et Cellar. *t. omnes.* Edd. ante Arntz. *prehensandæ;* Vet. Putean. Vet. Livin. Guelph. *prensandæ.*—2 *Quæso, inquit, Muti* Puteol. Rhenan. H. Steph. et Rivin. 'male ; Græcis enim est Μούκιος.' *Arntz.* *tuo honestari* edd. vett. *me comitatu tuo honestari* conj. Livin. *tuo me honestari* Vet. Putean. 'Melius sit *honestare.*' Acidal. 'Pro *putes,* Cuspin. admodum vitiose *plures.*' Jæger.—3 *At ego vero* Guelph. *nullius amorem* Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. *n. favorem* Bertin. Exc. Schonhov. Cuspin. P. Steph. et recentt. *n. amore* Guelph. *Mutium* Puteol. Rhenan. H. Steph. et Rivin. ut supra.—4 Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. *te quidem, Imperator;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Exc. Schonhov. Guelph. Cuspin. P. Steph. Grut. et recentt. *te quidem ipsum, Imperator.* Vet. Livin. Puteol. Rhenan. H. Steph. et Rivin. *saltim.* Bertin. *in familiam meam.* 'Illud *meam* certe debet subaudiri.' *Jæger.* *istud munus* Puteol. Rhenan. H. Steph. Livin. et Rivin. *istud a te munus* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Guelph. Cuspin. P. Steph. Grut. et recentt.

NOTÆ

[a] *Omnes [homines], atque etiam singuli]* Id est, ipsi adeo singuli homines salutandi. Acidalius legit, *omnes, atque etiam singuli, &c.* In veteri vero codice est, *ediscenda omnium nomina : tributim omnes, atque etiam singuli salutandi.*

[b] *Esse non possum]* Sumtum illud e Tull. de Orat. I. 112. 'Equidem cum peterem magistratus,' &c.

et tuto apud te omnia animi operta [h] reserabo. Nunquam in capita civium [c] potestatem, nunquam provincias concupivi; sed, quia juvanda etiam a me videbatur, pro virili portione,[d] respublica, cum ad magistratum vocarer, propter opinionem desidiæ, non refugi. 2. Negotium publicum neque ambitor appetii, neque per timiditatem, aut ignaviam recusavi; sed a teneris annis, ab ætate puerili ad hanc usque canitiem,[e] consulatus amore flagravi. 3. Secundum etiam tibi confessionis gradum debeo.[i] Cum in aliorum Principum esset potestate respublica, diu inanem cupiditatem, sine spei solatiis, fovi. Unde enim mihi aspirandi ad hoc nomen esset amentia, opum vacuo, et ignaro ambiendi?[j] 4. Nam primum cum Cæsar esses, marcentem jam cupiditatis meæ flammam, spei bonæ flatibus, excitasti. 5. Cum vero te, Auguste, mirificum innocentiæ ac virtutum spectatorem viderem, tunc mecum: 'Claudi Ma-

[h] *Pectoris arcana.*
[i] *Hoc quoque alterum tibi fateri debeo.*
[j] *Cum neque suppeterent opes, neque ambiendi artem tenerem?*

CAP. XVII. 1 Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. *apud te animi;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Guelph. Cuspin. P. Steph. et recentt. *apud te omnia animi.* Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *opera;* Guelph. Vatican. Bertin. Mœrl. Exc. Schonhov. Cuspin. Grut. et recentt. *operta;* Patarol. *aperta.* Puteol. Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *provinciam concupivi;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Guelph. Grut. et recentt. *provincias concupivi.* Hæc verba, *cum ad magistratum,* usque ad *neque ambitor,* desunt in Guelph.—2 Livin. Grut. Parisienses, Cellar. Patarol. *ambitu.;* Vet. Livin. Gud. Mœrl. Puteol. Cuspin. Rhenan. H. et P. Steph. et Rivin. 1. *ambitor.* Guelph. *aut ign. recusari.* Mœrl. *hanc ipsam canitiem.*—3 Guelph. *mihi aspirando.* Vet. Livin. Puteol. Rhenan. Cuspin. H. et P. Steph. Rivin. 1. *ambiundi.* 'Quod forte in suo etiam vidit Puteanus, cum variantem non notaverit.' *Arntz.*—4 *Cum primum tu Cæsar* conj. Livin. *Nam* glossa videtur Grutero.—5 *Augustum* conj. Putean. *mecum dixi* Gud. Mœrl. Rhenan. H. et P. Steph. Livin. Puteol. Rivin. *mecum dandi* Vet. Livin. *mecum: Claudi* Guelph. Exc. Schonhov. Cuspin. Grut. et recentt. '*Claudii* pessime Cellar.'

NOTÆ

[c] *In capita civium*] Id est, nunquam præturam, nunquam consulatum appetivi, utrique enim pro suo magistratu jus habent in civium vitam.

[d] *Pro virili portione*] Id est, pro viribus. Tacitus in Julii Agricolæ Vita: 'Tanquam pro virili portione innocentiam principi (nempe Domitiano) donares.' Quod etsi apud Tullium quod quidem sciam, non legitur, non alienum tamen est illud Tull. pro Sextio: 'Hæc qui pro virili parte defendunt, optimates sunt.'

[e] *Ad hanc usque canitiem*] Mamertinus igitur senex fuit, cum hanc orationem habuit.

mertine, non frustra hucusque vixisti. Habes idoneum fidei ac industriæ judicem. Memento, in magno res tuas esse discrimine. Scietur, non meruisse te consulatum, si tibi non detulerit hic Imperator.'

CAP. XVIII. 1. Habes, Auguste, proditionem silentii mei, et rem a me non brevis ævi taciturnitate celatam.[k] Nondum tamen cuncta prodidimus. Nullum hinc jam mecum volo referre secretum; omnia pectoris arcana vacuabo. 2. Suspendisses benevolentiam[f] tuam, et tuæ isti in me liberalitati, contra mores tuos, artificii aliquid addidisses; forsitan rogassem. 3. Parvi autem, Imperator, putas esse beneficii, quod rogandi mihi periculum remisisti? periculum, inquam, sanctissime Imperator. Si præstare dubitasses, si in posterum distulisses, quid me fieret post repulsam? 4. In levissimis quoque beneficiis petitis, nec impetratis, amicitia dissolvitur. Namque is, quo amicitia continetur,[l] amor apud utrumque polluitur. Alter amari se, quia non præstitit, non putat; alter odio se esse, quia non obtinuit, arbitratur. 5. Nec sane mihi consul gratuito factus viderer, si honorem precibus emissem. Miserum enim et laboriosum subiissem, meliore ævi parte transacta, tirocinium rogandi. Neque enim existimo, molestius esse pecuniam, quam preces, fundere. 6. Denique omnes in

[k] *Habes explicationem silentii mei, et rem quam dudum silentio presseram.*
[l] *Is affectus, quo amicitia sustentatur.*

Arntz. huc usque non frustra edd. ante Jæger. Mox, Guelph. mutato ordine, *te non meruisse consulatum.* Cuspin. *tibi eum non, &c.*

CAP. XVIII. 3 Puteol. Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. *periculum commisisti;* Vet. Putean.. Vet. Livin. Bertin. Guelph. Exc. Schonhov. Cuspin. P. Steph. et recentt. *p. remisisti.* Mox, Acidal. conj. *Imperator, quasi præstare;* edd. ante Jæger. *Imperator, si præstare.* Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. *quid inde fieret;* Rivin. 1. 2. *quid inde fieret;* Vet. Putean. Gud. Mœrl. *quid a me fieret;* Vatican. Vet. Livin. Bertin. Grut. Paris. Cellar. Jæger. *quid me fieret.* —4 Edd. vett. *continetur, gradus;* Bertin. Cuspin. Grut. et recentt. *continetur, amor.*—5 Bertin. *gratuito consul.* Guelph. *factus redderet.* Vet. Livin. *et l. subissem.* 'Guelph. *modestius esse:* male.' *Arntz.*—6 Puteol. Rhenan. H. Steph.

NOTÆ

[f] *Suspendisses benevolentiam*] Hoc est, *si suspendisses benevolentiam*, quo loquendi modo nihil apud bonos scriptores frequentius.

emendo videmus, repensandi [m] fiducia, magno erectoque animo aurum argentumque depromere; eos vero, qui preces allegant, humiles atque demissos, vix cunctabunda atque titubantia verba proferre, neque orationem solum inclinare, sed totis corporibus in genua summitti. 7. Prorsus, ut ex animi sententia loquar, maximo vendit beneficium, qui preces accipit.

CAP. XIX. 1. An vero, si centuriatis comitiis consul creatus essem, gloriosius mihi universi populi suffragiis declaratus viderer? Minime: siquidem etiam illis priscis temporibus, multorum ambitu, fuit campus infamis. Nota divisorum [g] flagitia; notæ locellorum præstigiæ; [h] tum operarum ad vim et seditionem manus emtæ. 2. Nec sane potest in confusa imperitorum multitudine quicquam esse perpensum.[n] Nam cum boni rari sint, improborum vulgus immensum; in campo autem numerus et turba præpolleat; sine dubio intelligitur, eum suffragiis populi magistratum capere, quem plures, id est, quem pejores probarunt. Unde factum est, ut majores nostri viderent Gabinios [i] designa-

[m] *Compensandi.*

[n] *Aliquid esse consideratum.*

Livin. et Rivin. *certoque animo;* Cuspin. et P. Steph. *et erecto animo;* Bertin. Mœrl. Guelph. Grut. et recentt. *erectoque animo.* Bertin. *solum orationem.*—7 Bertin. *animi mei.* Guelph. *vendat.*

CAP. XIX. 1 Pro *consul creatus*, Guelph. habet *consultatus.* Steph. et Rivin. *gloriosus mihi;* Guelph. *glorius mihi;* Puteol. Livin. et recentt. *gloriosius mihi;* ut conj. Rhenan. *Nota diversorum* Vet. Livin. et Gud. *lucellorum præstigiæ* edd. vett. *lucullorum p.* Vet. Putean. Vatican. Vide Nott. Varr.—2 'Pro *imperitorum*, Guelph. male *peritorum.*' Arntz. *plures enim quem* Livin. *plures, id est quem* Guelph. aliique codd. et edd. *priores probarunt* Rhenan. Livin. H. Steph. Rivin. al. vett. *pejores probarunt* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Exc. Schonhov. Guelph. Cuspin. P. Steph. et recentt. et sic conj. Acidal. *pejores probarint* legendum putavit Rhenan. *Vatinios designatos*

NOTÆ

[g] *Divisorum*] Mos erat apud Romanos, ut magistratus qui peterent, pecunia largitioneque suffragatorum studia sibi conciliarent: qui autem pecuniis tributim distribuendis præerant, 'divisores' dicebantur.

[h] *Locellorum præstigiæ*] Haud absimile illud Ausonii Paneg. ad Gratianum: 'Consul ego, Imperator Auguste, munere tuo non passus septa, neque campum, non suffragia, non puncta, non loculos.'

[i] *Gabinios*] An potius *Vatinios;* ut observat Lipsius Ep. XXIV. 3. Cato enim in petitione consulatus posthabitus est Vatinio, non Gabinio. Id-

tos, et repulsos Catones. 3. Sed hæc vetusta dent recordari,[a] quemadmodum paulo ante honor petitus sit. Vix pauci extiterunt, quorum virtutibus deferretur: cum quidem ipsis illis tarda industriæ ac probitatis merces veniret. 4. Ceteri vero perditissimum quemque ex aulicis frequentabant. Uti quispiam per artes turpissimas Imperatori acceptissimus videbatur, eum assiduis obsequiis emerebantur, donisque captabant. 5. Nec viros quidem, sed mulierculas exambibant; nec fœminas tantum, sed spadones quoque, quos, quasi a consortio humani generis extorres, ab utroque sexu aut naturæ origo, aut clades corporis separavit. 6. Ita præclara illa veterum nomina sordidissimum quemque ex cohorte imperatoria, etiam probrosissimum adulabant.[j] 7. Hi, cum in provincias immissi erant, qua sacra, qua profana rapiebant, iter sibi ad consulatum pecunia munientes.

Cap. xx. 1. Itaque nullum jam erat bonarum artium studium. Militiæ labor a nobilissimo quoque pro sordido et illiberali rejiciebatur. Juris civilis scientia, quæ Manilios,[k] Scævolas,[l] Servios[m] in amplissimum gradum digni-

[a] *Revocent in memoriam.*

conj. Livin.—3 Exc. Schonhov. et Livin. *debent recordari;* Cuspin. *debet recordari;* Vet. Livin. aliique omnes, *dent recordari.* Mox, Guelph. *repetitus sit.* 'Idem codex, *ipsis illa;* non male: nimirum consulatus honor.' *Arntz.*—4 *Uti quisque per artes* Vet. Livin. 'satis bene.' *Jæger.* *cum adsiduis* Cuspin. et Exc. Schonhov. Pro *emerebantur,* Ritters. conj. *demerebantur,* quod recepit Patarol.—6 Cuspin. Rhenan. Steph. Livin. et Rivin. *et improbissimum;* Vet. Putean. Bertin. Mœrl. *et probrosissimum;* Guelph. *etiam probrosissimum;* Vet. Livin. *et probissimum.* Pro *adulabant,* Schonhov. conj. *adorabant;* Mœrl. *adulabantur.*—7 Mœrl. et Gud. *omnia sacra, omnia profana.*

NOTÆ

ipsum refert Seneca libello 'quod in sapientem non cadit injuria.' Idem de Divina Providentia, et Val. Max. VII. 5. De Catone autem supra Paneg. II. § 14.

[j] *Adulabant*] Hac voce usus Lucretius lib. v. 'Gannitu vocis adulant:' et Ausonius in Gratiarum Actione ad Gratianum: 'Centurias non adulavi.'

[k] *Manilios* [*Manlios*] T. Manlium intelligit, quem Val. Max. v. 8. 'juris civilis et sacrorum pontificalium peritissimum' fuisse tradit. Acidalius pro *Manlios,* legit *Manilios.* Manilius quidem cum se a re militari ad forensem vitam contulisset, tres libros de jure civili scripsit.

[l] *Scævolas*] P. Mutius Scævola anno U.C. 617. consul cum L. Cal-

tatis evexerat, libertorum officium dicebatur. 2. Oratoriam dicendi facultatem, multi laboris, et minimi usus negotium, nostri proceres respuebant; dum homines noluisse videri volunt, quod assequi nequiverunt. Et vere tantum laboris, vigiliarumque suscipere ad id adipiscendum, cujus usus agendæ vitæ ornamenta non adjuvaret, dementia ducebatur. 3. Itaque erat omne studium pecuniæ coacervandæ. Tanto enim [n] vir quisque melior, quanto pecuniosior habebatur. 4. Jam serviendi miseranda patientia, assentandi mira calliditas. Ministrorum aulæ quotidie limina terebantur. 5. Ad fores eorum, qui regiis cupiditatibus serviebant, ternos patriciæ gentis viros [o] cerneres ab

CAP. XX. 1 *Manlios* edd. vett. *evexerit* Ald. et aliæ edd. ante Patarol. et Jæger. *evexerat* Exc. Lang. al. ap. Rhenan. ut conj. Acidal. *extulit* Vet. Putean. *evexit* Vatican. *libertinorum* Mœrl. *artificium dicebatur* edd. ante Arntz. *artificium ducebatur* conj. Acidal. *officium dicebatur* Guelph.—2 'Corrupte Guelph. *voluisse videtur.*' Arntz. 'Scribe *assequi noluisse.*' Livin. *Et verum* Vet. Putean. *Et vero* conj. Putean. et Acidal. *Et fere* Arntz. 'Male ed. Rhenan. *suspicere.*' Idem. *ad adipiscendum* edd. ante Arntz. *ad id adip.* Vet. Putean. Mœrl. et Guelph. *augendæ vitæ* Vet. Putean. Pro *ornamenta*, quod servant Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Exc. Schonhov. Guelph. Cuspin. et edd. recentt. *erudimenta* exhibent Puteol. Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. al. ante Grut.—3 *Itaque omne* edd. ante Arntz. *Itaque erat in omne* Vet. Puteani; unde ille conj. *Itaque erat iis omne;* Mœrl. et Guelph. *Itaque erat omne.* 'Pro *pecuniæ*, male Guelph. *patientiæ.*' Arntz. Mox, *vir* deest in eodem cod.—4 *Ita serviendi* citat Lips. Epist. Quæst. III. 24. *serviendum* Puteol.—

NOTÆ

purnio Pisone fuit, et pontifex maximus. Hunc de jure civili decem libros scripsisse tradit Plutarchus in Sylla. Hujus filius Q. Mutius Scævola, primus jus civile generatim in libros 18. digessit: plurimos habuit auditores clarissimos; ab eo multa didicisse se ait Tullius. Eundem Crassus jurisperitorum eloquentissimum, et eloquentium jurisperitissimum apud Tullium appellabat. Fuit præterea alter Q. Mutius Scævola augur, quem Cicero disserentem in libro De Amicitia introducit, a quo jus civile didicisse se profitetur. Erat is Lælii gener, Crassi socer.

[m] *Servios*] P. Servium Sulpitium puta qui an. U. C. 703. consul fuit. Is magnus Q. Mutii Scævolæ imitator fuit, a quo ad juris civilis scientiam excitatur his verbis: 'Turpe est patricio causas oranti, jus in quo versatur ignorare.' Omnium primus dialecticam juri adhibuit, et ordine quodam tractare cœpit. Ciceroni fuit familiarissimus, qui et ipsi ad Mutinam, quo ad placandum eloquentia sua Antonium a senatu missus erat, mortuo, statuam æream pedestrem in rostris posuit. De hoc sæpe apud Tullium mentio est.

[n] *Tanto enim*] Juvenal. Sat. III. 143. 'Quantum quisque sua nummorum servat in arca, Tantum habet et fidei.

[o] *Ternos patriciæ gentis viros*] Lege

hujusmodi dedecore non imbri, non gelu, non amaritudine ipsius injuriæ deterreri. 6. Demissi, jacentesque vix capita supra eorum, quos precabantur, genu attollebant. Ad postremum, honores non judicio, aut benevolentia superborum, sed misericordia merebantur.

CAP. XXI. 1. At nunc quisquis provincias, tribunatus, præfecturas, consulatus cupit, nihil necesse est, pecuniam per fas et nefas quærat, ac libertatem suam salutator vilis imminuat. Quanto fuerit paratior servituti, tanto honore indignior judicabitur.[p] 2. Tum aliud quoddam hominum genus est in amicitia Principis nostri, rude, (ut urbanis istis videtur,) parum come, subrusticum; blandimentis adulantium repugnat, pecuniæ vero alienæ, tanquam rei noxiæ, tactum reformidat; maximas opes in reipublicæ salute, et gloriosa Imperatoris sui laude constituit. 3. Jam ipse ingenti divinaque providentia[q] adversus omnes assentatorum illecebras, captionesque munitus est. Quippe ei a fucatis adulantium venenis quod periculum est, qui aures etiam veris laudibus gravatus impartiat?[a] 4. Sed multo

[a] *Neque enim metuendum est, ne falsis assentatorum sermonibus capi se sinat is, qui etiam ægre aures præbeat veris laudationibus.*

5 Guelph. *non hymbre.*—6 Edd. vett. *genua tollebant;* Vet. Livin. Mœrl. et Guelph. *genu attollebant.* Pro *merebantur*, Guelph. habet *terrebantur;* unde Arntz. conj. *tenebantur.*

CAP. XXI. 1 Livin. *per fas quærat;* Puteol. *per fas et nefas quæreret;* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. alii codd. et edd. *per fas et nefas quærat.* Rhenan. H. Steph. et Rivin. 1. *salvator vilis;* Vatican. et al. *salutator vilis.* Pro *judicabitur*, quod tuentur Vet. Putean. Bertin. Exc. Schon. Mœrl. Gud. et Jæger. *indurabitur* Cuspin. *vocabitur* aliæ edd.—2 Voc. *parum* deest in Puteol. Rhen. H. et P. Steph. Rivin. item in Vet. Livin. extat vero in Vet. Putean. Bertin. Exc. Lang. Exc. Schonhov. Guelph. Cuspin. Grut. et recentt. *commune* pro *come* Livin. *adulatum repugnat* Guelph. *pecuniæ alienæ* Bertin. *rei innoxiæ actum* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. 1. *rei innoxiæ tactum* Rivin. 2. *rei noxiæ tactum* Vet. Putean. Guelph. Exc. Schonhov. Grut. et recentt. *et gloriosi* Puteol. Cuspin. Rhenan. H. et P. Steph. Livin. Rivin. 1. *et gloriosa* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Guelph. Grut. et recentt.—3 Pro *providentia*, Guelph. et Mœrl. habent *prudentia.* Mox, Cuspin. *adulantum.* Guelph. *impartiat;* pro

NOTÆ

cernuos, ut observat Lipsius Epist. Quæst. III. 24.

[p] *Judicabitur* [*vocabitur*] Bongarsius et Gruterus legunt *judicabitur;* itaque est in editione Viennensi.

[q] *Ingenti divinaque providentia*] Acidalius legit, *ingenti diutinaque providentia.*

multoque nunc facilior est ratio honorum petendorum. Quisquis, inquam, capere magistratum voles, auri atque argenti negligens esto; nullas ostiatim potentium ædes obito; nullius pedes, nullius genua complectitor. 5. Adhibeto tantum tibi gratuitas, et paratu facillimas comites, justitiam, fortitudinem, temperantiam, atque prudentiam; ultro ad te maximus Imperator accedet, et, ut capessas rempublicam, flagitabit. 6. Otioso tibi, atque alia curanti provinciæ, præfecturæ, fasces,[r] sella curulis,[s] atque insignia omnia magistratuum deferentur. 7. Quid enim sibi veræ vir perfectæque virtutis non constanter de honore promittat, cum me, propter tantillum innocentiæ meritum, uno in anno ter videat honoratum?[t]

CAP. XXII. 1. Ecquis Deus uno in anno multiplices fructus agro uni dedit? Num quisquam in eadem novali,[a] æstate una, amplius quam semel messuit? 2. Num cui, uno autumno, unoque vineto, vindemia triplex fluxit? Una certe unius est hyemis olivitas.[b] Sed in nostri Principis beneficiis miraculo caret multiplicata fœcunditas. 3. Ut de aliis optimis viris taceam, qui a priore in proximum autumnum fructus annorum multiplices messuerunt; mihi certe tertia

quo edd. ante Arntz. habent *impertiat.*—4 ‘Voc. *nunc* male abest Bertin. et Mœrl.’ *Jæger.* Pro *potentium*, Vet. Livin. et Guelph. exhibent *potentum.*—5 *Adhibito* Guelph. *tibi* deest in Bertin.—6 Pro *deferentur*, quod servant Vet. Putean. Exc. Schonhov. Mœrl. Cuspin. *perferentur* legitur edd. ante Jæger. —7 Guelph. *de honore promutat, cum me, per tantillum;* in quo cod. desunt verba, *ter videat honoratum*, et initium cap. seq. usque ad *multiplices.*

CAP. XXII. 1 *Nec quis* Vet. Livin. Cuspin. *Nunc quis* conj. Livin. *Num quis* malit Ritters. *Ne quis* Goldastus.—2 ‘Guelph. *vindemia reipcæ fluxit;* i. e. *reipublicæ*, quod, quo pertineat, non video.’ *Arntz.* Paulo post, *fæcundatas* in eodem cod.—3 Cuspin. *fructus honorum*, quod receperunt Grut. et recentt. *multipliciter* edd. ante Jæger. *multiplices* Vet. Putean. Bertin. Gud.

NOTÆ

[r] *Fasces*] Duodeni a lictoribus ante consulem præferebantur.

[s] *Sella curulis*] De hac supra in Plinii Paneg. cap. LVI. not. [w].

[t] *Ter videat honoratum*] De tribus Mamertini magistratibus initio hujus orationis dictum est.

[a] *In novali*] ‘Novalis,’ vel ‘novale,’ terra est, quæ alternis annis quiescit, ac seritur; quo sensu Virgil. Georg. I. 71. ‘Alternis idem tonsas cessare novales.’ Hoc loco pro terra simpliciter sumitur.

[b] *Olivitas*] Vox a Catone, Varrone, et Columella usurpata pro tempore colligendarum olivarum.

unius anni ubertas est consulatus. 4. Primum thesaurorum omnium mandata custodia, et dispensatio largiendi. Secundum locum tenet in honorum meorum fructibus præfectura. Additus his, quo vel solo cujuslibet aviditas vinceretur, proventuum tuorum tertius, consulatus. 5. Dein cum ager assiduitate fructuum in maciem decoquatur;[b] Imperatoris nostri posterior liberalitas vincit priorem, nec fit effœta gignendo, sed per vices fructuum fœcundatur. Nova prorsus fuit honorum deferendorum, et insperata congestio. 6. Nondum statum suum siderum curricula mutaverant, jam Princeps cursum dignitatis alterius commovebat:[e] etiam tum sol ab eorundem astrorum regione radiabat, jam Augustus tertia magistratus mei signa transcenderat. 7. Quæso, non vobis inanis gloriæ cupidissimus, non flagrans ambitione notabili videretur, si quis in se tanta pariter optasset, quanta in me uno tempore Augustus ingessit?

CAP. XXIII. 1. Habitari ab justis viris terras in oceano ferunt, quas Fortunatorum insulas[c] vocant, quod per eas, non arato solo, frumenta nascuntur, fortuitis vitibus juga collium vestiuntur, sponte pomis arbor gravatur, ad herbarum vicem olus vulgo est. 2. Quantula ista sunt, si Deum auctorem consideres, munera? Nempe nobis quoque, cum

[b] *Macilentus reddatur.*
[e] *Jam imperator novam dignitatem mihi destinabat.*

Mœrl. *mihi c. terna* Mœrl.—4 *Bonorum meorum* Puteol. Rhenan. H. et P. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *honorum meorum* Vet. Livin. Bertin. Guelph. Cuspin. Grut. et recentt. Mox, *aviditates* Puteol.—5 'Male Guelph. *vincis priorem.*' Arntz. *honorum inferendorum* Puteol. Rhenan. H. et P. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *honorum deferendorum* Vet. Livin. Bertin. Guelph. Exc. Schonhov. Grut. et recentt. *honorum referendorum* Patarol. Mox, *et* deest in Mœrl. et Guelph.—6 Bertin. *et jam Augustus.* Mox, Gud. *mei insignia.*—7 *Quæso, num* Vet. Livin. Bertin. Gud. Mœrl. Cuspin. *num flagrans* Vet. Livin. Bertin. Mox, *partite optasset* conj. Acidal.

CAP. XXIII. 1 Vet. Putean. *per eos.*—2 Exc. Schonhov. *consideres? munera*

NOTÆ

[c] *Fortunatorum insulas*] De his passim apud poëtas. Horat. Epod. XVI. 'Beata Petamus arva, divites et insulas, Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis, Et imputata floret usque vinea,' &c.

agrum non nostris manibus excolamus, hæc illaborata nascuntur. 3. Quanto felicior nostra conditio? quanto beatitudo præstantior? Non spica triticea,[d] non viles uvarum racemi, sed opes atque divitiæ nihil laborantibus ingeruntur; provinciæ, præfecturæ, fasces sponte proveniunt. 4. Tu, tu, inquam, maxime Imperator, exulantes relegatasque virtutes ad rempublicam quodam postliminio [e] reduxisti: tu extincta jam literarum studia flammasti:[f] tu philosophiam,[g] paulo ante suspectam, ac nedum spoliatam[h] honoribus, sed accusatam, ac ream, non modo judicio liberasti, sed amictam purpura, auro gemmisque redimitam in regali solio collocasti.[i] 5. Suspicere jam in cœlum licet, et securis contemplari astra luminibus, qui paulo ante, pronorum atque quadrupedum animantium ritu, in humum visus trepidos figebamus. Quis enim spectare auderet ortum sideris, quis occasum? Ne agricolæ quidem, quorum opera ad motum signorum cœlestium temperanda sunt, tempestatum præsagia rimabantur. 6. Ipsi nautæ, qui nocturnos cursus ad astra moderantur, stellarum nominibus abstinebant. Prorsus terra marique non ratione cœlesti, sed casu ac temere vivebatur.

nempe. 'Male Guelph. *vobis quoque.*' Arntz. *non propriis m. colamus* Gud.—3 *Non spica tricea* Guelph. Mox, in eodem cod. desunt, *nihil laborantibus ingeruntur; provinciæ.*—4 'Guelph. *tum exstincta:* male.' *Arntz. ac necdum* Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *ac nedum* Guelph. Vet. Livin. Bertin. Grut. et recentt. *ut ream* Mœrl. *et ream* Guelph.—5 Pro *pronorum*, quod tuentur Vet. Putean. Exc. Schonhov. Gud. Mœrl. et ed. Jæger. *pecorum* extat in edd. vett. '*pronorum* recipere non dubito.' *Jæger. pomorum ac quadrupedum* Vet. Livin. *pronorum ac q.* Bertin. Cuspin. Pro *in humum*, Vet. Putean. habet *in imum*. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *agricolæ quorum quidem;* Vet. Putean. Bertin. Mœrl. Exc. Schonhov. Guelph. Cuspin. Grut. et recentt. *agricolæ quidem, quorum.* Mox, voc. *cœlestium* deest in Mœrl.—6 Guelph. *ad castra moderantur.* Idem codex mox *vivebant.*

NOTÆ

[d] *Spica triticea*] A nominativo 'spicum,' quo usus est Tullius in Arato: 'spicum illustre ferens.'

[e] *Postliminio*] Postliminio redeunt, quicumque eodem, seu ad idem limen revertuntur, unde exierant.

[f] *Flammasti*] Vox non semel Tacito usurpata, pro 'inflammasti.'

[g] *Tu philosophiam*] Melior fortasse fuisset Julianus, si naturæ arcanis perscrutandis minus se dedisset.

[h] *Nedum spoliatam*] Id est, 'non modo spoliatam.'

[i] *In regali solio collocasti*] Sic Pacatus in Theodos. Paneg. cap. XVI. 'Tu amicitiam non solum intra au-

Cap. xxiv. 1. Nihil igitur mirum est, Imperator, qui tantus amor, et tam verus in te civium fervet. Neque enim ullum puto post homines natos tanto generis humani ardore dilectum. 2. Ceterorum regum atque imperatorum caritates admodum raræ, nec unquam diuturnæ fuerunt. In summis enim hominum habitavere pectoribus,[j] subita et fortunata benevolentia provocatæ, non virtutum admiratione devinctæ. 3. At vero noster affectus veri certique judicii est imis mentis sedibus illigatus; animus et vitæ immixtus et unitus, resolutis etiam morte corporibus cum immortali mente victurus. 4. Arma igitur, et juvenes cum gladiis atque pilis non custodiæ corporis sunt, sed quidam imperatoriæ majestatis solennis ornatus. Quid enim istis opus est, cum firmissimo sis muro civici amoris obseptus? 5. An metuenda tibi curia[k] est, cum senatui non solum veterem reddideris dignitatem, sed plurimum etiam novi honoris adjeceris? 6. An populus est timendus procuratori alimentorum[l] suorum, vitæ vindici, libertatis auctori? Nam quid de militibus loquar? Duo aut tria[m] ferme, ex vetere memoria, amicorum paria proferuntur. 7. Nego, quem-

Cap. xxiv. 1 Puteol. Rhenan. Steph. et Rivin. *et tantus amor;* Vet. Puteau. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Exc. Schonhov. Mœrl. Cuspin. *quod tantus;* unde Livin. conj. *quod et tantus;* Livin. Grut. Paris. Cellar. Patarol. *si tantus* Livin. P. Steph. al. ante Jæger. *qui tantus* Guelph. *ullum post homines natos puto* Bertin. Vide Nott. Varr.—2 Guelph. *ne unquam.* Mox, Meursius conj. *subita et forte nata benevolentia;* Acidal. *fortuita benevolentia.* Vide Nott. Varr. *admiratione devictæ* Guelph.—3 Edd. vett. *alligatus animus;* Bertin. Mœrl. et Jæger. *illigatus; animus;* Patarol. *animo.* Guelph. *etiam vitæ.*—6 *Duo an tria* Vet. Livin. Bertin.—7 *Nego, q. ab ullo amico* conj. Livin.

NOTÆ

lam vocasti, sed indutam purpura, auro gemmisque redimitam solio recepisti.'

[j] *In summis pectoribus*] Id est, in extima parte pectoris, ut sit oppositio cum iis quæ mox sequuntur: 'At vero noster affectus imis mentis sedibus alligatus.' Expungenda videtur Acidalio vox quæ sequitur, nempe *animus.*

[k] *Curia*] Locus ubi de rebus publicis agebatur.

[l] *Procuratori alimentorum*] Julianus enim Romam propter diuturna bella fame afflictam suppeditatis alimentis sustentarat.

[m] *Duo aut tria*] Nota est Thesei et Pirithoi; Damonis et Pythiæ; C. Lælii et Africani Scipionis amicitia. Plura ejus generis exempla passim vide apud auctores.

piam ab uno amico plus dilectum, quam tu, Imperator, quod non modo a comitibus,[n] tribunis tuis, sed a legionibus cunctis, equitibus ac peditibus, gregariis etiam militibus,[o] diligaris. 8. Itaque, quod ad te attinet, cuncta jam a custodia tui arma removeres; sed quando hoc potes persuadere militibus? Anxia est fidelium diligentia. 9. Maximo amori maximus timor junctus est.[d] Non nobis sufficit, quod obtinuisti ut nemo te velit lædere, nisi nos curemus ut nemo possit.

CAP. XXV. 1. Habuerunt nonnulli alii Principes devotam, et amantem sui cohortem, sed alio quodam modo; primum, quod imperiti ac rudes [p] indoctissimum quemque in consilium deligebant, scilicet ut ipsorum prudentia vulgo suo aliquatenus emineret. 2. Ita, cum vilissimus quisque honorum et divitiarum potitus foret, sua commoda, et vitia Principum diligebant. Ab his optimus quisque abigebatur procul, cum suspecta esset probitas, et invisa, et, quanto

[d] *Ejus causa, quem multum diligis, plurimum times.*

non modo edd. vett. *quod non modo* Vet. Putean. et Guelph. *a comitibus et tribunis* legendum putavit Putean. *tribunisve* Faber. Mox, Livin. conj. *cunctis*, *cunctis equitibus.* 'Mihi verba *equitibus* et *militibus* suspecta.' *Jæger.* —8 Cuspin. Rhenan. H. et P. Steph. Livin. Rivin. al. vett. et Mœrl. *a custodia tua;* Vet. Livin. Bertin. Guelph. Grut. Paris. Cellar. Patarol. Jæger. *a c. tui.*—9 Pro *curemus*, quod servant Vet. Putean. Exc. Schonhov. Gud. Mœrl. et Cuspin. *curamus* legitur in reliquis edd. ante Jæger.

CAP. XXV. 1 Mœrl. Guelph. et edd. ante Baun. *imperitia rudes;* Cuspin. et Exc. Schonhov. *imperiti ac rudes;* Acidal. conj. *plerique imperiti ac rudes.* Puteol. Rhenan. Livin. al. vett. *in c. delegabant;* Vet. Putean. *in c. delegebant;* Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Guelph. ed. Francof. et recentt. *in c. deligebant*, ut conj. Rhenan. probante Acidal. Mox, *vulgo suorum* Bertin. 'admodum probabiliter.' *Jæger.*—2 Puteol. Rhenan. Steph. Rivin. *potius fieret;* Livin. P. Steph. *p. fuerit;* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Exc. Schonhov. Mœrl. Guelph. Cuspin. Grut. et recentt. *potius foret.* Cuspin. et Exc. Schonhov. *et v. P. diligebat.* Puteol. Rhenan. Steph. Rivin. *tanto i. turpius;* unde Acidal. conj. *turpibus;* Guelph. Exc. Schonhov. Cuspin. Livin. et recentt. *tanto i. tur-*

NOTÆ

[n] *Comitibus*] De tribus comitum ordinibus a Constantino introductis: quid singulis pro ratione sui ordinis conveniret: de comitibus provinciarum, de comite divinæ domus, largitionum, &c. vide Gutherium de Officiis Domus Augustæ.

[o] *Gregariis etiam militibus*] Gregarius miles, dicitur unus e grege, et tumultuarie undecumque collectus.

[p] *Imperiti ac rudes*] Ita restituendum fuit ex Cuspiniani codice, cum in plerisque libris legatur, *imperitia rudes.* Similiter pro *primum*, aliqui

quisque honestior, tanto importunior turpium arbiter vitaretur.[e] 3. At tu, Auguste, omnibus nugis remotis, optimum et doctissimum quemque perquiris. Si quis præstat virtutibus bellicis, et laude militiæ, in amicis habetur; qui in oratoria facultate, qui in scientia juris civilis excellit, ultro ad familiaritatem vocatur. 4. Quicumque in administratione reipublicæ innocentem se unquam et strenuum præbuit, in consortium munerum receptatur. 5. Regendis provinciis non familiarissimum quemque, sed innocentissimum legis. Omnes a te augentur pecunia, locupletantur divitiis, honoribus honestantur.

CAP. XXVI. 1. Prorsus amicitias tueris privati fide, Imperatoris opulentia, quæ perpetuæ et constantis benevolentiæ prima fiducia est, certissima virtutum, et princeps veritas. 2. Nunquam[q] in animo esse suspicatum audivi. Nemo simulatis blanditiis, nemo falsa pollicitatione deceptus est. Quis nescit aliorum Imperatorum hilarem diritatem, cachinnantemque sævitiam?[r] a quibus ingenita crudelitas figmento lætitiæ tegebatur. 3. Mira est in Principe nostro mentis linguæque concordia. Non modo humilis et parvi animi, sed servile vitium scit esse mendacium.[s]

[e] *Tanto molestior testis fugeretur eorum quæ agerentur turpiter.*

pium.—3 *Si quis præstet* Rivin. 1. 2. In edd. ante P. Steph. desunt hæc verba, *qui in oratoria f. q. in s. j. c. excellit.* Vide Nott. Varr.—5 Gud. *familiarissimus quisque, sed innocentissimus legitur.*

CAP. XXVI. 1 Rhenan. Steph. Rivin. *privatæ fidei;* Vet. Putean. *privata fide;* Guelph. *privati fide;* Cuspin. *privati fidei.* Mox, Acidal. conj. *opulentia. In te, quæ, &c.* receperunt Cellar. et Patarol. *et principis veritas* Vet. Livin. Gud. Mœrl. *et maximi principis veritas* Bertin. Exc. Schonhov. et Cuspin.—2 *Num quem* edd. vett. *Nunquam* Bertin. Exc. Schonhov. Gud. Cuspin. *simulantis blanditiis* Puteol. Rhenan. Steph. Rivin. 1. *simulatis blanditiis* Vet. Putean. Guelph. Livin. et recentt. probante Acidal.—3 Guelph. *scit esse mæ-*

NOTÆ

legunt *plerique.*

[q] *Nunquam* [*Num quem*] Fortasse, *Num quis maligne de se suspicatum audivit?* Ita Livineio videtur.

[r] *Cachinnantem sævitiam*] Id est, quam cachinno seu effuso risu dissimulabat. Domitianum notat, qui, quotiescumque sævire in quempiam destinabat, composito ad risus et jocos vultu, iracundiam tegebat.

[s] *Servile vitium scit esse mendacium*] Sumtum illud ex Plutarcho de institutione puerorum, δουλοπρεπὲς τὸ ψεύδεσθαι.

Et vere. Cum mendaces homines aut inopia aut timor faciat, magnitudinem fortunæ suæ Imperator, qui mentitur, ignorat. Quis, oro vos, plura præbuit fidei constantiæque documenta? 4. Omnes, quos privatus in familiaritatem recepit, eodem habet Imperator affectu. Nemo gradu pulsus, nemo aditu prohibitus, nulli palatii fores clausæ sunt. 5. Omnes bonos habet.[t] In recipiendis amicis optimus judex est. Si aliqui sunt improbi, tolerandis familiarium vitiis immutabilis est amicus.

CAP. XXVII. 1. At mutant secundæ res animos. Nostrum Principem si nondum mutaverint, quando mutabunt? Cujus unquam divinior felicitas fuit? 2. Paulo ante in laceratis Galliæ provinciis[a] lapsus inimicorum[b] capitalium apertis armis, et occultis insidiis petebatur; in panculis mensibus, divino munere, Libyæ, Europæ, Asiæque regnator est. Quæ majora expectabimus Dei præmia? quæve uberiora dona Fortunæ? 3. Videte, num, secundis rebus elatus, aliquid de prioris vitæ mansuetudine et moderatione mutaverit. Mutavit plane, mutavit. Nam civilior factus prosperorum infregit invidiam. 4. Cui non vel illud tempus sedatæ præbuit mentis indicium, quo, horrendi belli metu republica liberata, elati sumus cuncti gestiente lætitia?

tium. Edd. vett. *Et vere, cum;* Livin. conj. *Et vero, cum, &c.*—4 Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *habitu prohibitus;* Vet. Putean. Bertin. Exc. Lang. Mœrl. Guelph. Cuspin. Grut. et recentt. *aditu prohibitus*, ut conj. Modius Novantiq. Lect. Ep. 24. et Acidal.—5 *Omnes bonos amat* conj. Faber: *tolerandi* edd. ante Jæger. *tolerandis* Gud. Mœrl. et Vet. Putean.

CAP. XXVII. 1 Guelph. *sed nondum mutaverint.* 'Rescribam *mutaverunt.*' Jæger. *Cujus inquam* Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *C. unquam* Guelph. Vet. Putean. Bertin. Cuspin. Grut. et recentt. Pro *divinior*, Putean. conj. *diuturnior.*—2 Livineii emendationem, *in laceratas G. provincias*, recepit Cellar. sed veterem lectionem tuentur codd. et edd. antiq. *in inimicorum* Guelph. *quæ uberiora* Vet. Livin. Bertin. Guelph.—3 Guelph. *mansuetudine, moderatione*, omissa conjunctione.—4 *Cui vero vel* Guelph. *id tempus* edd. ante Grut. etiam Rivin. *illud tempus* Vet. Livin. Bertin. Guelph. et recentt. *seduce præbuit* Guelph. Idem codex mox, *qui horrendi . . . cuncti sumus*

NOTÆ

[t] *Omnes bonos habet*] An *amat?* nisi *habet* id significat, quod apud Græcos ἔχει, pro *tenet, retinet.*

[a] *In laceratis Galliæ provinciis*] Acidalius legit, *in laceratas Galliæ provincias.*

[b] *Inimicorum*] Nempe Constantii, ejusque factionis.

5. Sed Imperator, quanquam cœlesti ope salutem reipublicæ propagatam videret, et conditionem doluit humanam, et, offensarum gratiam faciens, induit fratrem, et, cujus armis vitam impugnatam[c] sciebat, mortem ejus ornavit, ac postea ipse justa persolvit. Et memoria, et oblivione mirabilis, oblitus inimici,[d] meminit hæredis.

CAP. XXVIII. 1. Sed quid ego longius indicia mitis et mansuetæ mentis arcesso? Hic ipse, hic, inquam, ipse dies præbuit civilis animi satis clara documenta. 2. Ego, et collega meus,[e] ne quid maximus Imperator propensius, humanitatis studio, faceret, verebamur. Itaque matutino crepusculo palatium petimus. 3. Adventare nos, Principi, forte tum danti operam salutatoribus,[f] nuntiatur. Statim e solio, tanquam præceptus,[g] exsiluit, vultu trepido, atque satagente, qualis meus esse potuisset, si Principi serius occurrerem. 4. Ægre remotis populi, qui nos prægrediebatur, agminibus, ut quam longissime nobis obviam procederet, laboravit. Illic, pro sancta Divinitas! gaudentibus

elati.—5 Guelph. *cœlesti quanquam ope.* Guelph. et al. ap. Rhenan. *propugnatam videret*, probante Acidal. *propagatam videretur* Mœrl. *offensarum gratias* Puteol. Rhenan. H. et P. Steph. Livin. Rivin. al. vett. *offensarum gratias* Vet. Putean. Vatican. Vet. Livin. Bertin. Mœrl. Grut. et recentt. *induit fatum* Rivin. et al. edd. ante Grut. *induit fratrem* Vet. Putean. Vatican. Bertin. Mœrl. Guelph. et edd. recentt. *vitam suam impugnatam* conj. Ritters. *et o. mirabili* Bertin.

CAP. XXVIII. 1 Rivin. et al. edd. ante Grut. *accerso.* Cf. ad Incert. Constant. VIII. 3.—2 Mœrl. et Guelph. *ne q. m. I. propensum.* 'Minus recte.' *Jæger.*—3 'Guelph. male *dante operam.*' Arntz. *tanquam præceps* al. ap. Rhenan. *t. præreptus* Exc. Lang. et Cuspin. 'Non placet.' *Livin. exsiliit* Mœrl. et Guelph. '*cultu trepido* Guelph. male.' *Arntz. qualis mens mea* Rhenan. Steph. Grut. Patarol. al. edd. vett. *qualis meus esse* Gud. Mœrl. Jæger. *serus occurrerem* Puteol. Steph. Livin. Rhenan. Ald. Rivin. al. vett. *serius o.* al. ap. Rhenan. *servus o.* quidam ap. Jæger. Vide Nott. Varr.—4 *Ave* deest in

NOTÆ

[c] *Vitam impugnatam*] Rittershusius legit, *vitam suam impugnatam.*

[d] *Oblitus inimici*] Oblitus se inimicum fuisse, meminit se hæredem ejus esse imperii.

[e] *Collega meus*] Nevita, de quo non uno in loco Ammianus.

[f] *Salutatoribus*] Nam moris erat apud Romanos, ut viri principes seu qui supra ceteros potentia eminerent, prima, et secunda hora matutina salutarentur. Martial. IV. 8. 'Prima salutantes atque altera conterit hora.'

[g] *Tanquam præceptus*] Id est, præventus, ut Virgil. Æn. VI. 105. 'Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi.'

cunctis, quo ore, qua voce, 'Ave,' inquit, 'consul amplissime?'[h] Dignatus osculo illis divinis affatibus consecrari, dexteram dedit, illam dexteram, immortale pignus virtutis et fidei. 5. Poëtæ ferunt, altissimum illum, et cuncta potestate cohibentem Deum, qui ditione perpetua divina atque humana moderatur, cum despiciat in terras, habitu[i] oris tempestatum incerta mutare, ejus nutu mundum tremiscere, illius hilaritate turbines abigi, nubes fugari, nitentia per orbem serena refundi.

Cap. xxix. 1. Hoc ita esse, paulo ante oculis licuit experiri. In quantam laxatus est populus, te consulibus tuis arridente, lætitiam![f] 2. Vidimus attonitos admirantium vultus, multiformes lætantium status, varios corporum motus. Clamores inconditos profundebat laudandi effusa libertas. Tripudiabat crebris saltibus multitudo. 3. Nimiæ lætitiæ decoris sunt et gravitatis immemores. Illa jactatio togarum, illa exultatio corporum nescientibus pæne hominibus excitabatur. 4. Omnem modestiam populi, omnem verecundiam tui gaudia effræna superaverant. 'Ave, consul amplissime!' Aveo plane, Imperator, et avebo. 5. Neque enim eventus esse potest optati hujus ambiguus;[g] cum is avere jubeat, qui jam fecit, ut averem.

[f] *In quantum gaudium effusus est populus, dum tuis consulibus abblandireris!*
[g] *Neque enim potest dubius esse successus hujus voti tui.*

Puteol. Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. al. vett. extat vero in Vet. Putean. Bertin. Guelph. Exc. Schonhov. Mœrl. Cuspin. P. Steph. et recentt. Vide Nott. Varr. *Dignatis* conj. Livin. *Dignatus o. oris illius d. a. consecruti* edd. ante Jæger. *Dignatus osculo illis d. a. consecrari* Mœrl. et Guelph.—5 Guelph. *et cuncta post cohibentem.* Nonnulli ap. Putean. *halitu oris.* Exc. Schonhov. *tempestatum certa.* Cuspin. *per o. s. diffundi.*

Cap. xxix. 1 Bertin. *oculis paulo ante;* Guelph. *oculis paulo ante experiri licuit.* *In q. lassatus.*—2 Puteol. Rhenan. Steph. et Rivin. 1. *corpore motus;* Vet. Putean. Guelph. et Exc. Schonhov. *corporum motus.*—3 *Nimia lætitia* conj. Meursius. Pro *decoris,* Livin. conj. *decori.*—5 Vet. Putean. *avere me*

NOTÆ

[h] *Consul amplissime*] Utrum hoc honoris titulo cohonestabantur consules, ut ad Epigr. ix. 1. Apollinaris Sidonii observat Joan. Savaro? an quod Mamertinus ad consulatum virtute sua pervenisset? 'Is enim,' inquit Tullius pro Roscio Amerino cap. 85. 'mihi videtur amplissimus, qui sua virtute in altiorem locum pervenit.'

[i] *Habitu*] An *halitu*? Quanquam et

'Consul amplissime.' Sum plane et consul, et amplissimus consul. Quis enim me fuit amplior consul? quem sublimat,[j] et illustrat consulatus, quem tribuisti, amplitudo, quam tribuis. 6. Post primæ salutationis fausta colloquia, quid pro jure consulari agere nobis placeat, sciscitatur, senatorium impleturus officium, si libeat tribunal petere,[k] si concionem advocare, si rostra conscendere. Sed nos ad curiam solennia hujus diei senatus consulta ducebant. 7. Itaque se comitem statim præbet, et, utrumque latus consulibus prætextatis tectus, incedit, non multum differens a magistratibus suis et genere et colore vestitus.

CAP. XXX. 1. Superfluum forte videatur, quæ vosmetipsi vidistis, iterare; neque enim auribus expetuntur, quæ fuerint usurpata luminibus: sed mandanda sunt literis, inserenda monumentis, mittenda in posteros venturis sæculis vix credenda miracula. 2. Pæne intra ipsas Palatinæ domus valvas lecticas consulares jussit inferri; et cum, honori ejus venerationique cedentes, sedile illud dignitatis amplissimæ recusaremus, suis prope nos manibus impositos, mixtus agmini togatorum, præire pedes cœpit,

jubeat. Edd. vett. et Rivin. *plane consul;* Guelph. Bertin. Exc. Schonhov. Cuspin. Grut. et recentt. *plane et consul.*—6 Rhenan. Steph. Rivin. 1. *frustra colloquia;* Livin. *frusta colloquia;* Vet. Putean. *falsa col.* al. ap. Rhenan. *fruita col.* al. ap. Acidal. *fructa col.* Vatican. Vet. Livin. Bertin. Exc. Lang. Exc. Schonhov. Guelph. Cuspin. P. Steph. et recentt. *fausta colloquia.* Pro *senatorium,* Guelph. habet *sentorum.* Idem codex mox, *petere concionem... Si nos, &c.* 'Male.' *Arntz.* *ad solennia diei hujus* Guelph.—7 *Itaque comitem se* Bertin. *utrum latus* Rhenan. H. Steph. et Rivin. 1. *utrumque latus* Vet. Putean. *consulatus prætextatis* edd. ante Patarol. *consulatus prætextatus* Gud. et Faber. Vide Nott. Varr. *differens animi magnitudinibus suis* Guelph. *et genere* desunt in Gud. Rhenan. H. Steph. Livin. Rivin. et al. vett. ea tuentur Bertin. Mœrl. Exc. Schonhov. Cuspin. P. Steph. et recentt.

CAP. XXX. 1 Bertin. *iterari.* 'Lege *vidistis, iterare.*' Acidal. 'Male Guelph. *quæ nosmet.*' Arntz. *quæ fuerunt* Jæger.—2 Edd. ante Arntz. *nos prope manibus;* Bertin. *manibus prope nos;* 'Guelph. *prope nos manibus;* quod placet.' *Arntz.* *mixtos agmini* Guelph. *cœpit pedes* edd. vett. *pedes cœpit* Vet. Putean. Bertin. Guelph. 'quod ob codd. consensum restitui.' *Arntz.*—

NOTÆ

'habitus oris' apud Lucanum dicitur.

[j] *Sublimat*] Extollit. Vox Ennii et Nonii.

[k] *Tribunal petere*] Nota varia consulum officia, tribunal petere, concionem advocare, rostra conscendere, in curia senatus consulta proferre.

gradum moderans pæne ad lictoris nutum, et viatoris imperium.[l] 3. Credet hoc aliquis, qui illa purpuratorum vidit paulo ante fastidia? qui ideo tantum honorem in suos, ut inhonoros contemnerent, conferebant? 4. Credet aliquis, tanto post veterem illam priscorum temporum libertatem reipublicæ redditam? neque enim ego Lucii Bruti, Publii Valerii,[m] qui primi, exactis regibus, potestate annua civibus præfuerunt, consulatum nostro anteponendum puto. 5. Uterque bono publico, uterque Romanæ reipublicæ salutaris, uterque insignis principiis commodorum; sed habet aliquid unusquisque præcipuum. Illi consularem potestatem per populum acceperunt; nos per Julianum recepimus. Illorum anno libertas orta est; nostro restituta.

CAP. XXXI. 1. Sed sint, sanctissime Imperator, ea, quæ tu juste, moderate, civiliter facis, aliis forte miraculo; mihi esse non possunt, qui te, omnibus humanis vitiis absolutum[n] et liberum, sciam solo immortalitatis amore flagrare, dirigere omnes opes et cogitationes tuas ad memoriam posteritatis æternam, atque his maxime servire judicibus, qui de rebus gestis tuis, sine odio et gratia, venturis sæculis judicabunt. 2. Non potest quicquam abjectum

3 *Credet aliquis hoc* Guelph. *viderit paulo* al. ap. Rhenan. et Steph. *paulo* deest in Guelph. *fastigia* Puteol. Rhenan. Steph. Livin. Rivin. *fastidia* Bertin. Guelph. Cuspin. Grut. et recentt. *ne in honores* edd. vett. *aut inhonores* Guelph. Vide Nott. Varr.—4 Voc. *temporum* deest in Guelph. 'ne id quidem male.' *Arntz. et Publii Valerii* edd. ante Arntz. excepta Cellar. in qua *et* deest; deest etiam in Guelph.—5 Pro *Romanæ reip.* Vet. Putean. habet *Ro. Po.* 'Guelph. *principis commodorum:* male.' *Arntz. potestatem consularem* edd. vett. *consularem potestatem* Vet. Livin. Bertin. et Guelph. 'quem ordinem restitui.' *Arntz. recipimus* Livin. P. Steph. et Rivin. 1. *recepimus* Vet. Livin. Cuspin. Rhenan. al. omnes.

CAP. XXXI. 1 Guelph. *iis maxime.* Cf. ad Nazar. Paneg. XVII. 1.—2 Idem codex, *abjectum humile, qui, &c.*—3 Edd. vett. *te, meæ;* Cellar. et Jæger. *te,*

NOTÆ

Hoc passim videre est apud historiæ Romanæ scriptores.

[l] *Viatoris imperium*] De viatoribus supra in Plinii Paneg. cap. LXXVI. not. [h].

[m] *L. Bruti, P. Valerii*] De his primis Romanorum consulibus abstineo referre, quæ habent fuse historiæ Romanæ scriptores.

[n] *Humanis vitiis absolutum*] Haud ita esse, ad Juliani Vitæ finem observavi.

et humile cogitare, qui scit de se semper loquendum. 3. Nunc, si tibi, Imperator, parum ampla, nec respondente meritis tuis oratione usus videbor, quæso obtestorque te, ne meæ id naturæ potius, quam magnitudini beneficiorum tuorum, putes esse tribuendum. 4. Nemo usquam, post homines natos, ampliora præmia a regibus atque imperatoribus consecutus est; nulli plus oneris impositum. 5. Non abnuam, præfecturas et consulatus multis esse delatos; sed his, post immensos labores, honos quasi debitus restitutus est; mihi, cum jam honorem adeptus sim, nunc demum, ut meruerim, laborandum est. 6. Versa ratione temporum, permutata munerum vice, modo enitendum est, ut præmio dignus existimer, cum jam præmium ceperim. 7. O mihi festinæ benevolentiæ tuæ gravissimum pondus! Vereor, ut aperte exprimere difficultatum mearum ordinem valeam. 8. Facilius est, Imperator, bonis artibus mereri consulem fieri, quam industria et labore perficere, ut videaris meruisse, cum factus sis.

Cap. XXXII. 1. Absit, Auguste, et istud sancta Divinitas omen avertat, ut tu a quoquam mortalium expectes vicem beneficii! Verum tamen, quod solum vel accipere potest ista fortuna, vel a nobis opibus tuis tribui, immortalitatem munerum tuorum colam officiis sempiternis. 2. Omne negotium, omne otium meum, in ornandis rebus tuis celebrandisque ponetur; neque solum, a juventute mea tui grati animi benevolentia declarabitur, sed etiam a me, cum

ne meæ, ex emend. Acidalii.—4 *Nemo unquam* edd. ante Arntz. *Nemo, nemo unquam* Exc. Schonhov. *Nemo, nemo usquam* Cuspin. *Nemo usquam* Vet. Putean. Vet. Livin. Bertin. Gud. ‘ *nulla plus* Guelph. sine sensu.’ *Arntz.*—5 Vet. Livin. et Guelph. *sed iis.* Mox, Guelph. *adeptus sum.* Vet. Livin. *ut meruendum;* edd. ante Jæger. *ut merear;* Vet. Putean. Gud. et Mœrl. *ut meruerim;* et sic conj. Livin.—7 *O mihi festivæ tuæ benivolentiæ* edd. vett. *festivæ* etiam Rhenan. Steph. et Rivin. *O m. festinæ* Guelph. et Exc. Schonhov. ‘ *benevolentiæ tuæ* Guelph. quod placet.’ *Arntz.* *Vereor ne* Vet. Putean. et Guelph. ‘ Male; cupiebat enim, si posset, hæc exprimere.’ *Arntz.* Pro *aperte*, Livin. conj. *apte.*

Cap. XXXII. 1 Guelph. *et ista sancta.*—2 Cuspin. *nec solum.* Edd. ante Grut. *a juventute mea vigente grati, &c.* Vet. Putean. Vatican. a m. sec. et Guelph. *a juventute mea tui.* Vide Nott. Varr. *sed et cum me anima* Bertin. *cum a me* Vet. Putean. *cum etiam a me anima* Guelph. Mox, in eodem cod.

anima defecerit,[o] monumenta tui in me beneficii permanebunt. 3. In referenda autem gratia,[p] sanctissime Imperator, hoc tibi polliceor, semperque præstabo, mihi neque in suggerendis consiliis veritatem, neque in adeundis, si res poposcerit, periculis animum, neque in sententia simpliciter ferenda fidem, neque in hominum voluntatibus pro republica teque lædendis libertatem, neque in laboribus perferendis industriam, neque in augendis imperii tui commodis grati animi benevolentiam defuturam; idque omni vitæ meæ tempore summis opibus enixurum, elaboraturum, effecturum, ut honores in me tui non, quia necesse fuerit, ad quemcumque delati, sed, quia ita oportuerit, recte positi, et ratione collocati esse videantur.

declarabitur, permanebunt, omissis intermediis.—3 *In gerendo autem magistratu, sanctissime Imp.* conj. Acidal. 'Male Guelph. *neque in audiendis.*' Arntz. Paulo post, *teque* deest in Mœrl. et Guelph. *quia oportuerit* edd. tantum non omnes; *quod ita oportuerit* Bertin. *quia ita oportuerit* Vet. Livin. Mœrl. Gud. et Jæger. *et ratione collati* Guelph.

NOTÆ

[o] *Cum anima defecerit*] In editione Puteana est, *a me anima defecerit.* Duas voculas expunxi cum Acidalio. In aliis est, *cum me anima defecerit.*

[p] *In referenda autem gratia*] Sumtum illud, ut vel omnium minime oculatis patet, ex Ciceroniana Oratione post Reditum ad Quirites, sub finem.

PANEGYRICUS XII.

V I T A
FL. THEODOSII MAGNI.



A. U. C. MXCVIII. Christi CCCXLV. Constantini Imp. IX.

FLAVIUS THEODOSIUS SENIOR, sive Magnus, patre non Theodoro, ut ait Aur. Victor, sed Theodosio, et matre Thermantia, nascitur in Hispania, ubi educatus est in urbe Cauca Gallæciæ provinciæ, ut refert Zosimus, vel ut Marcellinus ait, Italicæ in Trajani, a quo genus ducebat, patria.

A. U. C. MCXIX. Christi CCCLXVI. Valentiniani et Valentis Augg. Imp. III. Theodos. Ætat. XXI.

Cum esset adhuc adolescens præclara habuit in patre bellicæ virtutis exempla, namque is Francos et Saxonas ad Rhenum et Vahalim in Batavia et ad Bononiam attrivit. E Pacati Paneg.

A. U. C. MCXX. Christi CCCLXVII. Valentiniani et Valentis Augg. Imp. IV. Gratiani Imp. I. Theodos. Ætat. XXII.

Theodosius pater in Britanniam cum exercitu missus quadriennio totam pacat, Valentinum tyrannum opprimit. Utroque in bello Theodosium sub patre meruisse indicat Ammianus, cum ait Maximum antequam in Britannia tyrannidem reprimeret, Theodosii principis in Britannia commilitonem fuisse.

A. U. C. MCXXIII. Christi CCCLXX. Valentiniani et Valentis Augg. Imp. VII. Gratiani Imp. IV. Theodos. Ætat. XXV.

Theodosius pater post pacatam Britanniam Constantinopolim redit.

A. U. C. MCXXV. Christi CCCLXXII. Valentin. et Valent. Augg. Imp. IX. Gratian. Imp. VI. Theodos. Ætat. XXVII.

Dum pater, tum equitum magister, Alamanos metu dispersos aggressus per Rhætias partim cædit, partim in Italiam abducit, ipse Mœsiæ dux cum esset, bellum contra Quados infelici exitu susceptum instaurat et Sarmatas reprimit. Ita Ammianus lib. XXVIII.

A. U. C. MCXXVI. Christi CCCLXXIII. Valentin. et Valent. X. Gratiani VII. Theodos. Ætat. XXVIII.

Theodosius pater Firmum Africæ tyrannum ad deditionem cogit, atque iterum rebellantem ad laqueum adigit, refert Ammianus. Idem Carthagine in Africa post susceptum baptismum iniquissima nece affectus est a Valente, quod huic de successore per magicas artes inquirenti, prima illius nominis elementa prodita fuissent *Theod.* Theodorus vero, quod sibi ob affinitatem nominis imperium præsumeret, scelestæ cupidinis justas pœnas persolvit. Quæsitus ad parem subeundam sortem Theodosii filius jam bellica virtute clarissimus, fuga suæ saluti providit.

A. U. C. MCXXXII. Christi CCCLXXIX. Gratiani XIII. Valentin. Jun. V. Theodos. Ætat. XXXIV.

Cum Gratianus imperium a Germanis Gothisque gravissime vexatum videret, Theodosium ex Italica patria, quo se post patris mortem ad declinandam Valentis ferociam receperat, evocatum imperii consortem facit Sirmii (quæ civitas est Illyrii) XIV. aut juxta Socratem XVII. Kal. Febr. Statim Gratianus in Occidentem profectus Alamanos vincit. Theodosio committitur Orientis cura. Is Gothos, Scythas, Taifalos, Hunnos, fœderatis viribus adversus se congressos cum magna strage e Thracia pellit, a quibus acceptis obsidibus firmata pace ad Gratianum redit. Vid. Sozom. Idat. Prosper, Theodoret.

A. U. C. MCXXXIII. Christi CCCLXXX. Gratiani XIV. Valentin. Jun. VI. Theodosii Imp. II. Ætat. XXXV.

Theodosius primum consul Thessalonicæ gravi morbo correptus ab Acholio ejus urbis antistite viro sanctissimo baptisatur, statimque convalescit. Sancit III. Kal. Mart. ut ne quis aliam fidem profiteretur, nisi quam Damasus pontifex Romanus et Petrus Alexandrinus a Divo Petro acceptam fidelibus præscripserant. Procurante Gratiano, propterea quod, ut ait Socrates, Theodosius ægrotaret, pax firmatur cum Gothis VIII. Kal. Decemb. Maximum philosophum Cynicum, de quo multa in Juliani Vita dicta sunt, e Constantinopolitana, cui is præerat, ecclesia pellit Theodosius. Ita Greg. Nazianz. Constantinopolim ingressus XVIII. Kal. Dec. Arianis ecclesias adimit. Gregorium Nazianzenum in ecclesiam introducit VI. Kal. Decemb. referunt Socrates, Idatius, Marcellinus Comes.

A. U. C. MCXXXIV. Christi CCCLXXXI. Gratiani XV. Valentin. Jun. VII. Theodos. Imp. III. Ætat. XXXVI.

Theodosius Athanaricum Gothorum regem a suis pulsum, suam opem Constantinopoli implorantem, perhonorifice excipit III. Id. Januar. eundemque VIII. Kal. Febr. mor-

tuum regiis plane exequiis cohonestat. Qua Theodosii magnificentia deliniti Gothi ab incursationibus abstinent. Ita Idat. Zosimus, Prosper, Marcell. Comes. Eodem anno secunda synodus œcumenica Constantinopoli habita est, in qua ab 150. episcopis contra Macedonium de Spiritus Sancti divinitate decretum editum est cum fidei symbolo.

A. U. C. MCXXXV. Christi CCCLXXXII. Gratiani XVI. Theodos. Imp. IV. Ætat. XXXVII.

Theodosius Valentiniani Magni anno Christi CCCLXXV. in Galliis apud Bergentionem, cum Quadorum legatis responsum daret, apoplexia mortui, cadaver deportatum IX. Kal. Mart. regia munificentia excipit. Interim Clemens Maximus (sic enim a Severo appellatur) origine Britannus, in Britanniis tyrannidem occupat, et sede imperii Treveris collocata, Victorem filium imperii consortem adhibet. Ita Zosimus, Socrates, Aurel. Victor.

A. U. C. MCXXXVI. Christi CCCLXXXIII. Gratiani XVII. Valentin. IX. Theodos. Imp. V. Ætat. XXXVIII.

Theodosius filium Arcadium Augustum facit XVII. vel ut ait Socrates XIV. Kal. Febr. ad quem moderandum Arsenius, vir non minus integritate morum, quam eruditione insignis, a Damaso Papa Constantinopolim mittitur. Cum Maximus tyrannus Gratianum Germanicis bellis debilitatum aggressus Lugduni VIII. Kal. Sept. dolo per Andragathium peremisset, is a Valentiniano ad imperii societatem, at ex necessitate, admittitur. Theodosius ejus legatis id ipsum a se postulantibus nihil certi respondit, ne insidiæ quoque Valentiniano juniori ab eodem Maximo struerentur, antequam collectis copiis pupilli imperatoris pueritiam armis posset tutari. Hoc subodoratus tyrannus, quamvis fœdus cum Valentiniano inisset, Mediolanum, ubi Valentinianus versabatur, venturus, numerosum exercitum apparat. Ille cum matre Justina et Probo Hyparcho Thessalonicam fugit, Theodosii opem imploraturus. Martinus Maximo prædixerat futurum, ut si in Italiam adversus Valentinianum

veniret, primo quidem impetu victor esset, at parvo post tempore periret, ut reipsa contigit.

A. U. C. MCXXXVII. Christi CCCLXXXIV. Valentin. X. Theodosii Imp. VI. Ætat. XXXIX.

Theodosius Persarum legatis ad se Constantinopolim pacis petendæ causa missis votum eo lubentius annuit, quod de bello adversus Maximum gerendo cogitaret. Relicto itaque Constantinopoli Arcadio filio cum Augusti nomine, Valentinianum Thessalonicæ convenit. Interim ei ex Placilla uxore, ut aiunt Idat. et Marcell. nascitur Honorius v. Id. Septemb. Themistius sextam orationem Theodosio Panegyricam dicit. Iterum Ambrosius ad Maximum legatus mittitur ad Gratiani corpus repetendum.

A. U. C. MCXXXVIII. Christi CCCLXXXV. Valentin. XI. Theodosii Imp. VII. Ætat. XL.

Theodosius Arcadio Augusto consulatum dat.

A. U. C. MCXXXIX. Christi CCCLXXXVI. Valentin. XII. Theodosii Imp. VIII. Ætat. XLI.

Honorium Cæsarem simul et consulem facit. Ipse una cum Arcadio triumphans, ut referunt Idatius, Marcellinus, Zosimus, Constantinopolim ingreditur IV. Id. Octobris, ubi Placilla priore conjuge extincta, Gallam Placidiam Valentiniani senioris et Justinæ filiam ea conditione ducit, inquit Zosimus, ut jam meditatam animo et promissam sæpius adversus Maximum expeditionem ocyus conficeret: promissis stetit, statimque Justinam cum filio Valentiniano et filia Galla navibus impositam Romam ablegat.

A. U. C. MCXL. Christi CCCLXXXVII. Valentin. XIII. Theodosii Imp. IX. Ætat. XLII.

Theodosius cum filio Arcadio, ut ait Idatius, quinquennalia celebrat indictionibus et ludis. Sub id tempus, teste Marcellino, Maximus repente in Italiam, quo Valentinianum cum matre et sorore advenisse audierat, irrumpit. Ille

metu perculsus iterum Thessalonicam ad Theodosium fugit, cui quidem tendere in transitu insidias Maximus frustra nititur.

A. U. C. MCXLI. Christi CCCLXXXVIII. Valentin. XIV. Theodos. Imp. X. Ætat. XLIII.

Cum Theodosius secundum consul ad bellum contra Maximum sese compararet, novum quoddam tributi genus Antiochenis indixerat. Illi exacerbati Placillæ statuam eversam per ludibrium raptant, qua injuria vehementer commotus Theodosius, missis jam qui pœnas expeterent militibus, Flaviani Antiochensium episcopi sancti et prudentis viri legatione placatur. Interim Maximus tota, præter Mediolanensem urbem quam episcopi sui Ambrosii sanctitas et industria servavit, vastata Italia, in urbem cogitabat. Quare Theodosius Sanctorum inprimisque Joannis Anachoretæ ac Senuphii precibus commotus Aquileiam contendit. Hic, ut ait Socrates, Maximi exercitum plane delet VI. Kal. Sept. eumque captum et a Theodosii oculis abductum irati milites regiis ornamentis exuunt et interficiunt tertio ab Aquileia milliario, Kal. Aug. Victor Maximi filius haud multo post per Arbogastem Comitem in Galliis occiditur. Ita Zosimus. Andragathius ejus comes, qui fretum Ionium tenebat cum ingenti classe, audita Maximi nece, sese præcipitem in mare misit.

A. U. C. MCXLII. Christi CCCLXXXIX. Valentin. XV. Theodosii Imp. XI. Ætat. XLIV.

Theodosius Mediolano digressus cum Valentiniano et Honorio filio suo admodum adolescente, quem Constantinopoli eam ob rem ad se evocarat, victor ingreditur Idibus Junii: Valentiniano non Italiam modo quam tenuerat, sed et Gallias, Hispanias, Britanniasque omnes, quas ipse nunquam, sed soli pater avusque habuerant, ultro restituit. Hic Latinus Pacatus orationem panegyricam victori Theodosio dixit. 'Justina autem,' Valentiniani mater, 'ne regnum cum filio reciperet, morte præventa est.' Prosper Pithœi, Sozomen.

A. U. C. MCXLIII. Christi CCCXC. Valentin. XVI. Theodos. Imp. XII. Ætat. XLV.

Thessalonicenses Boterichum in Illyrico militiæ præfectum perimunt: quare ita exarsit imperator ut populum ad circenses ludos invitatum sine discrimine per milites eam ob rem in theatrum immissos ad septem hominum millia interfici jusserit. Id post cæsum Eugenium contigisse ait solus Sozomenus. Ut ut est, Theodosius publicam pœnam ab illo impositam insigni pietatis exemplo persolvit. Rufin. Theodor. Paulin. in Vita S. Amb. Prosper. Galla Theodosii conjux per Arcadium privignum suum ejicitur, teste Marcellin.

A. U. C. MCXLIV. Christi CCCXCI. Valentin. XVII. Theodosii Imp. XIII. Ætat. XLVI.

'Theodosius cum cetera omnia præclare dispensasset, urbis gubernationem Valentiniano reliquit. Inde cum filio (Honorio) Constantinopolim iter capit, eoque adventat iisdem Tatiano Symmachoque coss. IV. Idus Novemb.' Ita scribit Socrates.

A. U. C. MCXLV. Christi CCCXCII. Valentin. XVIII. Theodosii Imp. XIV. Ætat. XLVII.

Valentiniano ab Arbogaste Comite apud Viennam in Gallia occiso; Arbogastes, oriundus e gente Francorum, quem secundum a Baudone duce, viro ejus temporis omnium potentissimo, locum Gratianus imperator obtinere jusserat, illo rebus humanis exemto, fretus industria sua, citra principis auctoritatem, imperium sibi militare vindicaverat. Is habebat in aula sibi a Ricomere commendatum et traditum ludi literarii magistrum Eugenium, cui summa doctrina pari conjuncta vitæ integritate et morum elegantia magnam in Galliis auctoritatem fecerat. Igitur amoliturus a se affectatæ tyrannidis invidiam, simul ut ipse sub ejus nomine administraret imperium, hunc Augustum in Occidente acclamat.

A. U. C. MCXLVI. Christi CCCXCIII. Theodos. Imp. XV. Ætat. XLVIII.

Theodosius tertium consul contra tyrannum Eugenium ante sibi conciliato precibus ac jejuniis divino numine, relictoque Constantinopoli Arcadio, atque etiam, si Socrati credimus, Honorio, quem Augustum in Hebdomo renuntiarat. IV. Id. Januar. ut ait idem Socrates, vel, ut alii omnes volunt, IX. Kal. Decemb. cum numerosissimo Transistrianorum exercitu, quibus Gainem et Saulum præfecerat, Alpes ingreditur.

A. U. C. MCXLVII. Christi CCCXCIV. Theodos. Imp. XVI. Ætat. XLIX.

Theodosius primo quidem prælio, quod Septembris initio datum, decem millia suorum perdidit: 'ita permittente Deo,' inquit Ruffinus, 'non ut Theodosius vinceretur, sed ne per barbaros vincere videretur.' Nocte vero prostratus in pedes Theodosius ab Apostolis duobus de victoria quam ante Joan. Anachoreta, Theodosiusque sibi prædixerant, certior fit. Igitur pugna postridie mane commissa ad ripam amnis cui nomen Frigida prope Aquileiam, sublatus repente ventus vehementior, excutere clypeos de manibus hostium, abripere scuta, tela in ipsorum ora retorquere. Hic vero incredibilis Eugenianorum pavor et strages sese suis sagittis confodientium. Eugenius captus, ac detractis insignibus imperatoriis cum demississime vitam precaretur, interfectus est. Arbogastes, rebus desperatis, 'biduo post prælium fugiens sua se manu perculit.' Orosius.

A. U. C. MCXLVIII. Christi CCCXCV. Theodos. Imp. XVII. Ætat. L.

Theodosius Aquileia, ubi post cæsum Eugenium aliquamdiu restiterat, Mediolanum reversus, Arcadium et Honorium Constantinopoli ad se evocatos in ecclesia suscipit, et Ambrosio traditos commendat. Honorium unum

evocatum esse aliqui asserunt, eumque a Serena Stiliconis conjuge et Theodosii ex fratre nepte ad eum esse deductum, ac Stiliconis tutelæ commissum. His rebus ita compositis Theodosius aqua intercute XVII. Kal. Febr. de nocte, cum ipse maue ludis circensibus interfuisset, obiit ætatis anno non 60. ut vult Socrates, sed 50. imperii vero 17. Victor, Prosper, Marcellinus. Corpus ejus magna pompa Constantinopolim translatum ibique sepultum est.

Non alius imperator aut plura aut difficiliora bella fortius suscepit, confecit celerius et gloriosius, ut dubitari possit, fortior fuerit, an felicior. Non sibi sed aliis vincebat: oppressorum regum defensor simul et strenuissimus, et integerrimus. Vir animo rerum omnium capaci, quique, ut nomen ipsum indicabat, ad totius orbis bonum et pacem divino quodam munere concessus videretur. Ad hæc Christianæ religionis pietate insignis, perpetua belli consuetudine nihilum efferatus, in omnes officiosus, imperatorum nulli secundus, si ad ceteras virtutes in iracundia moderatio accessisset.

DE AUCTORE PANEGYRICI,

ET QUO TEMPORE AC LOCO HABITUS SIT.

[Ex Ed. Delph.]

HUJUS Orationis auctor est Latinus Pacatus Drepanius, non Italus, aut Siculus, ut inepte quidam suspicantur, sed natione Gallus, ut apparet ex Paneg. cap. 24. 'Unde igitur ordiar,' inquit Pacatus, 'nisi a tuis mea Gallia malis?' Patria Burdegalensis fuit, ut Elias Vinetus in Ausonium notat ex Paneg. cap. II. ubi idem Pacatus Transalpinum se dicit, et ex ultimo Galliarum recessu: 'Qua littus,' inquit, 'oceani cadentem excipit solem, ac deficientibus terris sociale miscetur elementum.' Præterea fuit ei cum Ausonio Burdegalensi magna familiaritas, qui eum proconsulem non uno in loco appellat, ipsique nonnulla opuscula, ut Epigrammata, Ludum Sapientum, Technopægnion, et Grammaticomastigem inscripsit. Eundem eximium poëtam appellat Idyll. VII. Tamen utrum idem fuerit cum eo, cujus extant Psalmi, Hymnique aliquot, ac alia carmina, et in iis Epistola Elegiaca ad Augustodunensem episcopum, dubitat idem Elias Vinetus in Ausonium. Noster vero Petrus Franciscus Chiffletius in Paulino illustrato negat hunc Pacatum nostrum eundem fuisse atque is, qui ad Uranium scribens S. Paulini vitam vincta numeris oratione scripturum se receperat. Sed hunc Pacatum nostro tribus et quadraginta annis juniorem ait ad quem Symmachus mittit Epistolam 12. lib. VIII. et Ep. 58. et 69. lib. IX.

Pronuntiatus est hic Panegyricus an. Christi CCCXCI. secundum Haloandri rationes; ad Kal. Septembr. ut tradit Marcellinus Comes; Romæ, quo relatam de Maximo tyranno victoriam gratulaturus e Gallia missus erat; coram imperatore, quem compellare præsentem videtur; spectante senatu, ut ipse ait Panegyrici hujus initio.

VITA
LATINI PACATI
COMPOSITA
A JOANNE SCHEFFERO.

Latinus Dripanius Pacatus, vel ut vulgo eum nominant, Latinus Pacatus Drepanius, Gallus natione fuit, sicut ipse semel iterumque in oratione sua indicat. Quam habuerit patriam, observare memini ex unico Sidonio, qui eum Nitiobrigem appellat, Epist. viii. 12. Scaligero est Aginnates, in Ausonianis Lectionibus : nempe quoniam Aginnum caput Nitiobrigum, quemadmodum Savaro docet ad Sidonium, et Scaliger Ausonianarum Lectionum ii. 10. Fuit igitur ex Aquitania oriundus, quia Nitiobriges in illa sunt provincia. Patre nominis ejusdem genitus videtur. Hinc enim credo esse, quod ab Ausonio vocatur 'filius,' in titulo Epistolæ, quam suis Epigrammatis præfixit. Animum habuit bonis artibus ac literis instructum probeque exercitum: præterea pium, ac fortassis a religione Christiana non omnino alienum. Ita enim consuetudo ista indicare videtur, cujus mentionem facit in orationis suæ capite vigesimo et primo. Quam Christianis potissimum fuisse usitatam ac solennem accurate diligenterque Savaro docet. Ex disciplinis artibusque maxime poësin amavit, ut vel ex Panegyrico illius conjectari potest. Nam in eo et formulis phrasibusque veterum poëtarum, maxime Virgilii non raro utitur, et fabulas eorum commentaque passim inserit, et per universum poëtico ingenio orationem ornat. Immo aperte hoc Ausonius testatur in præ-

fatione antea laudata, ubi eum cunctis aliis poëtis, Marone excepto, præfert. Ita enim canit:

Eum
Pluris faciunt novem sorores
Quam cunctos alios, Marone demto.

Quanto præditus fuerit judicio, vel ex eo scire licet, quod Ausonius non alium judicem libentius in carminibus suis censendis adhibuerit, nullius sententiam religiosius observaverit. Extat de ea re Epistola Ausonii ad Pacatum Idyll. XII. præfixa, ubi ita scribit: 'Sed mihi apud alios pro laboris modulo laudem non posse procedere, quam tamen si tu indulseris, ut ait Afranius in Thaide, majorem laudem quam laborem invenio.' Et mox: 'Si probantur, tu facies, ut sint aliquid.' Item in alia Epistola præfixa Ludo Septem Sapientum:

Nam primum est meruisse tuum, Pacate, favorem,
Proxima defensi cura pudoris erit.

Qua etiam in Epistola 'doctum virum' eum appellat. Idem in Præfatione Epigrammatum Nepoti æquat, cui Catullus dono dedit libellum suum. Scripsit sine dubio non pauca, sed ex iis nihil, præter unum Panegyricum, quod sciam, nobis temporum injuria reliquum fecit. Suspicatur quidem Acidalius etiam alios ex Panegyricis illius esse: verum mihi suum hoc judicium non probat. Istum, de quo sermo nobis est, paulo post triumphum Theodosii de Maximo tyranno Romæ in frequenti senatu dixit. Causa fuit admiratio virtutum Theodosii, quæ ipsum ab ultimo Galliarum recessu, sicut ipse loquitur, excivit. Occasionem et materiam victoria Imperatoris de tyranno, urbsque liberata præbuerunt. Porro in oratione ipsa tam elegans, tam bonus est, ut, Plinio excepto, in hoc genere nullum ei præferam. Et sentiunt mecum plerique viri docti, e quibus nominatim hic Scaligerum et Livineium et Dempsterum compellare possum, qui omnes 'floridum,' 'eloquentem,' 'minime spernendum;' orationem ejus 'nobilissimam,' immo 'una etiam atque altera Ciceronis permutandam judicant.' Honores gessit præter alios, quos nominatim

ignoramus, proconsulatum. Igitur ubique ab Ausonio proconsul appellatur. Et forte ob orationem suam, illam consecutus est a Theodosio in patria sua dignitatem. Amicitia cum Ausonio etiám Symmachum præfectum urbis et consulem ordinarium complexus est; qui etiam ternas ad eum scripsit Epistolas, quæ et hodie inter ejus reliquas supersunt. Intelligimusque ex iis etiam Leontium, Olympiumque habuisse inter amicos. Quanquam Ep. IX. 58. nescio quam ejus pertinaciam in ira adversum amicos etiam servanda prodere Symmachus videatur. Floruit, quemadmodum jam ex prædictis constat, Theodosii Magni, Valentini, et Honorii temporibus. Vixit autem, ut opinor, maxime in patria: certe redeundi illuc absoluta oratione animum habuisse, ipse satis ostendit, et nonnihil literæ ad ipsum ab amicis scriptæ indicare videntur. Quin et Sidonius eum velut singulare Nitiobrigum ornamentum, eruditionisque ac elegantiæ exemplum commendat. Quamdiu vixerit, quandove mortuus sit non constat: ad Sidonii ætatem tamen non pertinuit. Fuit et alius Pacatus Alexandrinus grammaticus, cujus mentionem facit Suidas. Quemadmodum et alius Drepanius cognomento Florus, hymnographus. Sed ii nil ad nostrum hunc Drepanium Pacatum.

LATINI PACATI DREPANII*

PANEGYRICUS

THEODOSIO AUG. DICTUS.

SYNOPSIS PANEGYRICI.

In Exordio cum multa sibi dicenti metum afferant, tum inprimis commoveri se ait, quod coram imperatore, coram senatu, Romæ, homo Gallus dicat: accedere se tamen ad laudandum Theodosium; et quia longo locorum intervallo eam ob rem Romam venerit; et quia laudandi principis nulla incumbit necessitas.

Distributio videtur hæc esse: I. Vita Theodosii privata. II. Vita ejusdem publica laudatur.

I. Pars. Theodosius difficillimis temporibus ideo a Gratiano in imperii societatem asciscitur, ut inclinantem in præceps rempublicam sustineat, cap. II. Non alium eligendum fuisse declarant, ejus patria, cap. IV. parentis victoriæ, domus splendor, cap. V. formæ præstantia, cap. VI. ætas integra, et matura imperio, cap. VII. A fortunæ donis transit ad animi dotes. Usus belli quo puer jam fingebatur ad imperium, cap. VIII. res præclare in bello gestæ, cap. X. modestia in recusando imperio, cap. XI. in eodem administrando, minuendisque palatinis sumtibus frugalitas, in sanciendis legibus providentia, cap. XIII. in iis, quibus committeret arcana, quos promoveret ad magistratus, seligendis prudentia, cap. XV. egregia in amicos fides, cap. XVI. in exequendis promissis religio, cap. XVII. erga eos, quorum ambitioni pro magistratuum paucitate facere satis non poterat, singularis humanitas commendatur, cap. XX.

II. Pars. De publicis ejus virtutibus. Quam bonus et civilis in admittendis ad se omnibus, in eorum querelis audiendis, cap. XXI. De vultu non minus hostibus, quam civibus notus. Memorantur ejus victoriæ de Gothis, Hunnis, Saracenis, Scythis, Albanis, et Persis, cap. XXII. In extremam Galliarum partem cum exercitu progreditur adversus Maximum Galliæ tyrannum, multarum legionum defectione, cap. XXIII. quinquennii impunitate inflatum, peremto Gratiano in Gallia cædibus, rapinis, et omni genere crudelitatis grassantem, cap. XXIV. Non sine divino auxilio factum, ut tyrannus ille fœdus cum Theodosio utcumque initum violaret, cap. XXX. ut Theodosii adventum sustinere non potuerit, cap. XXXI. ut ad Asciam

fluvium fusus ac plane deletus sit, cap. XXXII. ut Marcellini pariter exercitus profligatus sit, cap. XXXV. Theodosius abjicienti arma vitam condonat, cap. XXXVI. Hæmonam ingreditur victor: quanto populorum concursu, cap. XXXVII. Maximus quo fugiat incertus, Aquileia se includit, cap. XXXVIII. Huc cum exercitu mira celeritate convolat Theodosius, cap. XXXIX. singulas imperatoris virtutes in hujus triumphi partem venisse, inprimis felicitatem qua factum est ut Maximus voluntaria nece turpiorem, qualis sceleri debebatur, mortem non effugerit, cap. XL. ut spoliatus regiis ornamentis ad Theodosii pedes captivus adductus, cap. XLIII. ut statim ab Imperatoris conspectu abductus eo inscio peremtus sit, cap. XLIV. futurus posteris vindicatæ tyrannidis exemplum. Laudatur summa victoris clementia, cap. XLV. Cinnæ, Syllæ, Marii, Cæsaris dissimilis, cap. XLVI. Theodosii in urbem ingressus. Leges ab eo sapienter instauratæ, cap. XLVII.

In fine, postremum sibi gratulatur, quod tantarum rerum testis futurus Gallia Romam venerit. Quanta alacritate excipiendus sit a suis civibus, ea quæ ibi viderit narraturus, qua auditorum frequentia stipandus, et quam multa poëtis et oratoribus suppeditaturus argumenta scribendi.

CAP. I. 1. SI quis unquam fuit, Imperator Auguste, qui te præsente dicturus jure trepidaverit,[a] eum profecto me esse et ipse futuro, et iis, qui consilium tuum participant,[*] videri posse video. 2. Illum cum te semper ultra omnes retro Principes laudari oportuerit, nunc porro ultra, quam alias, prædicatus es, in ea urbe conveniat dicendo celebrari,[b] cujus et libertatem armatus[b] asseruisti, et auxisti dignitatem togatus; quo tandem modo consequi majestatem utriusque vestrum oratione mea potero? hoc præcipue

[*] *Qui tibi sunt a consiliis.*

[b] *Nunc cum præter laudes quibus olim celebratus es, laudandus sis in ea urbe, &c.*

[*] *Latini Pacati Dreptani* codex Schefferi; *Latini Pacati Depani* vulgati et plerique scripti; *DrepanI*, litera finali majuscula, pro *Drepanii*, uti vett. consueverunt, legit Schefferus.

CAP. I. 1 'Variant libri vett. quidam, *ore trepidaverit;* quidam *jure*, ut Pith. cod. quod fortasse non male. Alii *ire;* sed ut puto, nihil mutandum, nam facilis fuit mutatio ex prima syllaba τὸ *trepidaverit* in *ire* vel *jure.*' Putean. *ire* codd. Scheffer. et Guelph. *dicturus ante trepidaverit* al. vett. *et hiis* codex Schefferi; *et iis* Guelph.—2 Voc. *togatus* deest in Guelph.—3 Edd.

NOTÆ

[a] *Jure* [*ante*] *trepidaverit*] In Pithœano codice est, *jure trepidaverit;* in Bertiniensi, *in re trepidaverit;* in aliis, *ore trepidaverit.*

[b] *Armatus*] Nempe victo, cæsoque Maximo tyranno. *Togatus*] Id est, sapientissimis legibus.

in tempore, quo ambo[c] ita mutuo crevistis, ut nec tu fueris adhuc major, nec illa felicior. 3. Huc accedit auditor senatus; cui cum difficile sit pro amore, quo in te præditus est, de te satis fieri; tum difficilius, pro ingenita atque hæreditaria[d] orandi facultate, non esse fastidio rudem hunc et incultum Transalpini sermonis horrorem,[e] præsertim cum absurdæ sinistræque jactantiæ possit videri, his ostentare facundiam, quam de eorum fonte manantem in nostros usque usus derivatio sera traduxit. 4. Quibus equidem cogitatis adeo solicitor, ut[d] non eos tantum hodie arbitrer interesse, quos cerno, sed assistere obversarique dicturo Catones ipsos, et Tullios, et Hortensios, omnesque illos oratores putem, qui me in posteris suis[e] audiunt. 5. Ita multiplici circumventus metu, quasi parum habeam timere; video, quod timeam.[f]

[c] *Propter innatam et quam a majoribus accepere facundiam, difficilius est ut impolita et imperfecta hominis trans Alpes nati oratio non tædio sit, atque adeo horrida videatur.*

[d] *Quod quidem ita me cruciat, ut, &c.*

vett. *pro genita;* codd. Scheff. Exc. Schonhov. Guelph. Vet. Putean. *pro ingenita*, ut conj. Acidal. *atque adeo hereditaria* Exc. Schonhov. *quam de Deorum* Rhenan. al. vett. et Guelph. *de eorum* conj. Acidal. Pro *usus*, nonnulli *haustus*.—4 Edd. ante Livin. *observarique;* Guelph. aliique codd. *obversarique*, uti conj. Livin. et Acidal. '*Audiunt*] Daniel arbitrabatur genuinum magis *audiant*.' Grut.—5 'Hunc locum varie tentarunt. Bongarsius scribit, *fingo quod timeam*. Probat emendationem hanc Gruterus. Lipsius, *cogito quod timeam*. Acidalius et Livineius geminant τὸ *videre*, et alterum ad auditores, alterum ad oratores veteres referunt. Fortasse simplicior emendatio esset, si prius *quod* extingueremus, locumque scriberemus ita, *quasi parum habeam timere, video quod timeam*. Eleganter certe illud *habere* et *videre* sibi opponerentur, sensusque esset, non tantum timoris causas se habere in magnitudine Principis, amore senatus, infirmitate sua, sed et accedere alias ex conspectu non eorum modo, qui præsentes sunt, sed illorum quoque, quos velut præsentes oculis suis obversari fingebat.' *Scheffer*. Vide Nott. Varr. *quod video* Vet. Putean. et Vat.

NOTÆ

[c] *Ambo*] Roma et Theodosius.

[d] *Atque hæreditaria*] In aliis est, *atque adeo hæreditaria*.

[e] *In posteris suis*] Quasi hodie in posteris suis reviviscentes huic meæ orationi coram intersint.

[f] *Video, quod timeam*] Illud *video*, quod abest in editione Puteana, addendum visum est ex Livineio et Balduino. Sensus vero est, quasi non satis timoris incutiant, quæ versantur ob oculos, nempe senatus et imperator; occurrunt præterea aliæ timoris causæ, nempe veterum oratorum cogitatio, quos hic intueri mihi videor.

CAP. II. 1. Quid ergo? novusne me pavor, et inopina trepidatio[e] in ipso dicendi tempore deprehendit? Mihi vero ii omnes, quibus altrinsecus[f] jactor, æstus diu ante meditati, longeque prospecti sunt. Sed cum admiratione virtutum tuarum ab ultimo Galliarum recessu,[g] qua littus Oceani cadentem excipit solem, et deficientibus terris sociale miscetur elementum, ad contuendum te[g] adorandumque properassem, ut bona quæ auribus ceperam, etiam visu usurparem, timui, fateor, pii laboris officium impia taciturnitate corrumpere. 2. Ita dum obsequio interpretor impudentiam,[h] dum in eundem hominem non puto convenire gaudium et silentium; duas res diversissimas junxi, metum et temeritatem. Quin et illud me impulit ad dicendum, quod ut dicerem, nullus adigebat: non enim[h] jam coacta laudatio, et expressæ metu voces periculum silentii[i] redimunt. 3. Fuerit, abieritque tristis illa facundiæ ancillantis[i] necessitas, cum trucem dominum,[j] auras omnes plausuum publicorum ventosa popularitate captantem, mendax assentatio titillabat,[j] cum gratias agebant dolentes, et tyrannum non prædicasse tyrannidis accusatio vocabatur. 4. Nunc par dicendi tacendique libertas, et quam

[e] *Repentinus metus invasit.* [f] *Utraque ex parte.*
[g] *Et extremis terris cingitur Oceanus, ad te videndum, &c.*
[h] *Sic dum obsequii nomine excuso impudentiam.*
[i] *Quod est in silentio.*
[j] *Cum improbi assentatores palpabant ferocem imperatorem publicos plausus inani ambitione aucupantem.*

CAP. II. 1 Guelph. *quo litus.* '*Pii laboris officium*] Sic indubie legendum cum omnibus edd. adeo ut mirer substituisse Livineium, *timui fateor laboris officium ipsa taciturnitate corrumpere.*' Grut.—2 Lipsius pro *interpretor*, scribit *intersero;* Acidal. facit, *dum obsequium interpretor impudentia.* Livineius retinet, cum omnibus vetustis, primam lect. illudque *interpretor*, ait, idem esse ac 'excuso.'—3 Omnes edd. habent *gratias;* codex Schefferi *gratis;* unde ille *grates.*—4 'Insere omissam vocem, *par dicendi tacendique*, vel *par tacendi*

NOTÆ

[g] *Ab ultimo Galliarum recessu*] Ab Aquitania, ubi natum, et inde Romam missum Pacatum diximus.

[h] *Non enim*] Respexit ad illud Plin. Paneg. cap. II. 'Quare abeant voces illæ, quas metus exprimebat,' &c.

[i] *Facundiæ ancillantis*] Servilem in modum blandientis.

[j] *Trucem dominum*] Alludit ad Ne-

promtum laudare Principem, tam tutum siluisse de Principe. Libet igitur redditam postliminio securitatem loquendo experiri; libet, inquam, quia neminem magis laudari Imperatorem decet, quam quem minus necesse est.

CAP. III. 1. De te igitur [k] mihi sermonis hujus auspicium erit ille felicitatis publicæ auspex dies, qui te primus [l] inauguravit imperio. 2. Nam ut divinis rebus operantes in eam cœli plagam ora convertimus, [m] a qua lucis exordium est; sic ego vota verborum, quæ olim nuncupaveram, soluturus, id oratione mea tempus arripiam, quo Romana lux cœpit. 3. Jacebat innumerabilibus malis ægra, vel potius dixerim, exanimata respublica, [n] barbaris nationibus Romano nomini, velut quodam diluvio, superfusis. 4. Sed parcam [o] replicare causas, et placatum vulnus [p] offendere:

dicendique.' Acidal. 'Sic editi vett. nam medii ævi omiserant vocem *dicendi*. Mss. inversa voce, *dicendi tacendique*.' Grut. *par tacendi dicendique* Exc. Schonhov. *par dicendi tacendique* Vet. Putean.

CAP. III. 1 *Det igitur . . . auspicium ille* ed. Cellar. ex conj. Schefferi, quia verbum *erit* abesset a cod. Scheff.—2 Vetus cod. Jureti, *oratione in ea*. Mox, *tempus afficiam* edd. vett. *t. aspiciam* Balduinus. 'Perperam; nam 'afficere' etiam in bonam partem accipi scimus.' *Juret*. *aspiciam* legit etiam Acidal. probante Scheff. *tempus arripiam* Exc. Schonhov. *tempus asriciam* cod. Scheff. —4 Vett. edd. *par causa, replicare causas*; Balduin. conj. *pacatum ulcus*; Acidalius fecit, *par casus et vulnus*; Vet. cod. Jureti, cod. Scheff. *parcam replicare*, ut conj. Juretus. *placatum vulgus* edd. vett. *p. ulcus* codd. Bong. et Bald.

NOTÆ

ronum, Domitianorumque tempora.

[k] *De te igitur*] Pulmannus legit, *det igitur mihi hujus sermonis initium ille*, &c. Ita etiam Ant. Schonhovius ex veteri codice.

[l] *Dies, qui te primus*] Dies quo Theodosius a Gratiano primum ad imperii societatem est ascitus, fuit decimus quartus aut juxta Socratem XVII. Kal. Februarii anni Christi 379.

[m] *Ora convertimus*] Fuit hæc olim paganorum itidem et Christianorum consuetudo, ut ad orientem solem conversi preces suas funderent. Tertull. Apologet. ad gentes de Christianis: 'Suspicio est,' inquit, 'solem nos adorare, quod innotuerit ad Orientis regionem precari: sed et plerique affectatione aliquando et cœlestia adorandi, ad solis ortum labia vibratis.'

[n] *Exanimata respublica*] A Germanis, Gothis, Scythisque gravissime vexata.

[o] *Sed parcam*] Id est, sed abstinebo a pervestigandis tot malorum causis. Infra, cap. VI. 'parcam arcanum cœleste rimari.'

[p] *Placatum vulnus* [*vulgus*] Alii legunt, *placatum ulcus*, ut dicat nolle se vulnus illud imperii jam sanatum refricare.

nam cum per se vivax sit recordatio calamitatum, tum mihi metus hanc gaudiorum præsentium lucem tristium commemoratione fuscare.[l] 5. Faciam ergo, quod facere præstantes scientia medicos sæpe vidi; altorum vulnerum cicatrices, postquam cutem sanitate duxerunt, manu pendente tractabo, per sententias isse, et singulos universosque rogitasse contentus, an, cum inter omnes liqueret, fessis rebus medendum, tali aliquo viro publicis gubernaculis admovendo, qui Imperatoris unius[q] tueretur ætatem, alterius[r] juvaret laborem, potuerimus hujusmodi Principem vel optare. 6. In integro itaque rem totam esse faciamus, et in quodam orbis terrarum comitio quæri putemus, quisnam sit ille, qui debeat tantam molem subire, et nutantia Romanæ rei fata suscipere: nonne is omnium suffragiis hominum tributim centuriatimque[s] legeretur, cui felix patria,[t] cui domus clara, cui forma divina, cui ætas integra, cui militarium civiliumque rerum usus contigisset?

CAP. IV. 1. Cuncta igitur a capite proposito ordine prosequamur, jam profecto constabit eum Principem declaratum, qui et ab omnibus legi debuerit, et ex omnibus. 2. Nam primum tibi mater Hispania[a] est, terris omnibus

[l] *Vereor ne præsentis hujus lætitiæ sensum rerum tristium recordatione minuam.*

vivax fit edd. vett. *vivax sit* Vet. Putean. et Exc. Schonhov.—5 Edd. quædam vett. *aliorum vulnerum.* Edd. vett. pro *per sententias isse*, exhibent *præsentisse;* codd. Livineii habent *persentisse*, vel *perscrutasse*, vel *persentiasse;* unde ille lectionem nostram eruit. Modius conj. *percensuisse;* Acidal. *præsentes et singulos;* cod. Scheff. *persenciasse.* Vid. Nott. Varr. *tuetur ætatem* Guelph. Pro *vel optare*, Arntz. conj. *volo optare.*—6 '*Nonne is omnium*] Ita omnes. Meus codex τὸ *is* non agnoscit, et videtur elegantius abesse posse.' *Scheff.*

NOTÆ

[q] *Imperatoris unius*] Valentiniani junioris, qui mortuo patre apud Bergentionem in Galliis, ipse eum adhuc quadriennis esset, ibidem creatus erat imperator. Vid. Epit. Victoris.

[r] *Alterius*] Gratiani, qui cum Gothos, Taifalos, atque omnium atrocissimos Hunnos, et Alanos, a Thracia et Dacia expellere unus non posset, consortem imperii Theodosium ex Hispania evocavit.

[s] *Tributim centuriatimque*] Unde comitia alia centuriata, alia tributa, alia curiata dicebantur.

[t] *Cui felix patria*] Habes hic totius orationis summam.

[a] *Tibi mater Hispania*] Theodosium

terra felicior, cui excolendæ, atque adeo ditandæ inpensius, quam ceteris gentibus, supremus ille rerum fabricator indulsit. 3. Quæ nec austrinis obnoxia æstibus, nec arctois subjecta frigoribus, media fovetur axis utriusque temperie: quæ hinc Pyrenæis montibus,[b] illinc oceani æstibus, inde Tyrrheni maris littoribus coronata, naturæ solertis ingenio, velut alter orbis, includitur. 4. Adde tot egregias civitates, adde culta incultaque omnia vel fructibus plena, vel gregibus; adde auriferorum opes fluminum; adde radiantium metalla gemmarum. Scio fabulas poëtarum, auribus mulcendis repertas, aliqua nonnullis gentibus attribuisse miracula: quæ, ut sint vera,[c] sunt singula: nec jam excutio veritatem. Sint, ut scribitur, Gargara[d] proventu læta triticeo, Mevania[e] memoretur armento, Campania[f] censeatur monte Gaurano,[g] Lydia[h] prædicetur amne Pactolo;[i] dum

CAP. IV. 1 Cod. Scheff. *qui et omnibus.*—2 Voc. *gentibus* addititium putat Acidal.—3 'Pro *Pyrenæis*, quod in aliis extat, meus codex *Pyrenæi* habet, quod et ipsum bonum est.' *Scheff. hinc Pyrenæis* Exc. Schonhov.—4 Quædam edd. vett. *quæ dum sint;* Vet. Putean. et Exc. Schonhov. *quæ ut sint;* Acidal. conj. *quorum quædam sint vera, &c.* Vet. cod. *proventula, et attriticeo.* 'Repone ex vestigiis, *proventu læta triticeo.*' Juret. *lecta trititio* Exc. Schonhov. 'Inepte et contra omnem scripturam editum Balduino *Menavia.*'—5 'Guelph. legit

NOTÆ

genere Hispanum fuisse in ejus Vita diximus.

[b] *Pyrenæis montibus*] Hi sunt Hispaniæ limites. Pyrenæis montibus a Gallia dividitur, Oceano vero et mari Mediterraneo instar peninsulæ tribus lateribus circumflua est.

[c] *Ut sint vera*] Id est, etiamsi vera essent: quomodo apud Horat. Epod. I. 'Non ut adsit, auxili latura plus præsentibus.' Plura ejus generis exempla referre abstineo, ne infinitus sim.

[d] *Gargara*] Vertex est montis Idæ, item oppidum est ad ejusdem montis radices, apud Ilium urbem, Pergamis proximum, ubi planities maximæ ubertatis. 'Ipsa suas mirantur Garraga messes.' Virgil. Georg. I. 103.

[e] *Mevania*] Urbs Umbriæ ad Clitumnum fluvium in via Flaminia, Propertii patria, pascuis uberrima, quam ideo Lucanus lib. I. 'tauriferam' vocat: 'Est qui tauriferis ubi se Mevania campis,' &c.

[f] *Campania*] Regio Italiæ inter Anienem fluvium et Tiberim, juxta mare Mediterraneum extensa, pars Latii antiqui.

[g] *Monte Gaurano*] Gauranum mons Campaniæ prope Puteolos.

[h] *Lydia*] Asiæ Minoris regio, inter Ioniam ad Occasum, Phrygiam Magnam ad Ortum et Boream, et Lyciam ad Meridiem comprehensa.

[i] *Pactolo*] De Pactolo Lydiæ fluvio aureis arenis notissimo supra Paneg. IV. 16.

Hispaniæ uni, quicquid ubique laudatur, assurgat. 5. Hæc durissimos milites, hæc experientissimos duces,[j] hæc facundissimos oratores,[k] hæc clarissimos vates[l] parit: hæc judicum mater, hæc Principum est: hæc Trajanum illum, hæc deinceps Hadrianum misit imperio, huic te debet imperium. Cedat his terris terra Cretensis[m] parvi Jovis gloriata cunabulis: et geminis Delos[n] reptata numinibus; et alumno Hercule nobiles Thebæ.[o] Fidem constare nescimus auditis: Deum dedit Hispania, quem videmus.

CAP. V. 1. Erat justæ compensationis occasio, ut, qui de patriæ tuæ laudibus pauca dixissem, patris[p] saltem virtutibus prædicandis prolixius immorarer: sed quid faciam? Novam quandam patior ex copia difficultatem. 2. Quid, inquam, faciam? Quæ Rhenus aut Vahalis[q] vidit, aggrediar? Jam se mihi Sarmatica cæde[r] sanguineus

expertissimos, quomodo noster loquitur inf. IX. 2. Vid. Drakenb. ad Liv. VI. 34.' *Arntz.* *experientissimos* Exc. Schonhov. 'Non negabis æque bonum, si non melius, *Fidem præstare nescimus*.' Grut.

CAP. V. 1 Edd. vett. *juste compensationibus;* cod. Scheff. Vet. Putean. et Exc. Schonhov. *justæ compensationis*, ut conj. Acidal.—2 *Vacalis* edd. vett. *Vachalis* codd. Scheff. et Guelph. *Vahalis* conj. Acidal. et Livin. *Vualis* Exc.

NOTÆ

[j] *Experientissimos duces*] Ut Viriathum ducem strenuissimum, qui cum C. Lælium prætorem, Q. Fabium Maximum Æmilianum proconsulem et Servilianum ejus fratrem consulem adversus se missos variis præliis fregisset, tandem a Q. Servilio Cæpione corruptis suis legatis dolo peremtus est an. U. C. 614.

[k] *Oratores*] Puta Quintilianum et utrumque Senecam.

[l] *Clarissimos vates*] Lucanum Cordubensem, Martialem Bilbili haud ignobili oppido Celtiberiæ natum: Senecam eum qui tragœdias scripsit.

[m] *Terra Cretensis*] Insula haud multum distans a Peloponneso, Jovis natalibus inclyta, *Candie*.

[n] *Delos*] Maris Ægæi insula ad quam Latona cum Diana et Apolline liberis arrepsit.

[o] *Thebæ*] Civitas Bœotiæ primaria ad Ismenum fluvium, Pindari patria.

[p] *Patris*] Is Theodosius fuit, non ut Victori placet, Theodorus.

[q] *Rhenus aut Vahalis*] Id tangit Zosimus lib. IV. 'Transrhenani barbari, qui quamdiu Julianus superstes fuit, satis habuerant si nemo eos molestaret, Juliani morte nuntiata, continuo sedibus egressi,' bellum movebant; adversus quos Theodosius a Valentiniano missus an. 366. Bataviam a Francis et Saxonibus piratis liberavit. Ammianus l. XXVII. XXVIII. et XXIX.

[r] *Sarmatica cæde*] Idem Sarmatas ad Danubium obtrivit, Scotos Britan-

Ister objiciet. Attritam pedestribus præliis Bataviam referam? Saxo consumtus bellis navalibus offeretur? Redactum ad paludes suas Scotum loquar? Compulsus in solitudines avias omnis Alamanus, et uterque Maurus occurrent. 3. Cum igitur impediat turba dilectum; ad hoc tanti viri gesta præstet in summam referre, quam enumerando tenuare: dixisse sufficiat, unum illum divinitus extitisse, in quo virtutes simul omnes vigerent, quæ singulæ in omnibus prædicantur. 4. An si ejus sæculo mos ille vixisset, quo Romani duces Macedonici,[s] Cretici,[t] Numantini[u] de vocabulis gentium subactarum adoptivum insigne sumebant, nonne hodie pauciora in annalium scriniis, quam in vestræ domus titulis, cognomenta legerentur; cum ipse Saxonicus, ipse Sarmaticus, ipse Alamanicus diceretur, et quantum tota respublica habet hostium, tantum una familia ostenderet et triumphorum?

Cap. vi. 1. Sed quid necesse est mitti in præteritum diligentiam curiosam?[a] patrem, Imperator, tuum de te

[a] *Sed quid opus diligentius et curiosius versari circa id quod præteritum est?*

Schonhov. *Britanniam referam* cod. Scheff. Vet. Putean. et Vat.—3 Guelph. *unum illud.* '*Ad hoc tanti viri*] Hunc locum varie tentarunt. Acidalius pro *ad qui tantum præstet gesta in summum*, quod habent veteres Stephani, facit, *atque tanta gesta præstat in summa.* Gruterus cum Daniele ex Ms. scribunt, *ad hoc tanti viri gesta præstet in summam referre;* quod et ante illos Livineius fecit. Meus: *ad hoc tantum viri gesta præstet in summam referre, quam enumerando tenuare.* Puto nostram se rectissime habere. Illud *ad hoc* idem est ac 'præterea,' ut recte Livineius observavit.' *Scheff. delectum, atque tanti præstet* Exc. Schonhov. *ad hoc tanti viri præstet gesta in summam referre* Vet. Putean. Vide Nott. Varr. *quam e. tenuar* Vet. Putean. *quam e. tenuare* Vat.—4 Pro *vixesset*, Acidal. conj. *viguisset.* Mox, pro *nonne*, Livin. in marg. conj. *non.* Exc. Schonhov. et Vet. Putean. *ostenderet triumphorum*, omisso τῷ *et*, ut conj. Acidal.

NOTÆ

niam populantes dissipavit, Londinum victor ingressus; et Mauros superavit. Ita Ammianus lib. xxvii.

[s] *Macedonici*] Philippus Alexandri magni pater rex Macedonum.

[t] *Cretici*] Puta Metellum, ob Cretensem insulam an. U. C. 687. expugnatam, dictum Creticum. Vide Flor. iii. 7. de bello Cretico.

[u] *Numantini*] Nempe Scipionem dictum Æmilianum aut Juniorem Africanum, Pauli Æmilii filium, a Scipione Africano adoptatum, qui ob Numantiam an. U. C. 621. eversam dictus est Numantinus.

æstimemus: nec difficilis conjectatio est: nam cum duo sint, quæ claros duces faciant, summa virtus, summaque felicitas; scire obvium est, qua præditus fuerit virtute, qui te docuit,[a] qua fuerit felicitate præditus, qui te genuit. 2. O digna Imperatore nobilitas, ejus esse filium Principem, qui Princeps esse debuerit, qui hunc humani fastigii apicem non solum[b] fortitudine atque sapientia, sed decore etiam corporis et dignitate potuerit æquare! velut tua hæc forma venerabilis, quam fortunæ suæ par est? quam longe lateque conspicua commendat imperium? ut plane in ambiguo sit, utrumne te magis nostris mentibus virtus, an obtutibus vultus insinuet. 3. Non frustra plane opinione sapientium, qui naturalium momenta causarum subtilius sciscitati, arcanis cœlestibus nobiles curas intulerunt, augustissima quæque species plurimum creditur trahere de cœlo:[c] sive enim divinus ille animus venturus in corpus dignum prius metatur hospitium,[b] sive cum venerit, fingit

[b] *Ejus esse filium, qui imperator esse debuerit, quique supremam hanc Romanæ reipublicæ dignitatem meruerit, non tantum, &c.*

[c] *Non temere creditur juxta mentem sapientum, qui rerum naturalium causas curiosius perscrutati, cœlestia arcana magna cum cura investigant, præstantissimam quamque formam e cœlo ducere originem.*

CAP. VI. 1 Exc. Schonhov. *de de æstimemus.* 'Male verba, *præd. f. v. q. t. docuit, qua,* neglexit Guelph.' *Arntz. scire obvium est qua fuerit* edd. vett. 'Sic editio Cuspiniani, sic Rhenani; nec reprehendo: putarim tantum, tolli posse alterum *fuerit* et *præditus;* ut scribatur, *qua felicitate, qui genuit.* Omissa etiam *te* posteriores editiones, nescio casune an consulto, exclusere totum illud, *qua præditus fuerit virtute qui te docuit:* nec meminit Livineius, an invenerit in exemplaribus scriptis.' *Grut.* 'Retinuimus, quod est in editione Parisiensi, et se in cod. reperisse Livineius testatus est. Meus habet, *qua præditus fuerit felicitate te genuit.*' Scheffer. *qua præditus fuerit virtute qui te docuit, qua fuerit* Exc. Scheff.—2 Edd. vett. *ejus esses filium principem esse;* unde Steph. conj. *ejus esse filium principis qui;* et Acidal. *ejus esse filii patrem qui princeps;* Exc. Schonhov. Vat. et Vet. Putean. *ejus esse filium principem, qui princeps esse debuerit.* Mox, Exc. Schonhov. *venerabilis, quæ fortunæ;* et paulo post, *sit utrumne magis n. m. virtus;* Vet. Putean. *utrum ne.*—3 *Non f. p. o. sapientum* Vet. Putean. Acidal. conj. *seu cum venerit.* 'Codex meus,

NOTÆ

[a] *Qui te docuit*] Id est, parens qui te ad artem bellicam erudivit.

[b] *Metatur hospitium*] Respexit ad locum Eumenii plane similem, Paneg. VIII. 17. 'Naturam ipsam magnis mentibus domicilia corporum digna metari.' Et vero notum est Æthiopas et Indos in rege deligendo id

habitaculum pro habitu suo, sive aliud ex altero crescit, et cum se paria junxerunt, utraque majora sunt, parcam arcanum cœleste rimari. 4. Tibi istud soli pateat, Imperator, cum Deo consorte[c] secretum. Illud dicam, quod intellexisse hominem, et dixisse fas est; talem esse debere, qui a gentibus adoratur, cui toto orbe terrarum privata vel publica vota redduntur, a quo petit navigaturus serenum, peregrinaturus reditum, pugnaturus auspicium.

CAP. VII. 1. Dudum, ut video, dedignaris hanc gloriam: sed patere eam[d] in laudum tuarum parte constitui, quæ solebat in aliis sola laudari. Virtus tua meruit imperium, sed virtuti addidit forma suffragium. Illa præstitit ut oporteret te Principem fieri; hæc ut deceret. 2. An vero quicquam putamus in imperii tui declaratione præteritum, cum ductam esse rationem ipsorum etiam videamus annorum?[e] cujus quidem rei tanta fuit cura majoribus, ut non solum in amplissimis magistratibus[f] adipiscendis, sed in præturis quoque, aut ædilitatibus capessendis ætas spectata sit petitorum, nec quisquam tantum valuerit nobilitate, vel gratia, vel pecunia, qui annos comitiali lege[g] præscriptos festinatis honoribus occuparit. 3. Nec

paria conjunxerunt. Mox, pro *majora*, habet *meliora*, quod probum puto.' *Scheff.*—4 'Guelph. simpliciter *qui gentibus*, omissa præpositione, sine sententiæ damno.' *Arntz.*

CAP. VII. 1 Balduin. legit, *ea in laudum;* Livin. *ea a me in laudum.* 'Lege *ea;* immo potius *etiam.*' Acidal. Pro *solebant*, Grut. scribit *solebat.* Guelph. etiam *ea;* cod. Scheff. *sed patere ea in laudium.*—2 Exc. Schonhov. *putamus*

NOTÆ

primum observare solitos, ut aliis regendis qui præponerentur, insigni et excelsa corporis statura præcellerent. Ex Aristot. Politic. lib. VII.

c *Cum Deo consorte*] Cum eo genio, qui consiliis tuis præest. Veteres erant in ea opinione, suum unicuique, inprimis vero imperatoribus genium adesse.

d *Eam* [*ea a me*] Fr. Balduini emendationem sequor, cum in Puteana editione sit, *sed patere eam in laudum tuarum parte constitui, quæ solebant in aliis sola laudari.* Quod ferri non potest, nisi pro *solebant* legatur *solebat.*

e *Annorum*] Theodosius agebat annum 35. cum factus est Augustus.

f *In amplissimis magistratibus*] In consulatu.

g *Comitiali lege*] Legem Annalem intelligit, qua definitum est 'ab L. Villio tribuno plebis, quot annos quemque magistratum peterent, ca-

injuria id quidem: nam et qui venturi sunt in virtutis adoptionem,[d] illo tamen adolescentiæ lubrico, ut non cadant,[e] titubant. 4. An non clarissimos nominis Romani viros (Syllas, Catulos, Scipiones[h] loquor) aliquantisper sibi luxuria vindicavit? quos etsi ad portum mutati in melius revexerint flatus, diu tamen vitiorum turbo jactavit, et naufragos atque fluitantes, ab illis, quibus mersabantur, erroribus ægre ætas recepit. 5. Bene igitur cuncta quadrarunt, et ceteris, quæ innumera congruebant, anni quoque suum junxere suffragium, qui soli in homine perfecti[f] bono duarum potiuntur ætatum, virtute juvenum, et maturitate seniorum. 6. Prius fortasse imperium inire debueris, ut diutius imperares; sed sine exempli periculo[i] providebitur, ne quid amiseris: vita longiore pensandum,

[d] *Quos virtus sibi mancipatura est.* [e] *Etsi non labuntur in scelus.*
[f] *Ætas etiam convenit: quæ una in homine perfecta est.*

imperii tui. Mox, Vet. Putean. *ac ædilitatibus.*—4 Edd. vett. *illos Catullos;* cod. Livin. *si illos Catulos;* unde ille conj. *Syllas;* ut legitur in Vet. Putean. et Exc. Schonhov. ' Audiendi duo codd. unus typis vulgatus, alter exaratus calamo, *Syllas, Catulos.*' Grut. ' Nulla fuit ratio, cur Balduin. reponeret *reduxerint flatus.*' Juret. Mox, edd. vett. *fluctuantes;* al. *fluctantes;* cod. Scheff. et Vet. Putean. *fluitantes.*—6 Codd. Scheffer. et Guelph. *exempli judicio.* Edd. vett. *providebatur;* cod. Scheffer. *providebitur.*

NOTÆ

perentque. Inde cognomen familiæ inditum, ut Annales appellarentur.' Liv. xl. 43. Quanquam id quidem fuerat multo ante definitum, ut ex Livio ipso, et aliis scriptoribus facile colligitur. At Villius dici potest eam legem aut renovasse, aut novo edicto sanxisse, ut religiosius servaretur. Sæpe autem gloriatur Tullius se magistratus omnes anno suo, id est legibus definito consecutum. Atque is quidem quæstor in Siciliam ivit anno ætatis suæ 31. ædilis curulis fuit an. 37. prætor an. 40. ac demum consul an. 43. Idem Tullius Philip. ii. 48. Alexandrum dicit ' tertio et trigesimo anno mortem obiisse:' ' Quæ est,' inquit, ' ætas nostris legibus decem annis minor, quam consularis.'

[h] *Syllas, Catulos, Scipiones*] Hos tangit Tullius pro Cælio cap. 28. ' Equidem multos et vidi in hac civitate, et audivi, non modo qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ, et extremis, ut dicitur, digitis attigissent, sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedidissent, emersisse aliquando, et se ad frugem bonam ut dicitur recepisse, gravesque homines atque illustres fuisse.' De his fusius agit Val. Max. vi. 9.

[i] *Sine exempli periculo*] Absque eo quod quisquam sperare idem possit.

quod ex præterito perdidisti: parum interest, quando cœperit, quod terminum non habebit.

CAP. VIII. 1. Hactenus in te prædicata sint, Imperator, dona fatorum: nunc ad ea proferamus gradum, quæ tibi debes: neque enim tua illa præterita bellicæ rei gloria, quam per tot laborum experimenta quæsisti, ascribenda fortunæ est. 2. Cui hoc nomine etiam succenseri potest, quod, quem sceptro et solio destinaverat, nunquam indulgenter[j] habuit: sed ut severi patres his, quos plus diligunt, filiis tristiores sunt;[g] ita illa te plurimis bellis, et difficillimis reipublicæ temporibus exercuit, dum aptat imperio. 3. Et prius quidem quam ad illa veniam, quæ ævi maturus[k] egisti, summatim tuum illud attingam cum patre divino castrense collegium, actas sub pellibus hyemes, æstates inter bella sudatas, dies noctesque præliando aut vigilando consumtas, gravissimas pugnas terra marique pugnatas. 4. Non tam patiens Africanus[l] prima rudimenta militiæ sub Paulo patre toleravit, nec pari indole Hannibal puer in tentoria Hispana successit; nec futurarum spe certiore virtutum Philippea castra Alexander nondum Magnus implevit. 5. Quos etsi plurima laude dotaverit amplificatrix veri vetustas, nihil plus tamen blandita præstitit, quam ut eos in his annis secutos regum aut du-

[g] *Asperiores sunt.*

CAP. VIII. 1 *Hactenus in te prædicanda sint* Exc. Schonhov. *ad ea nunc properamus* Guelph.—2 Voc. *patres* deest in Guelph.—4 *Hispanica* Cuspin. *Hispania* edd. vett.—5 'Cum servent codd. duo *tam plus*, videtur fuisse *nihil amplius tamen.*' Grut.

NOTÆ

[j] *Nunquam indulgenter*] Theodosius enim post patrem imperatoris jussu interfectum fugere in Hispaniam necesse habuit, ut periculo se subduceret, ibique delituit donec ad imperium revocaretur. Fuit et aliis adversæ fortunæ casibus exercitus, ut non immerito de eo Ambrosius in oratione funebri dixerit: 'portavit jugum grave Theodosius a juventute quando insidiabantur ejus saluti, qui patrem ejus triumphatorem occiderant.'

[k] *Ævi maturus*] Æneid. v. 73. 'Ævi maturus Acestes,' et IX. 246. 'Animi maturus Alethes.'

[l] *Africanus*] Scipio minor Æmilianus Pauli filius sub patre bellum gessit in Hispania an. U. C. 603.

cum castra vulgaret, in quibus tu ita fortiter multa gessisti, ut ea non tantum Alexander, aut Africanus, aut Hannibal[m] videre dum discerent, sed parentes atque institutores eorum optassent facere, dum docerent.

CAP. IX. 1. Quam tecta[h] sunt semper consilia fortunæ! Quis, quæso, tum publicis rebus non putasset inimicum tuum illum a statione castrensi ad quietem receptum?[n] 2. Enimvero illa futurum Principem comens[i o] idcirco paulisper voluit esse privatum, ut, quia jam ad plenum bellicis artibus abundabas, usus civilis experiens sub otii tempore reddereris: quod ego tuum otium aliorum negotiis anteverto. 3. Non enim te amœna littora, nec dispositi ad temporum vices[j] habuere secessus, sed sive tu agris, sive oppidis tempus dabas, rem et famam pariter augebas. Et in urbibus quidem omnium ætatum ordinumque homines his aut illis beneficiis apprehendebas,[k] amicorum commoda, absentium negotia assiduitate, consilio, re juvabas. 4. Jam si placuisset oppida rure mutare,[p] ut tu vitæ oblitus urbanæ exequebaris agricolam? Audio etiam, Imperator, et credo, sæpe aliqua te laborum tibi injunxisse,[l] et ne contraheres corporis veternum, cujuscemodi semper opere

[h] *Quam occulta!* [i] *Imperatorem sedulo exornans.* [j] *Pro variis tempestatibus.*
[k] *Tibi obstringebas.* [l] *Aliquid laboris tibi sumsisse.*

CAP. IX. 2 'Leg. *commentans*. Fortuna occulto consilio Principem moliebatur.' *Acid.* 'Minime solicitandum est illud *comens*; lepida enim metaphora, accommodatur ei, qui impensa cura ornatur, ut exemplis aliquot palam feci in Suspp. libellis.' *Grut.* Guelph. *comes*.—3 Guelph. *sive opibus*.—4 '*Audio etiam*] Credo hic pro *etiam*, legendum *enim*; et solent vulgo hæ particulæ inter se permutari, scribentium incuria.' *Scheff.* *aliqua re laborem* cod. Livin. unde ille conj. *aliqua te re laborem*. Cod. Scheff. *Audio etiam*..

NOTÆ

[m] *Hannibal*] Hamilcaris filius, novem annos natus, a patre aris admotus, odium in Romanos perenne juravit, exinde socius et miles in castris fuit. Plura vide apud A. Victorem.

[n] *Tuum receptum*] Intelligo de tempore quo Theodosius statim a parentis nece in Hispaniam se recepit, ubi annum ferme integrum privatus vixit, donec a Gratiano inde ad imperii societatem revocatus est.

[o] *Comens*] An *conans?* ut vult Barthius Adversar. XXIV. 2.

[p] *Oppida rure mutare*] Horat. I. Od. 17. 'Velox amœnum sæpe Lucretilem Mutat Lycæo Faunus,' &c.

insidiantis otii tersisse rubiginem. 5. Sic agrestes Curii,[q] sic veteres Coruncani,[r] sic nomina reverenda Fabricii,[s] cum induciæ bella suspenderant, inter aratra vivebant; et ne virtus quiete languesceret,[m] depositis in gremio Capitolini Jovis laureis, triumphales viri rusticabantur. 6. Inde est quod accepimus, datos serentibus fasces, et missas cum curulibus suis per rura palmatas,[t] quod agricolas consulares, pastoresque trabeatos, et dictatores inter armenta vestitos.[u] 7. Sed illos quidem angusta res familiaris addicebat labori, ut quibus ipsis suburbani horti, præcepsque Janiculum,[v] et jugera arctata pomœrio vomere essent aut ligone versanda, nec injuria[w] opus reverteretur ad domi-

[m] *Cessatione enervaretur.*

te laborum tibi ipsi injunxisse, et ne c. torporis v. ejuscemodi s. o. i. t. originem; Vet. Putean. *ejuscemodi;* Exc. Schonhov. *hujusmodi.*—5 Vet. Putean. *suspenderant;* edd. vett. *suspendebant.*—6 *Inde quidem accepimus* Guelph. *cum curulibus sellis* conj. Daniel. *quot agricolas* Guelph. Pro *vestitos*, Acidal. conj. *quæsitos.*—7 Edd. vett. *addicebat ut . . . ipsi;* Acidal. conj. *adigebat*, et *ipsis.* Pro *ipsis*, Guelph. habet *ipsi.* Pro *injuria*, Barth. ad Claudian. in Cons. Manl. vs. 8. scribit *incuria.*

NOTÆ

[q] *Curii*] Intellige de Marco Curio Dentato, qui, post Samnites, Sabinos, et Lucanos variis bellis subactos, rus concessit, ut privatus viveret. Supra Paneg. II. 14.

[r] *Coruncani*] Is omnium primus de plebe a Romanis factus pontifex cum ad Teucam Illyriorum reginam esset legatus præter jus fasque interfectus est. Huic a populo Romano statuam dedicatam esse tradit Plinius XXXIV. 6. Hujus continentiam laudant Tullius pro Domo sua, et Livius.

[s] *Fabricii*] De Fabricii abstinentia supra dictum. Videri etiam potest Cicero in Catone, et pro Rosc. Amer. Plinius XVIII. 3. Columella lib. I. in Præfatione, Seneca Consol. ad Helviam, Valer.

[t] *Palmatas*] Vestis palmata, seu triumphalis dicebatur, quatrium phantes, aut certe qui palmam meruerant, uti solerent. Hinc illud Sidonii in Paneg. 'Post palmam palmata venit.' Videtur etiam ad consulem pertinuisse; nam Auson. Paneg. 'Palmata vestis ut in pace consulis est, sic in victoria triumphantis.'

[u] *Vestitos*] Indutos consulum insignibus. Forte legendum *quæsitos*, ut Claudian. de Consul. Mallii Theodor. vs. 9. 'In mediis consul quæsitus aratis.'

[v] *Janiculum*] Collis est, qui transtiberinæ regioni imminet, a Jano dictus. Romæ adjectus est ab Anco Marcio, huncque non muro solum, sed etiam sublicio ponte, tum primum Tiberi imposito, conjungi urbi placuit.

[w] *Nec injuria*] Quia enim deerant, quibus agri sui colendi curam committerent, necesse erat ut hunc ipsi laborem susciperent.

nos, cum deerant quibus juberent. Detrahit laudem patientiæ inopia: majoris exempli est labor sine necessitate.

Cap. x. 1. Gaudent profecto divina perpetuo motu,[n] et jugi agitatione se vegetat æternitas, et quicquid homines vocamus laborem, vestra natura est. Ut indefessa vertigo cœlum rotat, ut maria æstibus inquieta sunt, ut stare sol nescit, ita tu, Imperator, continuatis negotiis, et in se quodam orbe redeuntibus, semper exercitus es.[o] 2. Vix tecta Hispana[a] successeras, jam Sarmaticis tabernaculis tegebaris: vix emerita arma suspenderas, jam[p] hosti armatus instabas: vix Iberum tuum videras, jam Istro prætendebas. 3. Ne tum quidem, cum, in altiorem provectus gradum,[b] jubere tantum, et dividere cum negotiis otium,[c] et parta gloria velut reposito[q] frui posses honore,[d] operam remisisti, quin omnium castrensium munerum numeros[e] primus, aut cum primis obires, stare pro signis, excubias sorte agere, vallum ferre,[f] locum bello antecapere, speculatum egredi, castra metari, in prælium primus ire, prælio

[n] *Continua actione.*
[o] *Et per aliquem circulum sibi succedentibus, semper te exerces.*
[p] *Vix in Hispaniam adveneras, et jam castra metabaris in Sarmatia; vix abjeceras arma victricia, jam, &c.*
[q] *Tanquam deposito militiæ onere.*

Cap. x. 1 Vet. cod. Jureti et Vet. Putean. *nostra natura est;* Balduin. reposuit, *illius natura est.* Edd. vett. *et stare;* Acidal. conj. *ut stare.*—2 Edd. vett. *vix liberum;* Acidal. conj. *vix Iberum.* Edd. vett. *Histro prætendebaris;* Vet. Putean. *acies prætendebas;* Baun. Patarol. Cellar. *vix Iberum tuum videras; jam Istro prætendebas.*—3 Putean. et Grut. conj. *frui posses onere.* Pro *munerum numeros,* Putean. et Balduin. conj. *numerorum munera.* Vulg. con-

NOTÆ

[a] *Tecta Hispana*] Tangit tempus, cum Theodosius ad Valentis furorem evitandum sese in Hispaniam recepit an. Christi circiter 370.

[b] *Cum, in altiorem provectus gradum*] Cum factus es imperator.

[c] *Dividere cum negotiis otium*] Tale illud Plinii lib. viii. ad Arrianum: 'Graviora opera lusibus jocisque distinguo.' Velleius lib. i. 'Neque enim quisquam hoc Scipione elegantius intervalla negotiorum otio dispunxit.'

[d] *Reposito . . . honore*] Velut deposita ad tempus dignitate. Alii pro *honore* legunt *onere,* ut est apud Catullum.

[e] *Munerum numeros*] Id est, partes et officia. Haud absimile illud Plinii, 'omnes comitatis numeros obibas.'

[f] *Vallum ferre*] Terram ferre vallo

postremus excedere, dux consilio esse, miles exemplo: 4. ut jam tum posset intelligi, alios Imperatori pugnare, te tibi. Illud tamen præ ceteris mirum, quod cum omnia faceres, ut imperare deberes; nihil tamen faciebas, ut imperares.

CAP. XI. 1. Argumento est dies ille communis boni auctor, quo tu, cum ad suscipiendam rempublicam vocaberis, oblatum imperium deprecatus es: nec id ad speciem tantum, ut cogi videreris; sed obnixe, et diu, et velut impetraturus egisti: quippe aberat causa fingendi. 2. Non enim te Princeps solus et domi, et tanquam tentaret, ambibat: sed publice, et in comitio,[g] et ut aliud jam facere non posset: prorsus ut, nisi imperium affectu simplici noluisses, potueris velle securus.[r] 3. Expostulari hoc loco tecum reipublicæ verbis necesse est, quæ in summam tua cunctatione formidinem a media spe relapsa, tali aliqua te profecto, sed quam solus audires, voce convenit:[s] 4. 'Parumne me, Theodosi, hactenus distulere fata, ut tu insuper tentes moras augere fatorum? An nescis, rem tuam per momenta consumi? Nescis me tibi, tuisque[h] decrescere? quicquid atterit Gothus,[i] quicquid rapit Hunnus,[j] quicquid

[r] *Ut nisi imperatoriam dignitatem vere et ex animo recusasses, potueris tuto illam admittere.*

[s] *Te sane hujusmodi verbis, sed quæ solus audivisti, compellavit.*

firmat vet. cod. Pithœi.—4 Guelph. *ut jam tantum.*

CAP. XI. 1 Edd. vett. *nec dans speciem;* al. vett. *nec id ad specimen tantumque ut,* &c. Guelph. etiam, *tantumque.* Vet. Livin. *nec idas speciem;* Cuspin. *ne dedisse speciem;* Vat. *speciem.* Acidal. conj. *deprecatus es; nec id in speciem, tantum ut cogi videreris, sed obnixe et diu, et velut impetraturus egisti.* Cod. Scheff. habet, *nec dans speciem, tantumque ut cogi videreris;* Barth. ad Claud. Cons. Honor. IV. 48. *nec spem dans, tantumque ut cogi,* &c.—2 'Pro *ambibat,* male Guelph. *abibat,* quod forte veteri more pro *ambiebat.*' Arntz. *voluisses* edd. vett. *noluisses* Vet. Putean. Pro *velle,* al. *nolle.* 'Male: tu muta illud prius *noluisses*: ita sententiæ acumen constat.' *Acidal.*—3 *Expostulare* Guelph. Mox, in eodem codice *formidine.*—4 'Hæc verba, *quicquid atterit Gothus,* male omissa sunt a Balduino.' *Juret.* *rapit humanus* Guelph. *id olim*

NOTÆ

exstruendo.

[g] *In comitio*] Comitium vel pro consessu ipso sumitur, vel pro loco in quo ad eligendos magistratus conveniebatur.

[h] *Tuisque*] Liberis.

[i] *Gothus*] Gothi populi ex Scandinavia oriundi, in Scythiam inde trans-

aufert Alanus,[k] id olim desiderabit Arcadius:[l] perdidi infortunata Pannonias:[m] lugeo funus Illyrici:[n] specto excidium Galliarum.[o] 5. Principum senior[p] in tanta bella non sufficit; alter etsi futurus sit aliquando fortissimus, adhuc tamen parvus est.[q] Tu dubitas excipere collapsam, et, ut nihil differas, sero reparandam?[*] 6. Hanc mihi gratiam refers, quod te etiam felix desideravi? quod, cum me Nerva tranquillus, amor generis humani Titus, pietate memorabilis Antoninus teneret; cum mœnibus Augustus ornaret,[r] legibus Hadrianus imbueret, finibus Trajanus au-

[*] *Serius instaurandam, vel si moram nullam adhibeas.*

desideravit in eodem codice.—5 Edd. vett. *aliter etsi;* Exc. Schonhov. *alter et si;* ut conj. Acidal. *fortassis,* pro *futurus,* Exc. Schonhov. Pro *differas,* Guelph. habet *differat.*—6 Exc. Schonhov. *quoque cum me Nerva.*—7 ' Leg.

NOTÆ

gressi, paulo post in totam Europam exundarunt.

[j] *Hunnus*] Hunni Sarmatiæ Europææ populi juxta Mæoticam paludem olim incolentes, unde egressi in Pannonias primum, tum in Gallias migrarunt; ubi in Catalaunicis campis ab Ætio et Merovæo, junctis Wisigottharum Burgundionumque ducibus, victi an. Chr. 451. Jornande de rebus Geticis cap. 24. et Ammian. lib. III.

[k] *Alanus*] Alani populi Scythiæ Europææ ad Mæotidas paludes, a fluvio cognomine nomen traxere.

[l] *Id olim desiderabit Arcadius*] Haud absimile illud quod Æneas de Ascanio filio Virg. Æneid. IV. 354. 'Me puer Ascanius, capitisque injuria cari, Quem regno Hesperiæ fraudo et fatalibus arvis.' Arcadius autem fuit Theodosii magni liberorum natu maximus.

[m] *Perdidi ... Pannonias*] Apparet, inquit Rhenanus, hoc temp ore Pan noniam inferiorem, quæ hodie Hungaria nominatur, ab Hunnis occupatam. Quid si intelligamus illud de Quadorum motibus in Pannonia, ob Gabinium eorum regem a Romanis interfectum, cum ita exarserunt, ut Danubium transgressi, occupatam circa messes agrestem plebem trucidarint, parumque abfuerunt quin Constantii filiam Gratiano Augusto mox nupturam abduxerint? Ita Ammian. XXIX. 35.

[n] *Lugeo funus Illyrici*] Intelligit funestam cladem quæ an. Chr. 374. sub Valentiniano contigit. Vid. Ammian. III. 8.

[o] *Specto excidium Galliarum*] Transrhenanis populis in Gallias irrumpentibus. Vid. Ammianus.

[p] *Principum senior*] Gratianus tum erat viginti annorum.

[q] *Adhuc .. parvus est*] Valentinianus Junior nonum tantum agebat annum, teste Ammiano, Idatio, Chronico Alexandr. &c.

[r] *Mœnibus .. ornaret*] Balduinus pro *mœnibus* restituit *moribus*. Juxta illud Horat. Ep. II. 1. 'Res Italas armis tuteris, moribus ornes.'

geret, parum mihi videbar beata, quia non eram tua? 7. Quid tu mihi faceres, si juris tui esses? Orat ecce te dominus meus,[a] orat ecce te dominus adhuc tuus, et qui posset cogere, mavult impetrare. Imperium, quod ab Imperatore defertur, tam tibi nolle jam non licet, quam velle non licuit.'

CAP. XII. 1. Solus igitur, Auguste, solus, inquam, omnium qui adhuc imperaverunt, ut Princeps esses, præstitisti.[a] Alios emta legionum suffragia, alios vacans aula, alios affinitas regia imposuere reipublicæ: te nec ambitus, nec occasio, nec propinquitas Principem creaverunt: nam et eras a familia Imperatoris alienus, et asciscebaris tertius,[b] et cogebaris invitus, invitus, inquam. 2. Audite hoc publici parricidæ,[c] qui oblita fide,[d] dominorum sceptra cepistis, et periculo non minore quam scelere, imperium vita paciscentes, sanguinis pretio regium nomen emistis; repulsam patitur principatus, et unus est ambitus candidati,[e] ne declaretur. 3. Credetne hoc olim ventura posteritas, et præstabit nobis tam gloriosam fidem, ut nostro

mavult imperare, imperiumque ab imperatore.' Acidal.

CAP. XII. 1 Pro *præstitisti*, Acidal. conj. *restitisti*. Lipsius mox, *cuncta legionum suffragia*. Edd. vett. *alios vocans aula;* Acidal. conj. *a. vacans.*—2 'In impressis exemplaribus scribitur, *Audite hoc, publici parricidæ, qui oblita fide, dominorum sceptra cepistis.* Rittershusius noster, cum in duobus libris invenerit *oblita cæde*, legendum censuit *oblata cæde*, i. e. occasione cædis patrandæ data. Livineius cum in quibusdam codd. scriptum reperisset *oblita cæde*, ex conjectura, brevi media, et ultima in *i* mutata, rescribendum putavit *obliti cæde*, i. e. inquinati, atque contaminati cæde. Et certe sic diserte habet cod. noster, *audite hoc, publici parricidæ, qui obliti cæde, dominorum sceptra cepistis.* Neque tamen rejicere velim receptam lectionem, *oblita fide.*' Schwarz. *Audiat . . . obliti cæde* Guelph. Mox, pro *declaretur*, idem codex habet *dederetur.*—3 Codd. Scheff. et Schwarz. et Exc. Schonhov. *tam gratiosam fidem:* 'Male

NOTÆ

[a] *Dominus meus*] Gratianus.

[a] *Ut Princeps esses, præstitisti*] An ut placet Acidalio addendum *restitisti?*

[b] *Asciscebaris tertius*] Tum enim Gratianus et Valentinianus imperium obtinebant.

[c] *Publici parricidæ*] Etsi hoc in multos cadere possit, tamen alludere mihi videtur potissimum ad Tyrannum Maximum Gratiani interfectorem. Recens enim erat factum.

[d] *Oblita fide*] Oblita παθητικῶς sumitur ut apud Virg. Ecl. IX. 53. 'Nunc oblita mihi tot carmina.' Alii legunt *obliti cæde*, id est, contaminati.

[e] *Ambitus candidati*] Nova species

demum sæculo annuat factum, quod[a] tantis infra supraque temporibus nec invenerit æmulum, nec habuerit exemplum? Sed qui vitæ tuæ sectam[f] rationesque cognoverit; fidei incunctanter accedet, nec abnuisse dubitabit imperium sic imperaturum.[g] 4. Illi enim, illi avide regna desiderent, quos soluta legibus vita delectat, quorum crudelitas indemnatos necandi, cupiditas privata rapiendi, libido honesta fœdandi, jus atque impunitatem requirunt. 5. Quid tua intererat te Principem fieri, qui futurus eras in Imperatore privatus?[h] nisi forte[i] in te hodie aut pudicitiæ remissior cultus, aut minor sanguinis humani metus, aut alienæ rei major est appetitus. Idem es qui fuisti, et tantum tibi per te licet, quantum per leges licebat. Jus summum facultate et copia commodandi, non securitate peccandi experiris. 6. Unum tibi præstitit Principatus, ut certum haberemus omnes, etiam sub Imperatoribus aliis vixisse te legibus tuis: nam qui nihil facit licenter cum potest, nunquam voluit.

CAP. XIII. 1. Quin ubi primum te imperio præstitisti, non contentus ipse ultra vitia recessisse,[b] alienis vitiis corrigendis curam adjecisti; idque moderate, ut suadere potius honesta, quam cogere videreris. 2. Et quia vel longo

[a] *Ut nostra tandem ætate fateatur contigisse, quod, &c.*
[b] *Ab omni vitio immunem te præstitisse.*

Balduinus *vitæ suæ.* Mox, pro *sic imperaturum,* quod habet Rhenanus, Balduinus emendat *impetratum.* Ego lego *imperaturum.*' Juret.—4 Edd. vett. *privata capiendi;* Vet. Putean. *p. rapiendi,* probante Jureto.—5 Acidal. legit, *idem, qui fuisti, es, tantum tibi;* Exc. Schonhov. *idem es qui fuisti.*—6 Pro *haberemus,* Vet. Putean. *habeamus.*

CAP. XIII. 1 Guelph. *ulta vitia.* Mox, edd. vett. *abjecisti;* Ritters. conj.

NOTÆ

candidatus. Neque enim postulabat ut fieret, sed ut ne fieret imperator.

[f] *Vitæ tuæ sectam*] Respexit ad illud Plinii Pan. cap. LXXXIV. 'Sed qui vitæ tuæ instituta rationemque cognoverit, facile fontem copiæ hujus inveniet.'

[g] *Imperaturum*] Id est, eum qui tanta cum laude erat administraturus imperium.

[h] *In Imperatore privatus*] Qui in imperio privati hominis modestiam servaturus esses.

[i] *Nisi forte*] Εἰρωνικῶς illud accipio.

Orientis usu,[j] vel multorum retro Principum remissione, tantus quosdam luxus infecerat, ut adulta consuetudo lasciviæ haudquaquam facile videretur obtemperatura medicinæ, ne quis se pati injuriam putaret; a te voluisti incipere censuram, et impendia palatina minuendo,[k] nec solum abundantem recidendo sumtum, sed vix necessarium usurpando dimensum,[l] quod natura difficillimum est, emendasti volentes. 3. An quis ferret moleste, ad Principis semet modum coërceri? aut subtractum sibi doleret de privata luxuria, cum videret Imperatorem, rerum potentem, terrarum hominumque dominum, parce contenteque viventem, modico et castrensi cibo[m] jejunia longa solantem? 4. Ad hoc aulam omnem Spartanis gymnasiis duriorem,[n] laboris, patientiæ, frugalitatis exemplis abundantem? neminem unum inveniri, qui auderet ad penum regiam flagitare remotorum littorum piscem, peregrini aëris volucrem, alieni temporis florem?

---

adjecisti.—2 ‘*Et quia vel longe* Guelph. frustra.’ *Acidal.* Edd. vett. *rejiciendo sumtum;* Guelph. *reiciendo sumtum;* Gronov. Obss. II. 22. emend. *recidendo sumtum.* ‘Rhenan. et Balduin. *emendasti volentes:* at legendum *nolentes.*’ Juret. *nolentes* etiam Guelph. Acidalius emend. *quod natura difficile est emendasti; quod difficillimum, volentes.*—3 Exc. Schonhov. *An quisquam ferret,* Cod. Vienn. *doleret stipendium privatæ luxuriæ;* ita quoque Exc. Schonhov. *doleret privata luxuria* cod. Scheff. Pro *solantem,* Acidal. et Cortius conj. *solventem;* et sic plane codd. Schwarzii et Guelph.

NOTÆ

[j] *Longo Orientis usu*] Propter gesta in Syria bella.

[k] *Impendia palatina minuendo*] Id quod aiunt alii Theodosianæ vitæ scriptores negat Zosimus Hist. lib. IV. Quin potius tantum impendiorum in mensam regiam ait invectum a Theodosio, ut ‘præ multitudine ciborum, et lautitia populosa coquorum ac pocillatorum, cohortes sint institutæ.’ Sed quæ fides huic scriptori in iis quæ ad imperatores Christianos spectant?

[l] *Dimensum*] Demensum proprie dicebatur, quod servis in alimenta singulis mensibus dabatur. Terent. Phorm. I. 1. ‘Quod ille unciatim vix de demenso suo Suum defraudans genium, comparsit miser.’ Hic latius sumitur pro quocumque victu necessario.

[m] *Castrensi cibo*] Id est, larido, caseo, et posca, inquit Spartianus in Hadriano. Locus autem ille de Theodosii frugalitate et temperantia sumtus videtur ex Mamertini in Julianum Paneg. cap. 11.

[n] *Spartanis gymnasiis duriorem*] Spartanos enim pueros ad Dianæ aram loris flagellari solitos, usque dum sanguis profiueret, nemini opinor non notum.

CAP. XIV. 1. Nam delicati illi ac fluentes,[o] et quales tulit sæpe respublica, parum se lautos putabant, nisi luxuria vertisset annum,[c] nisi hybernæ poculis rosæ innatassent, nisi æstiva in gemmis capacibus[d] glacie Falerna fregissent. 2. Horum gulæ angustus erat noster orbis: namque appositas dapes non sapore, sed sumtu æstimantes, illis demum cibis acquiescebant, quos extremus Oriens, aut positus extra Romanum Colchus imperium, aut famosa naufragiis maria misissent, quos invitæ quodammodo reluctantique naturæ hominum pericla rapuissent. 3. Ut taceam, infami sæpe dilectu scriptos in provinciis aucupes, ductasque sub signis venatorum cohortes militasse conviviis: nonne cognovimus cujusdam retro Principis non prandia sæpe, sed fercula sestertium millies[p] æstimata, patrimoniorum

[c] *Tempestatum ordinem pervertisset.*
[d] *In poculis e gemmis grandibus.*

CAP. XIV. 1 Acidalius malit, *ac fluentes, quales.* Mox, codd. Schwarz. et Guelph. *æstivam in g. c. glaciem;* et sic legit Patarol. ex cod. Divi Marci, eandemque jam ante hunc Cuspin. et Rhenan. expresserant.—2 'Notant deesse verbum *judicabant*, aut quid simile: recte. Sed deest parte saltem sui. Lego, *noster orbis probabantque appositas, &c.* Scriptum antiquitus *provabantque.* Priores syllabas, *proba* vox præcedens *orbis* absorpsit; e reliquo *vantque* factum postea *namque.*' Acidal. 'Ad vocabulum *sumtu* in margine annotavit Stephanus, videri verbum deesse *judicabant*, aut simile. Acidalius autem loco particulæ *namque* sic scribendum censuit, *probabantque appositas dapes, non sapore, &c.* Recens impressi libri hunc locum ita referunt, *namque appositas dapes non sapore, sed sumtu æstimantes, illis demum cibis acquiescebant, quos, &c.* Bene: si adjuventur auctoritate codd. veterum. Sed genuinum verbum, quod huc usque omissum fuit, cod. noster restituere videtur, in quo hæc scripta sunt, *Namque appositas dapes metiebantur non sapore, sed sumtu. Illis demum cibis acquiescebant, quos,' &c.* Schwarz. *sed sumtu æstimantes. Illis, &c.* Exc. Schonhov. *dapes metiebantur* Vet. Putean. Vide Nott. Varr. Post *dapes* Guelph. inserit *metiebantur*, cum deleat *æstimantes.*—3 Guelph. *delectu.* Scribendum esse *dilectum* docuit Stewechius. Guelph. *ductosque.* Mox, H. Junius conj. *non prandia sæpe, sed fercula sestertiis mille æstimata;* Putean. et

NOTÆ

[o] *Fluentes*] Luxu diffluentes. Velleius, 'Fluens mollitiis Sardanapalus.' Item 'otio ac mollitiis pæne ultra fœminam fluens.' Quintilianus pueros molles ac delicatos, 'solutos' dicit 'ac fluentes.' Plura intemperantiæ exempla vide apud Capitolinum in Ælio Vero, cujus convivium æstimatum dicitur sexagies LLS. et Vitellius novies millies sestertium epulis absumsit. Tacit. Hist. II. Quæ posterior summa libras Gallicas conficit 39,375,000.

[p] *Sestertium millies*] Hunc in locum irrepsit manifestum mendum, cum ex Horatio, Juvenale, Plinio, cete-

equestrium pretia traxisse? 4. Tuæ, Imperator, epulæ, mensis communibus parciores, locorum ac temporum fructibus instruuntur. Hinc certatim in omnes luxuriæ pudor, parsimoniæ cultus inolevit,[e] et quiescentibus legum minis, subiit quemque privatim sui pœnitentia: sic est enim, sic est, exasperat homines imperata correctio,[f] blandissime jubetur exemplo.

CAP. XV. 1. Sed cum hæc, et ad hunc modum cetera, mores hominum et instituta formarint, tum nihil abdicandis vitiis, adoptandisque virtutibus impensius sentio profuisse, quam quod his te viris semper dedisti, quos affectare publica deberet imitatio,[g] qui, quam faciles tibi fuissent sequacesque[h] discipuli, tam ceteris expetendi essent magistri. 2. Ut de his sileam, quos tibi primus ille nascentis imperii dies obtulit,[i] tantis virtutibus præditos, ut non pro copia sumti, sed ex copia viderentur optati, quos tu postea qualesque legisti, quibus provinciarum custodiam, quibus militaris rei summam, quibus consiliorum tuorum arcana

[e] *Apud omnes luxuriæ odium et parsimoniæ amor invaluit.*
[f] *Correctio cum imperio conjuncta.*
[g] *Quos populi deberent imitandos sibi proponere.*
[h] *Obsequentes.*
[i] *Qui magistratus gerebant, cum imperium adeptus es.*

Livin. *fercula quadringenis sestertium æstimata.*—4 Edd. vett. *parsimoniæ cursus;* Exc. Schonhov. *parcimoniæ cultus;* Vet. Putean. *parsimoniæ cultus,* ut conj. Acidal. ‘Pro *minis,* Guelph. male *minus,* ut et *privatum* pro *privatim.*’ Arntz. *quandoque privatim* edd. vett. *quemque privatim* Vet. Putean.

CAP. XV. 1 ‘Leg. vel *ut quam facile tibi,* vel *qui quam facile tibi.*’ Acidal. Barthius delebat *sequacesque,* tanquam glossam. Vid. Burman. ad Val. Flac. I. 344. *imitatio qui quam faciles tibi fuissent sequaces* Vet. Putean. Vat. et Exc. Schonhov.—2 Al. *quot tu postea.* ‘Ita restitui ex duobus membranis, quamvis id improbet Livin. adhæreatque illi, *quos.*’ Grut. Pro *legisti,* Guelph. *elegisti.*

NOTÆ

risque constet censum equestrem fuisse tantum quadringentorum sestertium. Quare legendum hic sestertiis quadringentis, eo libentius puto, quod cum in antiquis exemplaribus haberetur fortasse CD. LL. quadringentis sestertiis, facillimum fuerit librariis propter notarum affinitatem exscribere CIƆ.LL. millies sestertium. Porro summa illa quadringentorum sestertium ad libras nostrates 17,500. reducitur, cum sestertium millies ad 4,375,000. libras Gallicas excrescat. Nota autem fercula etsi ut plurimum pro cibis sumuntur, interdum etiam pro machinis quibusdam accipi, in quibus plures cibi mensæ imponebantur, ut videre est apud Petronium.

committeres? 3. Ergo cum duplex fuerit iste dilectus, unus ex judicio, alter ex fato, incertum meliores viros sapientia tua, an fortuna quæsiverit; cum tales vel acceptos habeas,[q] vel repertos, ut et illi meruerint teneri, et isti debuerint cooptari.

CAP. XVI. 1. Ecquis Imperatorum unquam putavit amicitiæ cultum in regia laude ponendum? humilis hæc virtus, dubiumque an virtus judicabatur, nec palatiis digna, sed pergulis habebatur. Inde facilius[r] inveneris, qui pecuniam ex ærario, quam qui ex animo fidem promserint. Optimus ille[s] ditabat, non etiam diligebat: prodesse noverat, amare nesciebat. 2. Tu amicitiam,[t] nomen ante privatum, non solum intra aulam vocasti, sed indutam purpura, auro gemmisque redimitam, solio recepisti, reque, non verbis asseruisti, Principis mentem tanto in suos benigniorem esse debere, quanto sit fortuna præstantior, cum fide ac facultate paribus[j] agas, et familiaribus tuis Imperator tribuas, quod privatus optaras. 3. Quanquam quæ capere vota potuerunt, quod plerique te Principe consecuti sunt?[k] nec nunc de his honoribus loquor, quos in quemcumque conferre Imperatori necesse est. Dux aliquis evehitur?

[j] *Cum tua fides sit par tuæ liberalitati.*
[k] *Quænam vota attingere unquam potuerunt, quod te imperante, &c.*

Mox, idem codex, *rei summa*, omissa lineola.—3 Edd. vett. *exceptos habeas;* Vet. Putean. *acceptos habeas.* ‘Ita tres libri, nam vulgati *exceptos*, quod mutatum ibat Daniel. in *excerptos*.’ Grut.

CAP. XVI. 1 *Nec quis imperatorum* Guelph. *dubiumque virtus* edd. vett. *dubiumque an virtus* cod. Scheff. Exc. Schonhov. et ed. Paris. ‘Lege *dubiorumque*, quam requirit vox *periculis*.’ Acidal. *humilium hæc virtus* codd. Schwarzian. et Guelph. *sed periculis habebatur* edd. vett. ‘Alii *pagicolis*, vel solum *viculis*, ἀντὶ τοῦ *periculis*. Scribe, *nec palatiis digna, sed pergulis habebatur*.’ Gronov. Vide Nott. Varr. Mox, Acidal. conj. *invenires . . . promerent*. *Optimos ille* Vet. Putean.—2 Vet. Putean. *solio r. rebus non verbis, &c.*—3 Edd.

NOTÆ

[q] *Acceptos habeas*] Id est a fato. Mox *vel repertos*, id est, industria tua.

[r] *Inde facilius*] In principibus facilius est liberalitatis, quam fidei et amicitiæ exempla reperire.

[s] *Optimus ille*] Fortasse *optimos*. Mox *ille*, id est, Gratianus.

[t] *Tu amicitiam*] Sumtum illud ex Juliani Pan. cap. XXIII. ut ad eum locum observavi.

exigit disciplina castrorum. Præfectus attollitur? imponendum est provinciæ caput. Consul creatur? habiturus est nomen annus:[l] ita in summis illis pulcherrimisque beneficiis est aliqua præstantis utilitas.[m] 4. A te, nova benignitate, is amicis honos habitus est, qui totus esset illorum, quibus deferebatur, nihilque ex eo ad te redundaret, nisi dandi voluptas: cui cum essent domi filii,[u] geminæ illæ spes oculique reipublicæ, dilatis eorum magistratibus, amicos[v] consulatus ornavit. 5. Si mehercule vir ille divinus, felicitatis publicæ auctor, parens tuus[w] viveret, quid aliud expectasset a filio, quam ut nepotibus anteferretur? Præstitisti igitur amicis, quo plus nec patri præstare potuisses. O benevolentiæ tuæ singulare consilium! auges tempore dignitatem, quæ incrementum ex magnitudine non habebat. Renuntiantur amici ante filios tuos consules, quia non poterant[x] plus esse quam consules.

CAP. XVII. 1. Eat nunc sui ostentatrix vetustas, et illa innumeris literarum vulgata monumentis jactet exempla. Pirithoi fidem[a] prædicet, et decantatum omnibus scenis Phocæi juvenis laudet officium: Phintiam etiam, si videtur, dicat et Damona, quorum alter in amici morte se vadem obtulit, alter ad diem vadatæ mortis occurrit. 2. Ut hæc esse vera credamus, quæ mendaciis vatum in plausus ap-

[l] *Necesse est ut ab eo nomen imponatur anno.*
[m] *Aliquod commodum redit ad eum qui illud præstat.*

vett. *non sunt.* Vet. Putean. delet *sunt.*—4 Edd. vett. *esse illorum.* Edd. vett. *differebatur;* Vet. Putean. *deferebatur*, ut conj. Faber et Acidal. *voluptas, qui cum* edd. vett. *voluptas. Quis cum,* vel *cui . . . ornavit* conj. Acidal.—5 *Præbuisti igitur,* &c. Guelph. *ante filios consules*, omisso *tuos*, Vet. Putean.

CAP. XVII. 1 *Pythiam* Guelph. et edd. vett. *Pynthiam*, vel *Pinthiam* Daniel. *Phytiam* Vet. Putean. *mortem se,* &c. conj. Acidal.—2 *Et hæc* Guelph.

NOTÆ

[u] *Filii*] Arcadius et Honorius.

[v] *Amicos*] Nempe Mamertinum et Nevitam.

[w] *Parens tuus*] Theodosius.

[x] *Quia non poterant*] Beneficium consulatus, quo nullum majus conferre amicis poteras, si spectetur supremi illius magistratus dignitas, fecisti ut majus esset, cum ut cito conferres, eos filiis etiam antetulisti.

[a] *Pirithoi fidem*] De Pirithoi et Thesei, Pyladæ et Orestis, Damonis et Pythiæ seu Pinthiæ, amicitia nihil dico, quoniam res nota est.

tata cavearum [b] fidem tempori debent,[n] num præstare credendo plus possumus, quam ut istos, qui amicitiæ laude censentur, amicorum fuisse quam sui diligentiores putemus? Sed cum instituente natura plus fere filios quam nosmet ipsos diligamus, omne vicit exemplum, qui amicos his prætulit, quos sibi præferebat. 3. Sed tu quidem,[c] ad exonerandam debentium verecundiam, quæ in tuos confers,[o] non vis videri præstare, sed reddere. 4. Geramus tibi morem, et beneficiorum summas tuorum pro tua voluntate[p] ducentes, quicquid familiaribus tuis tribuis, non expendi potius, sed rependi putemus: enimvero cum leviter cognitos, aut etiam semel visos, iis honoribus simul ditas, quibus et amici possent esse contenti; nonne omnibus vis probare amicum tibi esse, qui bonus sit? 5. Cuicumque quid publici mandatum fuerit officii, præmium spondetur, et redditur. Sibi humilitatem et tenebras suas imputet jacens virtus, quæ non obtulit se probandam: quod conscientiæ tuæ[d] sufficit, honoratus est qui probatus.

Cap. XVIII. 1. Velim tamen dicas, unde, cum tantis[e] promissa persolvas, quid cui promiseris, scias, nec te vel reipublicæ cura, vel ipsa illa tuorum beneficiorum turba

[n] *Vetustati debent quod fidem faciant.*
[o] *Ut consulas pudori eorum quos obstringis.*
[p] *Et summa tua beneficia ex arbitrio.*

num p. credendum edd. vett. *num p. credendo* Vet. Putean. *vincit exemplum* cod. Scheff.—3 ' Leg. *Et tu quidem;* inconcinne enim ter se consequatur particula *sed.*' Acidal.—4 Guelph. *tuis tribuis.* Mox, *simul* ante *ditas* deest in Vet. Putean. *amici debent esse* conj. Balduin.

Cap. XVIII. 1 *Velim tu dic* edd. vett. *tum dic* al. *tñ*, i. e. *tamen*, conj. Aci-

NOTÆ

[b] *Cavearum*] Cavea proprie est area in medio theatro, in qua equitum subsellia constituta esse consueverant, quod velis tecta caveæ similitudinem referrent. Sæpe tamen, uti hoc in loco, pro toto theatro sumitur, ut Virg. Æn. v. 340. ' Hic totum caveæ consessum ingentis,' &c.

[c] *Sed tu quidem*] Fortasse, *et tu quidem*, ut notat Acidalius: inconcinnum enim quiddam habet repetitio particulæ *sed*.

[d] *Quod conscientiæ tuæ*] Respexit ad Paneg. VIII. 20. ' Sibi imputet quisquis uti noluit beneficio tuo, nec se dignum vita judicavit, cum per te liceret ut viveret, tu (quod sufficit conscientiæ tuæ) etiam non merentibus pepercisti.'

[e] *Tantis*] Pro *tot*.

confundat, ut parcior[f] tardiorve, tempore quem modove decipias. 2. Quis debitor verecundus ita mutuum ad diem reddit, ut tu, quod promittis, appendis? nec imponi[g] negligentibus arbitreris: quotidie in beneficia tua quærimus, et memoriam convenimus, et, ne singulis insidietur oblivio, cum altero quisque conferimus.[q] 3. Unum invenire non possumus, cujus spem atque expectationem non dicam fefelleris, sed, quæ delicatior[r] est[h] querela, distuleris. Solamne me, Imperator, benevolentiam tuam mirari putas? at ego miror etiam memoriam: nam cui Hortensio, Lucullove,[i] vel Cæsari tam parata unquam affuit recordatio, quam tibi sacra mens tua loco momentoque, quo jusseris, reddit omne depositum? utrum te tamen[j] ipse admones? 4. An ut illi majestatis tuæ participi, Deo,[k] feruntur assistere fata cum tabulis; sic tibi aliqua vis divina subservit,

[q] *Beneficia tua animo computamus, et memoria repetimus, ac ne quis ullus eorum obliviscatur, inter nos de iis quasi ea comparantes colloquimur.*
[r] *Longe minor.*

dal. *tamen dicas* codex Livineii et Vet. Putean. *ut paucior tardiorve* Guelph.—2 Idem codex, *conde in beneficia.*—3 Vet. Putean. *fuit recordatio;* Vat. ut vulgg. *affuit recordatio.* Mox, Vet. Putean. *utrum autem ipse te;* Vat. *tamen.*—

NOTÆ

[f] *Ut parcior*] Ita ut alicui aut id non des quod promisisti, aut non des eo tempore quo daturum te promisisti.

[g] *Nec imponi*] Sic agis cum iis quibus promisisti, quasi existimes eos ita diligenter observare promissorum modum tempusque, ut facile decipi non possint.

[h] *Delicatior est*] Delicatiorem vocat dilati, quam non dati omnino beneficii querelam; quia promissa denegare hominis est nullius fidei; differre vero, negligentiæ cujusdam quæ in hominem quemvis cadere posse videatur.

[i] *Hortensio, Lucullove*] Præstantem hujus memoriam commendat Tullius Tuscul. lib. I. et extremo de Oratore lib. III. ubi et Hortensii meminit, itidem et in Bruto c. 88. Cæsarem vero tradit Plinius VII. 25. 'scribere et legere simul, dictare et audire solitum, epistolas vero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare; aut si nihil aliud ageret, septenas.' De aliis præstantis memoriæ exemplis a nobis supra dictum est.

[j] *Utrum te tamen*] Alii *utrum autem ipse te.*

[k] *Deo*] Utrum vero Deo an Jovi? Etenim an Pacatus Christianus fuerit incertum est. Jovi autem Martianus Capella lib. I. 'Parcas superum librarias assistere' ait, 'et Jovis sententias excipere.' Quod et scite suo more refert Lucianus Dial. Deor. XI. Poëtæ Græci et mythologici dicunt Parcas esse scribas Jovis.

quæ, quod dixeris, scribat et suggerat? Nihil ita primoribus labris polliceris, quin promisso fidem subdas, et verba re sancias. 5. Nemo jam, nemo beneficia, quæ dederis, ab eo credit tempore computanda, quo dederis; quia tam sint certa,[1] quæ spondes, ut tum videantur accepta, cum spondes.

Cap. xix. 1. Jam id ipsum, quod ante promittis,[m] nonne de summo purissimæ mentis candore proficiscitur? nam cujus est animi, nec vota hominum fatigare,[n] nec adhibere muneribus artem difficultatis? sed denuntiare præstanda, ut et prolixior sit sensus bonorum, nec repentina felicitas faciat attonitos, et similes reddat ingratis? animos enim nostros, subitis affectibus impares, proinde lætitia ac dolor, si deprehendat, externat.[o] 2. An non illa Romana pietatis notissimæ mater,[p] nuntio mali Cannensis exterrita, filio reduce, quem flebat, diriguit in mortem,[s] nec par esse gaudio potuit, quæ superfuerat orbitati? Conscius igitur cœlestis arcani, et naturalium depositorum,[q] mavis hominibus sperata procedere, quam insperata supervenire benefi-

[s] *Mortis frigore rigefacta est.*

4 *An illi majestatis* Exc. Schonhov. *et verba resarcias* Guelph.—5 Vet. Putean. *quia tam sunt certa.*

Cap. xix. 1 *Jam illud* Vet. Putean. *partem difficultatis* Vet. Putean. Vat. Guelpherb. et Schwarzian. *perinde lætitiæ* edd. vett. Acidalius conj. *perinde lætitia;* et sic codd. Scheff. et Schwarzian. *proinde lætitia* edd. Livin. et Paris.—2 Edd. vett. *quæ flebat;* Vet. Putean. et cod. Monasterii Bertin. *quem flebat;* et sic Bongars. et Livin. in marg. Pro *flebat*, Barth. ad Claud. B. G. vs. 7. scribit *deflebat*. Mox, *Consul igitur cœlestis* Guelph. Pro *deposi-*

NOTÆ

[1] *Tam sint certa*] Fortasse, *tam sunt certa*, ut ad oram editionis suæ notat Livineius ex Viennensi codice.

[m] *Ante promittis*] Promittis, antequam beneficium ullum conferas.

[n] *Nec vota hominum fatigare*] Id est, cito votis hominum annuere, vel etiam vota beneficentia et liberalitate antevertere.

[o] *Externat*] Attonat. Catul. in Argon. 'Ah miseram assiduis quam luctibus externavit Spinosas Erycina serens in pectore curas!'

[p] *Pietatis notissimæ mater*] Ita referunt Plinius VII. 53. A. Gellius III. 15. Val. Max. IX. 12.

[q] *Depositorum*] Arcanorum, quæ paucorum fidei commissa sunt, atque ut ita dicam in eorum manus deposita. Gruterus mavult *repositorum*, ut infra cap. XXI. 'nisi eos intra repositum,' &c. Vide hunc locum.

cia. 3. Nec immerito: namque fugitiva successuum repentinorum voluptas ut occupat,[r] sic relinquit: felicitas longior est, expectare securum.[s] Itaque cum hactenus a natura esset statutum, ut bona sua homines nescirent, et tum primum inciperent felicitate gaudere, cum cœpissent esse felices; tu promittendo præstanda, invenisti tempus, quod nobis natura subtraxerat, ut, quos adepta solum juvabant, etiam adipiscenda delectent.

Cap. XX. 1. Pari benignitate cum plures afficere honoribus velles, quam honorum[a] loca admitterent, et angustior esset materia voluntate: nec mentem tuam quamvis diffusum caperet imperium, quem nondum aliquo provexisti gradu, tamen dignatione es solatus.[a] 2. Atque haud scio, an quibusdam consolatio ista suffecerit. Ille cohonestatus affatu, ille mensa beatus, ille osculo consecratus est: ita omnibus, qui te Principe sibi jure confiderent, aut processit dignitas, aut satisfecit humanitas: humanitas, inquam, quæ tam clara in Imperatore quam rara est. 3. Nam cum indiscreta felicium pedissequa sit superbia,[b] vix cuiquam contigit et abundare fortuna, et indigere arrogantia:[c] cujus quidem ita majores nostros pertæsum est, ut graviorem semper putaverint servitute contemtum, ejusque impatientia sint coacti, post bellatores Tullos[b] Numasque sacrifi-

[a] *Dignatus es hunc solari.*
[b] *Nam cum superbia eorum qui beati sunt indissociabilis comes sit.*
[c] *Et carere superbia.*

torum, Acidal. conj. *repositorum;* Daniel. *sepositorum.*—3 '*Homines nescirent*] Codex noster verbo *nescirent* præmittit particulam *ante*, quæ huic loco apprime convenit.' *Schwarz.* Codex Bertin. etiam, *ante nescirent.* Edd. vett. *quos adempta;* Vet. Putean. *quos adepta.*

Cap. xx. 1 Edd. vett. *bonorum loca;* codd. Scheff. et Guelph. *honorum bona;* et sic conj. Ritters. *nec m. etiam q. diffusam* Guelph. *diffusam* item edd. quædam vett. *diffusum* legi jussit Acidal. *solatione dignatus es* Guelph.—2 Cod. Scheff. *qui te principem.* Guelph. *clarus in imperatore.*—3 Edd. vett. *regum usque;* cod.

NOTÆ

[r] *Ut occupat*] Quam repente occupat, tam cito relinquit.

[s] *Expectare securum*] Expectare aliquid certi.

[a] *Honorum*] Ita sensus postulare mihi videtur, non *bonorum*. Itaque suspicatur Puteanus, ut ad oram editionis Livineianæ annotavit post Rittershusium.

[b] *Bellatores Tullos*] Tulli Hostilii in

cos,[c] et Romulos conditores,[d] regnum usque ad nomen odisse. 4. Denique ipsum illum Tarquinium execratione postrema hoc damnaverunt maledicto, et hominem libidine præcipitem, avaritia cæcum, immanem crudelitate, furore vecordem, vocaverunt 'Superbum,' et putaverunt sufficere convicium. 5. Quod si per rerum naturam liceret, ut ille Romanæ libertatis assertor, regii nominis Brutus[e] osor, precariæ redditus vitæ,[d] sæculum tuum cerneret, studiis virtutis, parsimoniæ, humanitatis imbutum ac refertum; nullum toto orbe terrarum superbiæ, libidinis, crudelitatis extare vestigium; jam te ipsum qua publice, qua privatim, videret priscorum duritia ducum, castitate pontificum, consulum moderatione, petitorum comitate[f] viventem; mutaret profecto sententiam tanto post suam: 6. et, cum Romanam dignitatem ac libertatem probaret, meliore in statu Imperatore te esse quam consule se fuisset, necessario fateretur, Tarquinium summoveri debuisse, non regnum.

CAP. XXI. 1. Sed quod facere magnas urbes ingressi solemus, ut primum sacras ædes, et dicata numini summo delubra visamus, tum fora, atque gymnasia, et pro suis ex-

[d] *Impetrato precibus ad vitam reditu.*

Scheff. et edd. Paris. *regnum usque*, ut conj. Acidal.—4 Pro *vocaverunt*, Acidal. conj. *vocaverint*.—5 Edd. vett. *studiis virtus;* Vet. Putean. et Exc. Schonhov. *studiis virtutis*. Pro *parcimoniæ*, Acidalius conj. *verecundiæ*. Mox, *ipsum tam publice quam privatim* Exc. Schonhov. Pro *petitorum comitate*, Putean. conj. *prætorum comitate*.—6 Acidal. conj. *probaret in meliore statu, &c.*

NOTÆ

Sabinis Albanisque subigendis nota fortitudo.

[c] *Numas sacrificos*] Numæ Pompilii secundi Romanorum regis celebrata est insignis in instituendis sacris pietas et religio.

[d] *Romulos conditores*] Cui non notus Romanæ urbis conditor Romulus?

[e] *Brutus*] Respexit ad illud Martialis II. 5. de Trajano: 'Si redeant veteres ingentia nomina patres, Elysium liceat si vacuare nemus. Te duce gaudebit Brutus .... Ipse quoque infernis revocatus Ditis ab umbris, Si Cato reddatur, Cæsarianus erit.'

[f] *Petitorum comitate*] An legendum *prætorum comitate*, ut Balduino placet? Satis apte ad illud Plinii Paneg. cap. IX. 'Vos mihi in tribunatu quietis, in prætura modestiæ,' &c. Fortasse etiam 'petitores' sumuntur pro candidatis.

tenta porticibus ambulacra miremur: ita in laudibus tuis sanctos palatii ritus, et priscis æquanda cærimoniis instituta venerati, gradum ad illa proferimus, quæ in medio constituta, et ad publicos usus facientia, non partim,[g] sed in commune conducunt: nec parietibus, sed orbe clauduntur: nec tecto, sed cœlo operiuntur. 2. Velut primum illud est, ne statim summa captemus, quod creber egressu[d] expectantibus populis te fateris,[e] nec videri modo patiens, sed facilis adiri,[h] e proximo accipis vota hominum tuorum: ut, quisquis ille consultor est,[f] etiamsi meruerit (quod est rarum) repulsam, ferat tamen visi numinis conscientiam.[g] 3. At quam aliter[h] illorum Principum mos fuit (quos loquar, notum est) qui majestatem regiam imminui et vulgari putabant, nisi eos intra repositum Palatinæ ædis[i] inclusos, tanquam aliquod Vestale secretum[i] veneratio occulta consuluisset: nisi intra domesticam umbram jacentes solitudo provisa,[j] et silentia late conciliata vallassent. 4. Quin si quando in lucem venire, et diem ferre potuissent, lecticis[j]

[d] *Crebro in publicum prodis.*
[e] *Intuendum te præbes et agnoscendum.*
[f] *Ut quisquis ad te de negotio aliquo refert.*
[g] *Saltem conscius sibi sit visi numinis.*
[h] *Quam dissimilis.* [i] *Intra penetralia sacræ ædis.*
[j] *Nisi intra domesticos parietes jacentes solitudo quæsita, &c.*

CAP. XXI. 1 Ed. an. 1476. Rhenan. al. vett. *ambulacra et claustra.* Acidal. conj. *ad illa proferamus.* Mox, codd. Schwarzian. Guelph. et Vet. Putean. *usus patientia;* edd. vett. *usus facientia;* Exc. Schonhov. *usus valentia.* Pro *partim,* codd. Schwarzian. Guelph. et Vet. Putean. habent *parti.*—2 *Velut primum, id est, (ne s. s. capiamus) quod, &c.* Acidal. *id est* etiam edd. vett. *primum illud est* codd. Scheff. et Vet. Putean. cum edd. Paris. et recentt. *capiamus* Guelph. *ut sui numinis* edd. an. 1476. Rhenan. Balduin. et al. vett. *ut si numinis* codd. Scheff. Livin. aliique duo ap. Grut. *visi numinis* Vet. Putean. ut conj. Juretus.—3 *At quanto aliter illorum* Exc. Schonhov. Guelph. et

NOTÆ

[g] *Non partim*] Id est, non privatim, inquit Puteanus. Aliqui legunt *patentia,* alii *valentia,* alii *parti.*

[h] *Facilis adiri*] De hac loquendi forma supra Paneg. x. 14.

[i] *Vestale secretum*] Alludit ad ignem illum, qui in intimis Vestæ penetralibus summa cum religione a Vestalibus custodiebatur.

[j] *Lecticis*] Lecticas ante Ciceronis tempora in agris, non in urbe; ad iter tantum, non ad desidiam urbanam adhiberi solitas notat Lipsius: postea vero easdem ita communes factas, ut ad certas personas, ætatem, ac certos dies restringi illas oportuerit. Vide Lipsium Elect. I. 19. ubi plura de lecticarum varia forma.

tensisque[k] subvecti, et densissima circum supraque cooperti virorum armorumque testudine, sensim atque ad numerum movebantur: tum longe populus abigebatur, nec odiosa viatoris[l] manus plebem verbere summovebat; ut secretum esset in publico.[m] 5. At noster hic omnibus spectandus offertur, nec magis communem hunc diem atque solem, quam nostrum Imperatorem videri licet. Quin, cum vicinum habeant permissa fastidium, nunquam iste mirantes explet oculos: magis magisque visus expetitur, et, novum dictu, præsens desideratur.

Cap. xxii. 1. Miremur in urbibus tuis, et a tuis populis te videri, quem fere nulla in solo suo natio externa non vidit: idque ita crebro, ut pæne tam notus sit barbaris vultus iste, quam nobis: nec frustra, cum æstates omnes foris, hyemes domi ducens, civibus hostibusque pari sorte anni spatia diviseris: et si qui forte sunt barbarorum, qui nondum virtutis tuæ fulmen exceperint, nominis terrore perculsi et velut afflati quiescant. 2. Tua enim, Imperator, auspicia[ℓ] non hæ tantum gentes tremunt, quas ab orbe nostro sylvarum intervalla, vel flumina montesve distinguunt, sed quas æternis ardoribus inaccessas, aut continua hyeme separatas, aut interfusis æquoribus abjunctas natura disterminat: non Oceano Indus, non frigore Bosporanus,[n] non Arabs medio sole[o] securus est; et quo vix

[ℓ] *Fortunam tuam.*

Scheff. *quod loquor* Guelph.—4 Edd. vett. *nec otiosa;* Guelph. *nec odiosa.*—5 Ed. an. 1476. Rhenan. et al. vett. *spectandus affertur;* Acidal. conj. *sp. offertur.* Mox, Guelph. et Vet. Putean. *mirum dictu.*

Cap. xxii. 1 Vet. Putean. *nominis tui terrore.* Cod. Scheff. *percussi;* Guelph. *percussi et v. adflicti.*—2 Edd. vett. *æquoribus adjunctas;* Acidal. conj.

NOTÆ

[k] *Tensisque*] 'Tensæ,' seu ut alii scribunt, 'thensæ,' erant sacri currus, quibus in ludis circensibus Deorum simulacra vehebantur.

[l] *Viatoris*] De his dictum est Plinii Paneg. c. LXXVI. not. [h].

[m] *Esset in publico*] Id est, ut etiam tum cum in publico versabantur, in secreto esse viderentur.

[n] *Frigore Bosporanus*] Populus Sarmatiæ Europææ versus Bosporum Cimmerium, ubi nunc pars Tartariæ Precopensis. De hujus regionis frigoribus cum geographi omnes, tum inprimis multa habet Ovid. lib. ex Ponto.

pervenerat nomen ante Romanum, accedit imperium. 3. Dicamne ego receptos ad servitium Gothos,[p] castris tuis militem, terris sufficere cultorem? dicam a rebellibus Saracenis[q] pœnas polluti fœderis expetitas? dicam interdictum Scythis Tanaim,[r] et imbelles arcus etiam fugientis Albani?[s] 4. Quæcumque natio barbarorum robore, ferocia, numero gravis unquam nobis fuit, aut boni consulit,[t] ut quiescat;[l] aut lætatur, quasi amica, si serviat. Persis ipsa, reipublicæ nostræ retro æmula, et multis Romanorum ducum famosa funeribus, quicquid unquam in Principes nostros inclementius fecit, excusat obsequio. 5. Denique ipse ille rex[u] ejus, dedignatus antea confiteri hominem, jam fatetur timorem, et in his te colit templis, in quibus colitur: tum legatione mittenda, gemmis sericoque præbendo, adhoc triumphalibus belluis in tua esseda suggeren-

[l] *Præclare secum agi putat, quod fruatur pace.*

æq. abjunctas. Mox, *est, quo* cod. Scheff.—3 *Dicamne ego receptum servitum Gothos* Bertin. *receptos servitum* codd. Scheff. Schwarzian. et Guelph. *pœnas soluti* conj. Acidal. Mox, pro *etiam*, ed. an. 1476. Rhenan. et al. vett. *esse;* cod. Livin. *arcus etiam fug.* Livin. vero conj. *arcus te fugientis.*—5 Cod. Schwarz. et Exc. Voss. *ipse ille rex e. d. se antea.* Mox, Guelph. *adhæc t. b. in tua essedra.* Vide Nott. Var.

NOTÆ

[o] *Non Arabs medio sole*] Ex ipso Arabum colore nigro, unde in sacris literis Æthiopes dicuntur, satis patet quanto fervore solis regio illa ardeat.

[p] *Gothos*] Qui Athanarico rege suo mortuo, sese Romano imperio dediderunt. Vid. Marcell. in Chronico, Oros. VII. 34.

[q] *Saracenis*] Saraceni populi Arabiæ felicis.

[r] *Interdictum Scythis Tanaim*] Ita refert Oros. VII. 34. et Zonaras tom. III. Annal. Duplex autem est Tanais: alter in Moscovia, qui Asiam ab Europa dividens in paludem Mæotidem se exonerat; alter in Scythia Orientali, qui ex Parapamiso monte in mare Caspium profluit. Atque is quidem Jaxartes proprie dicitur, sed a Macedonibus Tanais nominatus est.

[s] *Albani*] Populi sunt Orientis inter Iberiam et mare Caspium, quos Strabo jaculandi peritos fuisse tradit lib. II.

[t] *Aut boni consulit*] Frequens apud Tullium loquendi modus. 'Boni consulere,' seu 'æqui bonique consulere.'

[u] *Ipse ille rex*] Artaxerxes, sive alius fuit, qui Richomere et Clearcho coss. per legatos cum muneribus missos, pacem a Theodosio petiit, ut aiunt Socrates lib. V. Marcellinus Comes, et Claudian. de VI. Consul. Honorii: 'missique rogatum Fœdera Persarum proceres,' &c.

dis; etsi adhuc nomine est fœderatus,[v] jam tamen tuis cultibus tributarius est.

CAP. XXIII. 1. Ne tamen, Imperator, existimes cuncta me ad aurium gratiam[a] locuturum, triumphis tuis Galli[b] (stupeas licebit) irascimur: dum in remota terrarum[c] vincendo procedis, dum ultra terminos rerum, metasque naturæ regna Orientis[d] extendis, dum ad illos primæ lucis indigenas, et in ipsum, si quod est, solis cubile festinas, invenit tyrannus ad scelera secretum.[e] 2. O quam parvis veniunt summa mala principiis! Sic in ultimum prope Italici generis excidium, effracto Cnei Lentuli ludo,[f] mirmillonum agmen emicuit: sic bella consulibus ancipiti Marte pugnata Cilix pirata[g] conflavit: sic tenentibus arma fugitivis,[h] Ro-

CAP. XXIII. 1 *Nec tamen . . . locuturum. Triumphi t. G. (stupeas licet) irascimur* cod. Schefferi. Acidal. conj. *Triumphis tuis his ac illis studeas;* vel, *tu iis aut illis;* edd. vett. habent, *triumphis tuis Gallicis irascimur.* Lect. nostram e cod. suo primus dedit Schwarzius. Pro *procedis,* Excerptæ Cortianæ exhibent *procedas.* Mox, eædem Exc. *metusque naturæ.* Acidal. disting. *extendis. Dum, &c.* Guelph. *et ipsum,* omissa præpositione; et sic legit Barth. ad Claudian. IV. Cons. Honor. vs. 42.—2 Edd. ante Livin. *et effracto . . . . . et emicuit;* sed in Vet. Livin. *et* utroque loco deest. *sic bella proconsulibus* conj. Daniel. et Grut. *sic ferentibus* cod. Schwarz. Vet. Livin. et Guelph.—3

NOTÆ

[v] *Nomine [non] est fœderatus*] At postea fuit, ut observat Puteanus ex Aurel. Victore, qui Persas cum Theodosio pacem pepigisse ait. Quod confirmat Orosius.

[a] *Ad aurium gratiam*] Tale est illud Trebonii ad Tullium: 'Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare.' Tullii Ep. XII. 16. Id est, ne id putes a me dictum, adulandi causa.

[b] *Triumphis tuis Galli* [*Gallicis*] Maximus enim Gallias occuparat.

[c] *In remota terrarum*] Pacatus Romæ loquitur et coram imperatore Romano.

[d] *Regna Orientis*] Theodosio uni Orientis regnum obtigerat Gratiani a Maximo interfecti cæde.

[e] *Ad scelera secretum*] Locum aptum ad tyrannidem nefarie occupandam.

[f] *Effracto Cnei Lentuli ludo*] Tangit servile bellum, dictum Spartacium, quod in Italia suscitatum an. U. C. 681. auctore Spartaco, Œnomao, et Crixo, qui effracto Capuæ Lentuli ludo in quo alebantur cum 74. gladiatoribus quos mirmillones appellat, vocatisque ad arma servis occuparunt montem Vesuvium, et Claud. Pulchrum legatum, ac P. Vatinium prætorem bello vicerunt. Vid. Flor. III. 20. Eutrop. Epit. Victoris.

[g] *Cilix pirata*] Intelligit bella piratica a Pompeio confecta. Vid. Florum. Cilix autem populus oram Amano, et Tauro montibus, Pamphyliæ, et mari circumscriptam habitabat.

[h] *Tenentibus arma fugitivis*] Intellige de bellis servilibus, quæ gesta anno U. C. 681. et 683. refert Florus.

mana diu pila cesserunt ferro ergastulorum. 3. Quis non ad primum novi sceleris nuntium risit? nam res infra dignitatem iracundiæ videbatur, cum pauci homines, et insulani totius incendium continentis adolerent, et regali habitu exulem suum [i] illi exules orbis [j] induerent. 4. At quantos parturiebat Fortuna motus, quantum reipublicæ malum pestis augenda, quantam tibi gloriam restinguenda servabat? præcipue cum perfidia ducum,[k] defectione legionum, contra rempublicam foret versum, quicquid pro republica fuerat armatum.

CAP. XXIV. 1. Nolo tamen usquequaque miserorum vel factum onerare,[a] vel fatum, qui dum carnifici purpurato, tua se et affinitate et favore jactanti, infeliciter credunt, gravissimum omnium nefas fecerunt affectu innocentium. 2. Intelligo, quam difficilem in locum scopulosumque devenerim: nam cum revolvi[b] id lustrale justitium[1] aures tuæ respuant, laudes petant; gloriæque intersit, ad præsentium commendationem bonorum mala decursa reputari, contra vero clementia summa beneficium suum malit imminui, quam tristium enumeratione cumulari;[c] necesse erit me vel tacentem publica incommoda, vel loquentem, aut ingratum virtuti, aut onerosum esse pietati. 3. Sed tamen, Imperator, exiguam sensibus tuis injunge patientiam: nam si dulcis in bonis miseriarum recordatio est, si nautas tem-

[a] *Aggravare.* [b] *Commemorari.*
[c] *Quam adjecta rerum tristium narratione fœdari.*

Edd. vett. *hominem risit;* voc. *hominem* deest in codd. Scheff. Schwarzian. Vet. Livin. et Guelph.—4 *Fortuna tum* Livin. *malum petit augenda* Guelph. *foret armatum* Vet. Livin. *fuerat versum* conj. Grut. Vide Nott. Var.
CAP. XXIV. 1 Guelph. et edd. vett. *affectum nocentium.*—2 Pro *scopulosumque*, Acidal. malit *scrupulosumque*, aut *scruposumque.* Mox, Guelph. *illud lustrale.* Paulo post, cod. Schwarzian. *ingratum veritati.*—3 Guelph. *miseriarum*

NOTÆ

[i] *Suum*] Maximum, origine Britannum.

[j] *Exules orbis*] 'Toto divisos orbe Britannos,' Virgil. Ecl. I. 67. et Horat. Od. I. 35. 'ultimos orbis Britannos.'

[k] *Perfidia ducum*] Nempe Merobaudis, inquit Vulgaris Prosper in Chronico.

[1] *Lustrale justitium*] Quinquennium intelligit, quo per vim et absque ullo legum et æquitatis usu tyrannidem Maximus occupavit.

pestatum, si medicos juvat meminisse morborum; cur non tu quoque mala nostra audias, ut tua beneficia recognoscas? 4. Unde igitur ordiar, nisi a tuis, mea Gallia, malis? quæ ex omnibus terris, quas illa pestis insederat, haud injuria tibi vindicas privilegium miseriarum,[d] non auribus modo, quarum sensus est levior,[m] sed coram oculis ferre compulsa victoriam Maximi, interitum Gratiani.[n] 5. Alta licet[o] vulnera, quod fatendum est, proximus nobis Italus, et contiguus ostendat Hispanus: sed in dolore summo habet suum uterque solatium: tyrannidem ille non vidit; hic tyrannicidium vidit. 6. Nos primi impetum belluæ furentis excepimus, nos sævitiam ejus innocentium sanguine, nos cupiditatem publica paupertate satiavimus: apud nos semet exercuit crudelitas jam secura, et adhuc inops avaritia: alibi malum publicum aut cœpit,[p] aut destitit; in Gallia sedit.

CAP. XXV. 1. Quis se nobis calamitate contulerit?[e] tyrannum et cum aliis tulimus, et soli: quid ego referam

[d] *Quæ omnium terrarum quas tyrannus ille populatus est gravissime vexata esse merito diceris.*

[e] *Cujus terræ calamitas cum nostra conferri potest?*

recordatione.—4 Guelph. *Unde i. exordiar, nisi de tuis.* Vet. Livin. *Maximi et interitum.*—5 Edd. vett. *dolore suo;* Vet. Livin. et Vat. *d. summo.*—6 Edd. Puteol. Rhenan. al. vett. *semel exercuit;* Juret. conj. *semet expercuit;* Balduin. reposuit, *sese exeruit;* al. *satiavimus apud nos; nos simul exercuit.* Vet. Livin. et Exc. Schonhov. etiam *semet.*

NOTÆ

[m] *Sensus est levior*] Nam ut ait Horatius de Arte Poët. 'Segnius irritant animos, demissa per aures, Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus.'

[n] *Interitum Gratiani*] Qui, ut ait hoc loco Pacatus, item et Zosimus ac Prosper in Chronico, a Maximo victus; juxta aliquos vero ab exercitu proditus, atque a Maximo per dolum oppressus: juxta alios cum trecentis equitibus Parisiis Alpes et Italiam versus ad Valentinianum fratrem confugiens Lugduni per Andragathium a Maximo immissum interfectus est.

[o] *Alta licet*] Quamvis ad Italiam et Hispaniam Galliis conterminam Maximi fama pervaserit, ea re certe utraque recreatur, quod *ille*, id est, Hispania, Maximi furorem non viderit; *hic*, id est, Italia, ejusdem cædem viderit. Nam apud Aquileiam, quam Plinius in decima Italiæ regione collocat, Maximus occisus est. Nota autem pronomen *hic* ad remotius nomen, *ille* ad propinquius contra solitum referri.

[p] *Cœpit*] In Britannia; *destitit* in Italia.

vacuatas municipibus suis civitates, impletas fugitivis nobilibus solitudines? quid perfunctorum honoribus summis virorum bona publicata, capita diminuta,[q] vitam ære taxatam? 2. Vidimus redactas in numerum dignitates,[r] et exutos trabeis[s] consulares, et senes fortunarum superstites,[t] et infantium sub ipso sectore ludentium flendam securitatem: cum interim miseri vetabamur agere miseros,[f] immo etiam omnes cogebamur mentiri beatos,[g] et cum domi atque secreto solis conjugibus ac liberis credidissemus[u] furtivum dolorem, procedebamus in publicum non nostræ fortunæ[v] vultu. 3. Audires enim dicere delatorem: Quid ita ille tristis incedit? an quia pauper ex divite est? non enim se vivere gratulatur? quid ita hic publicum atratus[w] incestat? luget, credo, fratrem: sed habet filium. 4. Ita fleri non licebat amissa, metu reliquorum. Serenos ergo nubilis mentibus vultus induebamus, et ad illorum vicem,

[f] *Pro miseris nos gerere.* [g] *Hilares.*

CAP. XXV. 1 Cellar. *capita deminuta;* edd. vett. et Guelph. *c. diminuta.*—2 Pro *infantium*, edd. vett. habent *infantum;* Guelph. *in tantum.* Mox, edd. vett. *miseri utebamur;* cod. Scheff. Vet. Livin. Exc. Schonhov. al. post Acidal. *m. vetabamur.* Acidalius vero conj. *m. vetabantur.* Pro *agere*, Guelph. habet *plangere.*—3 *Quid ille ita* Vet. Livin. *vivere gratulantur* Guelph.—4 Pro

NOTÆ

[q] *Capita diminuta*] Diminutio capitis apud jurisconsultos est prioris status permutatio, cum scilicet aut libertatem, aut civitatem, aut familiam amittimus. Quare triplex est capitis diminutio, maxima, media, et minima. De quibus jurisconsultos vide.

[r] *In numerum dignitates*] Seu *in ordinem:* utrumque enim eodem sensu sæpe apud Tullium aliosque scriptores dicitur, ducta metaphora, inquit Lipsius, vel a militia, vel a magistratibus. Quippe quia inter milites sunt extra vel supra ordines legati, tribuni, &c. ii cogi in ordinem videntur, cum spoliati suo munere pares habentur gregariis. Itidem in magistratu qui eminet, nec est in vulgi classe vel ordine, is redigi in ordinem dicitur, cum auctoritas ejus spernitur aut violatur.

[s] *Exutos trabeis*] Id est, consulatus insignibus spoliatos.

[t] *Fortunarum superstites*] Id est, senes prius fortunis, quam vita cassos.

[u] *Credidissemus*] Clanculum de malis nostris conquesti eramus.

[v] *Non nostræ fortunæ*] Vultu non conveniente nostræ conditioni.

[w] *Atratus*] Atra vestis propria fuit virorum in luctu. Nam quod ad fœminas spectat, alia aliis temporibus fuit: modo nigra, modo alba.

qui, degustato Sardorum graminum succo,[x] feruntur in morte ridere, imitabamur læta mœrentes. 5. Est aliquod calamitatum delinimentum, dedisse lacrymas malis, et pectus laxasse suspiriis. Nulla major est pœna, quam esse miserum, nec videri. 6. Spes inter hæc nulla prædonis explendi: nec enim, ut natura fert, copiam satietas sequebatur: crescebat in dies habendi fames, et parandi rabiem parta irritabant. 7. Ut ægrorum sitim potus accendit; ut ignis arentibus non obruitur, sed augetur; ita coactæ publica egestate divitiæ aviditatem jejunæ mentis acuebant.

CAP. XXVI. 1. Stabat ipse[a] purpuratus ad lances et momenta ponderum, nutusque trutinarum[b] pallens atque inhians exigebat.[A] Comportabantur interim spolia provinciarum, exuviæ exulum, bona peremtorum. 2. Hic aurum matronarum manibus extractum, illic raptæ pupillorum cervicibus bullæ,[c] istic dominorum cruore perfusum appendebatur argentum. Numerari ubique pecuniæ, fisci repleri, æra cumulari, vasa concidi, cuivis ut intuenti non illud Imperatoris domicilium, sed latronis receptaculum

[A] *Et inclinationes ponderum ac lancium motus levissimos anxie et avide observabat.*

reliquorum. Barth. ad Claudian. Rufin. II. 87. scribit *reliquiorum.*—5 Pro *laxasse*, Guelph. habet *lassasse.* Mox, Exc. Schonhov. *suspiriis. Sed nulla, &c.*—6 Pro *parandi*, Guelph. et Vet. Livin. *prædandi.*—7 Cod. Schwarzian. *ut ignis arentibus lignis;* Guelph. et Vet. Livin. *ut lignis arentibus.* Guelph. *aviditate jejunæ mentis.*

CAP. XXVI. 2 Lipsius emend. *Hic aurum m. auribus*, vel *crinibus.* Guelph.

NOTÆ

[x] *Sardorum succo*] Notum est, quod de Sardoa herba ferunt, ita eorum a quibus degustaretur ora contrahente, ut agerent animam veluti ridentes. Unde Sardonicus risus celebratus pro ficto, aut amarulento risu. Quanquam non desunt, qui aliam hujus rei originem referunt. Sardi autem, Sardiniæ insulæ populi.

[a] *Stabat ipse*] Ὑποτύπωσις hominis nequiter attenti ad eorum bonorum venditionem, quibus summis perfunctos honoribus viros, matronas, pupillos ac provincias integras spoliasset.

[b] *Nutusque trutinarum*] Nutus trutinarum appellat, cum altera lanx deorsum vergit propendetque.

[c] *Cervicibus bullæ*] 'Bulla suspendi in collo infantibus ingenuis solet aurea, libertinis scortea.' Ita Asconius. Quem morem a Tarquinio Prisco inductum ferunt, cum filium suum quatuordecim annos natum de Sabinis victorem hoc honore donavit.

videretur. 3. Sed tamen latro raptis abutitur, et ablata aliis sibi reddit; nec ideo vias saltusque obsidet, ut thesaurum struat atque defodiat, et cum scelere miser sit; sed ut gulæ ventrique suppeditet, nec desit sumtus impendiis: nam et effundit et negligit, eadem perdendi et quærendi facilitate. 4. Noster ille pirata, quicquid undecumque converrerat,[d] id nobis sibique periturum, in illam specus sui Charybdim[e] congerebat. Charybdim loquor? quæ cum plena navigia sorbuerit, dicitur tamen rejectare naufragia, et contortas fundo rates Taurominitanis littoribus[f] exponere. 5. Bona nostra ad ærarium una et perpetua via ibant: nullas eorum reliquias, nulla fragmenta, vel sero victa fastidio, illa communis vorago revomebat.

CAP. XXVII. 1. Est improborum Principum postrema defensio, auferre donandi gratia, et invidiam rapinarum magnitudine munerum deprecari;[s] quæ (malum) ratio est, abstulisse omnibus, quod nullus habiturus sit? 2. Et privatorum quidem avaritiæ, licet mala, tamen aliqua defensio est, timetur inopia, et reponitur senectuti,[g] et prospicitur hæredi: quam affert causam concupiscendi, qui, quantum ubique est, habet? 3. Quin ego, si fas piumque mortali-

[s] *Excusare.*

cuivis intuenti.—3 Cod. Scheff. Vet. Livin. Bertin. *ablata aliis ut sibi, &c.* Vet. Putean. *a. aliis vel sibi.* Mox, edd. vett. *suppetat et;* Vet. Putean. *suppeditet.*—4 Puteol. Rhenan. al. vett. *quicquid u. convenerat;* Balduin. *q. u. concurrerat;* cod. Scheff. et edd. recentt. *q. u. converrerat;* et sic conj. Acidal. Livin. et Grut. *q. u. convexerat* cod. Schwarzian. *Charybdin* Guelph.

CAP. XXVII. 1 Guelph. et cod. Schwarzian. *extrema defensio, auferre donando;* cod. Scheff. et Exc. Schonhov. *postrema d. a. donanda.* Mox, pro

NOTÆ

[d] *Converrerat*] Ita Balduinus post complures alios legit, pro *convenerat*, uti est in aliis editionibus.

[e] *Charybdim*] Fretum inter Italiam et Siciliam, contrariorum fluctuum collisione rapta quæque absorbens et eructans. Charybdim autem poëtæ ferunt mulierem fuisse rapacissimam, quæ cum Herculis vaccas rapuisset, a Jove percussa fulmine, in monstrum conversa est.

[f] *Taurominitanis littoribus*] Taurominium urbs est Siciliæ, cum portu in ora orientali inter Messanam et Catanam, hodie *Taormina.*

[g] *Reponitur senectuti*] Sic apud Horat. Sat. I. 1. 'hac mente laborem Sese ferre senes ut in otia tuta recedant, Aiunt . . . sicut Parvula (nam exemplo est) magni formica laboris.'

bus æstimare cœlestia, nullam majorem crediderim esse principum felicitatem, quam fecisse felicem, et intercessisse inopiæ,[h] et vicisse fortunam, et dedisse homini novum fatum.[i] 4. Itaque Imperatori propriam majestatem bene æstimanti, non tam illud videri suum debet, quod abstulit, quam quod dedit. 5. Nam cum infra ipsum volvantur omnia, et, ut ille, qui cuncta ambit Oceanus, quas suggerit aquas terris, recipit e terris; ita quicquid in cives manat a Principe, redundat in Principem; et rei et famæ bene consulit munificus Imperator: lucratur enim gloriam, cum det pecuniam reversuram.

Cap. xxviii. 1. Sed illi quidem stulta omnis ratio captandæ laudis videbatur, qui, præter insitum pessimo cuique boni exempli odium, summam felicitatem habendi ac nocendi fine determinans,[j] non solum ut quam plurimum quæreret,[k] sed ut nihil cuiquam reliqui faceret, laborabat: nec enim, qui regibus mos est, egerendis invigilabat metallis,[h] ut latentia naturæ bona in usum arcesseret, et pararet innoxias, nullo pauperiore, divitias. 2. Parum ille pretiosum putabat aurum, quod de montium venis,[i] aut fluminum glareis quæsitor Bessus,[j] aut scrutator Callaicus[k]

[h] *Removisse inopiam.* [i] *Novam sortem.*
[j] *Ratus eo se feliciorem fore, quo plus haberet ac noceret.* [k] *Raperet.*

nullus, Guelph. *nullis*. Edd. vett. *nullus aditurus*.—3 Puteol. Rhenan. al. vett. *extimare cœlestia;* al. vett. *existimare cœlestia;* Guelph. Vet. Putean. et edd. recentt. *æstimare cœlestia*.—5 Acidal. legendum jubet, *redundet in principem*. Exc. Schonhov. *cum dat pecuniam*.

Cap. xxviii. 1 *Sed illa* Guelph. *cuique boni exemplum summam* Puteol. Rhenan. al. vett. *ejus boni exemplum* Guelph. *cujus boni* Vet. Livin. et cod. Scheff. *cuique boni exempli odium* Exc. Schonhov. et Cuspin. Vide Nott. Var. *exercendis invigilabat* edd. vett. *egerendis inv.* cod. Scheff. *exerendis inv.* Vet. Putean. et Guelph. Mox, Guelph. *in usum accresceret;* Acidal. legit, *in usum accerseret*.—2 Guelph. *aut de fluminum*. Edd. vett. *Callaicus exiisset;*

NOTÆ

[h] *Egerendis* [*exercendis*] *metallis*] Aut eruendis, aut conflandis, aut signandis.

[i] *De montium venis*] Aurum invenitur, I. in fluminum glareis, ut in Tago Hispaniæ, Pado Italiæ, Hebro Thraciæ, Pactolo Asiæ, et Gange Indiæ; 2. in puteorum scrobibus; 3. in ruinis montium ac terræ visceribus. Ita ex Plinii XXXIII. 4. notat Puteanus.

[j] *Quæsitor Bessus*] Bessi populi

eruisset: illud purius splendidiusque credebat, quod dedissent dolentes, quod hominum lacrymæ, non amnium aquæ abluissent, nec e terrenis specubus egestum, sed e cervicibus jugulisque cæsorum esset effossum. 3. Sic cum immitis tyranni et stylus[l] timeretur et gladius; transierat in vota paupertas, et, ut possemus effugere carnificem, optabamus subire sectorem.[m] 4. Quod si cui ille pro ceteris sceleribus suis minus crudelis fuisse videtur, vestrum is, vestrum, Balio triumphalis,[n] et trabeate Merobaudes,[o] recordetur

Guelph. *Gallicus eruisset;* Vet. Putean. et Exc. Schonhov. *Callaicus eruisset.* Guelph. *illud spurius.* Voc. *quod dedissent dolentes* desunt in cod. Scheff. Pro *hominum lacrymæ,* Vet. Putean. habet *amnium lacrymæ.* Acidal. conj. *amnium aquæ.*—3 Pro *stylus,* idem Acidal. conj. *fiscus.*—4 *Quod si ille tu cui vestrum pro ceteris s. s. m. crudelis f. videatur? is Vallio,* &c. Vet. Putean. *Quod si ille cui vestrum pro ceteris s. s. m. crudelis f. videtur is Vallio,* &c. Vatican. *Quod si cui ille præ cæteris s. s. m. crudelis f. videtur, v. is, v. Balio,* &c. legit Puteanus; *Quod si ille cui pro c. s. s. m. crudelis f. videtur, v. is, v. Vallio,* &c. conj. Acidal. *videtur, is vestrum Vallio t. et trabeati Merobandis* Exc. Schonhov. *crudele* edd. vett. *Quod si ille cui vestrum pro s. c. s. m. crudelis fuisse videtur, is valii t. et trabeati Merobaudis* cod. Schwarzian. *et trabeati Merobaudis* Viennense etiam exemplar aliique codd. ap. Grut. Aliæ edd. habent, *vestrum, si vestrum Vallio t. et trabeati memorandis,* &c. vel, *vestrum, si vestrum Vallio t. et trabeate Merobaudis,* &c. Guelph. præfert *Valio.* Paulo post,

NOTÆ

Thraciæ ad Hæmum montem incolentes, quos scrutandi per cuniculos auri peritissimos referunt Vegetius III. 11. et Claudianus de Cons. Mallii vs. 39. 'Quicquid fluviis evolvitur auri: Quicquid luce procul venas rimata sequaces Abdita pallentis fodit solertia Bessi.'

[k] *Callaicus*] Populus Hispaniæ eam regionem incolens, quæ nunc Gallæcia dicitur. Ubi magnam auri copiam fuisse tradit Plinius XV. 4.

[l] *Et stylus*] Id est, proscriptiones. Verbum juris est: sic Tullius pro Cluentio 'stylum censorium, gladiumque dictatorium' appellat.

[m] *Subire sectorem*] Budæus eos proprie dicit 'sectores' appellatos, qui delationibus faciendis confiscationes a principibus impetrabant, ut homines interdum insontes fortunis omnibus everterent. Ita censet Asconius et post eum jurisconsulti pæne omnes. Supra vero mentio est 'puerorum sub sectore ludentium.'

[n] *Balio* [*Vallio*] *triumphalis*] *Balio* pro *Vallio* reponunt Balduinus, et Puteanus ex Ambrosii Ep. 27. ubi Balio bellator egregius, cum a Maximo interfici jussus esset, sibi ipsi manus attulisse dicitur. Sunt qui Vallionem hunc, sive Balionem non alium fuisse putant a Saturnino, qui tum erat cum Merobaude consul, cum Gratianus interfectus est. Errant autem, qui pro Bautone consule illum accipiunt. His enim aperte refragatur Ambrosius: cum addit eodem loco Maximum de Bautone, quasi de altero Balione decernere voluisse.

[o] *Trabeate Merobaudes*] Id est tum

interitum: quorum alter post amplissimos magistratus, et purpuras consulares, et contractum[p] intra unam domum quendam honorum senatum, vita sese abdicare compulsus est; alteri manibus satellitum Britannorum[q] gula domi fracta, et inusta fœmineæ mortis[r] infamia, ut[l] scilicet maluisse vir ferri amantissimus videretur laqueo perire, quam gladio. 5. Sed in illos fortasse speciales putaretur habuisse odiorum causas tyrannus: steterat enim uterque in acie Gratiani, et Gratianus utrumque dilexerat: quid de his dicimus, qui, honorum ac Principum nescii,[m] et tantum inter suos clari, nobiles animas sub carnifice fuderunt?

CAP. XXIX. 1. De virorum mortibus loquor, cum descensum recorder ad sanguinem fœminarum, et in sexum, cui bella parcunt, in pace sævitum. 2. Sed nimirum graves suberant invidiosæque causæ, ut unco ad pœnam[a] clari vatis matrona[b] raperetur: objiciebatur enim atque etiam

[l] *Imposito mortis ignavæ probro, quasi, &c.*
[m] *Qui honorum et principum amicitiæ expertes.*

Guelph. et edd. vett. *fracta et injusta;* al. ap. Acidal. *et usta;* Vet. Putean. *et inusta.*

CAP. XXIX. 1 Exc. Schonhov. *recordarer ad.* Edd. vett. *parcunt, non parce sævitum;* negatio *non* deest in codd. Scheff. Vet. Livin. et Bertin. unde Modius conj. *parcunt, pace sævitum;* Acidal. legi jussit *in pace sævitum.*—2 Bertin. et cod. Scheff. *clarinatis matrona;* Cuspin. et Exc. Schonhov. *claritatis*

NOTÆ

consul, cum Gratianus cæsus est. Merobaudem ortu Hispanum fuisse, eundemque eloquentiæ inprimisque poëticæ studio præstantem refert Idatius in Chronico. Is cum fugienti Gratiano socium sese adjunxisset, quo ipsum in Italiam ad Valentinianum fratrem deduceret, uterque Lugduni ab Andragathio opprimitur. Quare graviter hallucinatur Prosper Vulgaris in chronico, cum dicit Gratianum 'Parisiis Merobaudis magistri militum proditione superatum fugisse.'

[p] *Et contractum*] Postquam magistratus omnes, ac dignitates senatus in familiam suam intulisset.

[q] *Satellitum Britannorum*] Nam Maximus tyrannidem primum in Britannia occuparat.

[r] *Fœmineæ mortis*] Ignavæ.

[a] *Unco ad pœnam*] Reos unco ad mortem raptari solitos supra diximus in Plinii Paneg. cap. XXXIII. not. [k].

[b] *Clari vatis matrona*] Euchrocia, uxor Delphidii poëtæ, de quo Auson. de Profess. Burdegal. Carm. VI. Illa autem ob Priscilliani errores Treveris cum multis aliis ejusdem noxæ consortibus morti addicta est. Ita Pros-

exprobrabatur mulieri viduæ[c] nimia religio, et diligentius culta divinitas. 3. Quid hoc majus poterat intendere accusator sacerdos?[d] fuit enim, fuit et hoc delatorum genus, qui nominibus antistites, revera autem satellites, atque adeo carnifices, non contenti miseros avitis evolvisse[n] patrimoniis, calumniabantur in sanguinem, et vitas premebant reorum jam pauperum: quinetiam, cum judiciis capitalibus[e] astitissent, cum gemitus et tormenta miserorum auribus ac luminibus hausissent, cum lictorum arma, cum damnatorum fræna[o] [f] tractassent, pollutas pœnali manus contactu ad sacra referebant, et cærimonias, quas incestaverant mentibus, etiam corporibus impiabant.[p] 4. Hos ille Phalaris[g] in amicis habebat, hi in oculis ejus[h] atque etiam in osculis erant: nec injuria, a quibus tot simul votiva veniebant;[q] avaro divitum bona; cruento innocentium pœna; impio religionis injuria.[r]

CAP. XXX. 1. Tandem in nos oculos Deus retulit, et

[n] *Evertisse.* [o] *Vincula.* [p] *Polluebant.*
[q] *Per quos tot res optatissimas simul consequebatur.* [r] *Violatio.*

matrona; Rhenan. *clarivatis matronæ.* Mox, *etiam probabatur mulieri* Guelph. —3 Codex Schwarzian. *non contenti, avitis spoliasse patrimoniis;* Exc. Schonhov. *contenti miseros avitis, &c.* Mox, edd. vett. *cum in judiciis;* Vet. Putean. delet *in.* Paulo post, pro *fræna*, quod omnes codd. exhibent, *funera* reposuit Livin. *contacta manus* Vet. Putean. *corporibus inquinabant* edd. vett. *s. impiabant* Vet. Putean. et Exc. Schonhov.

NOTÆ

per in Chronico.

[c] *Viduæ*] Mortuo Delphidio.

[d] *Accusator sacerdos*] Idatium episcopum innuit; mox enim addit: 'qui nominibus antistites, re vera autem satellites.' Idatium autem ideo excommunicatum narrat Ambrosius, quod Priscilliani errores proscribere non contentus, ejus sanguinem in consistorio regis peteret, sanctos viros bene multos, inprimisque S. Martinum, tanquam ejusdem erroris reos, apud imperatorem accusaret. Quod sævitiæ exemplum cum secuti essent, ex iis qui in Maximi aula erant plures episcopi, cum iis communicare noluit D. Ambrosius.

[e] *Capitalibus*] Id est, ubi de reorum capite ageretur.

[f] *Fræna*] An potius *funera*, ut emendat Livineius?

[g] *Phalaris*] Phalaridis Agrigentinorum tyranni nota crudelitas, ut ferocis alicujus tyranni exemplum quærenti, statim ille occurrat.

[h] *In oculis ejus*] 'Esse alicui in oculis,' Ciceronianus, Terentianusque loquendi modus pro 'amari unice;' 'esse' vero 'in osculis,' ubi præterea legatur haud scio.

bonis Orientis intentus, ad mala nostra respexit, et hunc sacerrimo capiti objecit[s] furorem,[i] ut fœdus abrumpere,[j] jus feciale violare,[k] bellum edicere non timeret. 2. An ego sine divino numine factum putem, ut, qui sub nomine pacis ludere, et primi sceleris[l] pœnas lucrari quiescendo potuisset, secundum tertiumque vexillum latrocinii civilis attolleret, et superatis Alpibus Cottiis,[m] Julia quoque claustra laxaret, tibique, Imperator, imponeret servanti adhuc veniæ fidem, vincendi necessitatem? 3. Agebat eum, credo, præcipitem vindicanda jam proximo ultore respublica, et extinctus aperto dominus[n] parricidio pœnas ab eo debitas expetebat. Non id confidentia, sed amentia; non temeritas, sed necessitas erat: nec ultro lacessebat ille te bello; sed ulterius se negare supplicio[t] non

[s] *Homini improbissimo injecit.*

[t] *Se subducere morti.*

Cap. xxx. 1 Voc. *nostra* deest in cod. Scheff. *et hunc sacrario* edd. vett. *et hunc scelerato,* vel *sacro,* conj. Acidal. *et hanc sacerrimo* Exc. Schonhov. *et hunc sacerrimo* Vet. Putean.—2 *Alpibus Coctiis* cod. Scheff. *imponeret servatæ* edd. ante Arntzen. *i. servanti* Vet. Putean. Guelph. item codd. Scheff. et Schwarzian. *veniæ finem* cod. Bertin. ut conj. Daniel.—3 Edd. vett. *ultore republica;* Putean. et Acidal. conj. *ultore respublica.* Mox, *Non illud* Guelph.

NOTÆ

[i] *Objecit furorem*] A Diis iratis mala consilia in hominum mentes immitti veteres existimabant. Quare Pacatus hoc loco Deo totius Orientis patrono Maximi furorem tribuit. Sic Homer. Iliad. A. 8. *Τίς δ' ἄρ σφῶε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι; Quisnam ipsos Deorum contentione commisit pugnare?* Tullius pro Milone cap. 88. 'Hic Dii immortales, ut supra dixi, mentem dederunt illi perdito, ac furioso, ut huic faceret insidias; aliter perire pestis illa non poterat.' Sic apud Virgil. Æneid. x. 72. 'Quis Deus in fraudem, quæ dura potentia nostra Egit?'

[j] *Fœdus abrumpere*] Maximus suscepto invadendæ Italiæ consilio, veritus ne in Alpium transgressu concideretur, Domnino, quem Valentinianus Aquileia, quo se receperat, sibi legarat, pacem petenti in speciem annuit, at redeuntem cum exercitu suo occulte insecutus, Italiam subito occupavit. Ita Prosper Pithœi.

[k] *Jus feciale violare*] Id est bellum inferre ante missos feciales. Neque enim licebat bellum inferre, nisi hi et justa causa susceptum declaravissent, et prius indixissent. Ex Varrone.

[l] *Primi sceleris*] Occupati imperii pœnam effugere.

[m] *Alpibus Cottiis*] Alpes aliæ 'Cottiæ' aliæ 'Juliæ,' &c. supra Plin. Paneg. cap. XIV.

[n] *Dominus*] Gratianus.

poterat. 4. Alioquin quomodo tantam concepisset audaciam, ut ruere in ferrum, et obviam morti venire tam ignavus et timens mortis auderet, ut qui se non potuerit postea vel victus occidere? 5. Et te quidem, Imperator Auguste, ad asserendam rempublicam, usurpandamque victoriam, suffecisset in bella vel solum venire: nam si olim domini, adversum rebelles servos dimicaturi, flagra in aciem[o] detulerunt, tantaque vis conscientiæ fuit, ut ab inermibus verterentur armati, et, qui obtulerant mortibus pectora, darent terga verberibus; nonne tu quoque legionibus otiosis rem totam visus egisses?

CAP. XXXI. 1. An sustinere te coram, et solum oculorum tuorum ferre conjectum ille quondam domus tuæ negligentissimus vernula,[p] mensularumque servilium statarius lixa potuisset? non statim totum subisset hominem præterita sui tuique reputatio? non ipse sibi objecisset te esse triumphalis viri filium;[q] se patris incertum?[t] te hæredem nobilissimæ familiæ; se clientem?[r] te omni retro

[t] *Se incerti patris.*

et Vet. Putean.—4 Edd. vett. *ruere inferum;* Rhenan. in ora ed. suæ admonet legendum, *ruere in inferum;* unde Balduin. *ruere in infernum;* Juretus emend. *ruere in ferrum;* et sic plane extat in Vet. Putean. et Exc. Schonhov. Pro *potuerit*, Guelph. habet *poterat.*—5 *Equidem* Guelph. Puteol. Rhenan. al. vett. *Et te quidem* Exc. Schonhov.

CAP. XXXI. 1 Pro *negligentissimus*, quod servant omnes codd. *neglectissimus* mallent Livin. et Acidal. Mox, *servilium* deest in Bertin. Paulo post, *patris incerti* reposuit Balduin. Pro *se clientem*, cod. Schwarzian. habet *se lictorem.*

NOTÆ

[o] *Flagra in aciem*] Id de Scythis referunt Herodotus initio Melpomenes, Justinus lib. II. et Claudian. Eutrop. I. 508. 'Ut Scytha post multos rediens exercitus annos Cum sibi servili pro finibus obvia pubes Iret, et arceret dominos tellure reversos, Armatam ostensis aciem fudere flagellis.'

[p] *Negligentissimus vernula*] Nempe Maximus, quem mox 'statarium lixam,' Ausonius 'armigerum lixam,' appellat Pacatus. Atqui Zosimus lib. IV. Maximum Theodosii commilitonem fuisse dicit. Sed quæ, ut jam sæpe dixi, huic auctori fides esse debeat? Nisi forte commilitonem Theodosii vocet, qui ei pugnanti instar calonis aut vernulæ ministrasset. *Vernula* autem is est, qui ex famula natus. Ita glossa editionis Basileensis.

[q] *Triumphalis viri filium*] Theodosii pater triumphalia meruerat post Gothos superatos.

[r] *Se clientem*] Tuæ familiæ.

tempore Romani exercitus ducem, libertatis patronum; se orbis extorrem,[s] patriæque fugitivum?[u] 2. Jam vero te Principem in medio reipublicæ sinu, omnium suffragio militum, consensu provinciarum, ipsius denique ambitu Imperatoris optatum; se in ultimo terrarum recessu, legionibus nesciis, adversis[v] provinciarum studiis, nullis denique auspiciis, in illud tyrannici nominis aspirasse furtum? 3. Postremo tecum fidem, secum perfidiam; tecum fas, secum nefas; tecum jus, secum injuriam; tecum clementiam, pudicitiam, religionem; secum impietatem, libidinem, crudelitatem, et omnium scelerum, postremorumque vitiorum stare collegium? 4. Res ipsas interrogemus, et, quæ certissima conjectatio est, colligamus gerenda gestis:[w] num tandem dubitari potest, quid fuerit eo præsente facturus, quem non vidit, et fugit?

CAP. XXXII. 1. Quamvis igitur, Imperator, hoste tali abutereris, nec tam ad prælium conserendum, quam ad supplicium de nefario capite sumendum, venires; consiliis tamen tantis tantisque rationibus bellum administrabas, ut cum Perse[t] aliquo decertaturus, aut Pyrrho, aut cum illo ipso Hannibale videreris. 2. Nam primum fidem regum, quibus limes Orientis ambitur, data atque accepta dextera firmas, quo foris securus agitares, si nihil solicitum et suspectandum domi reliquisses. 3. Tunc copias tuas trifariam[a] dividis, ut et hostis audaciam multiplicato terrore percelleres, et fugam circumfusus ambires.[b] Postremo populis barba-

[u] *Se ejectum ab omnibus et patria pulsum.*
[v] *Adversantibus.*
[w] *Ex gestis rebus gerendas æstimemus.*
[a] *In tres partes.*
[b] *Fugiendi viam undequaque involvens præcluderes.*

CAP. XXXII. 1 Edd. vett. *hoste tali abuteris;* Vet. Putean. et Vatican. *h. t. abutereris.*—2 Exc. Schonhov. Scheff. Schwarzian. et Guelph. *dextera signas,*

NOTÆ

[s] *Orbis extorrem*] Quia ex divisa toto orbe Britannia esset oriundus.

[t] *Ut cum Perse*] De Perse Macedonum ultimo rege, quem vicit Æmilius, vide Liv. lib. XL. Justin. lib. XXXIII. et de Pyrrho Epirotarum rege vide Plutarchum. De Hannibale Paneg. VI. 13.

rorum,[b] ultroneam tibi operam ferre voventibus, commilitonum munus indulges, ut et limiti[c] manus suspecta decederet, et militi auxiliator accederet:[c] qua tua benignitate pellectæ omnes Scythicæ nationes tantis examinibus confluebant, ut, quem remiseras tuis, barbaris videreris imperasse dilectum. 4. O res digna memoratu! Ibat sub ducibus vexillisque Romanis hostis aliquando Romanus, et signa contra quæ steterat, sequebatur, urbesque Pannoniæ,[d] quas inimica dudum populatione vacuaverat, miles impleverat. Gothus ille,[e] et Hunnus, et Alanus respondebat ad nomen, et alternabat excubias, et notari infrequens verebatur.[d] 5. Nullus tumultus, nulla confusio, nulla direptio, ut a barbaro, erat:[e] quin, si quando difficilior frumentaria res fuisset, inopiam patienter ferebat, et quam numero arctarat annonam,[f] comparcendo laxabat, pro omni præmio omnique mercede id unum reposcens, ut tuus diceretur. Quanta est virtutis ambitio! accipiebas beneficium,[f] quod imputares.

CAP. XXXIII. 1. Memorabile putavit antiquitas, quod Actiaco aliquando bello[g] ducibus moribusque Romanis peregrina Ægyptus arma permiscuit, tantumque res credita

[c] *Tribuis ut suspecti homines de finibus abscederent, et copiis tuis auxiliares se adjungerent.*

[d] *Et metuebat ne officio defuisse accusaretur.*

[e] *Ut barbari solent.*

[f] *Et quam annonam ob multitudinem, &c.*

quo, &c. Guelph. *et expectandum domi.*—3 Edd. vett. *ferri voventibus;* codex Jureti *ferre foventibus;* Balduin. substituit, *ferre volentibus;* Vet. Putean. Vatican. *ferre voventibus;* Exc. Schonhov. etiam, *ferre volentibus.* Guelph. *commilitum . . . limitem.* Mox, pro *remiseras,* Acidal. conj. *permiseras.* Pro *videreris,* cod. Scheff. habet *videris.*—4 Pro *impleverat,* Livin. in marg. conj. *implebat.* Pro *ille,* Vet. Putean. et Guelph. habent *illic.*

NOTÆ

[b] *Populis barbarorum*] Scythicas nationes, ut mox ait.

[c] *Limiti*] Istriano.

[d] *Pannoniæ*] De Pannonia supra in Plinii Paneg. cap. VIII. not. [n]. et Paneg. V. 10.

[e] *Gothus ille*] De Gothis supra Paneg. III. 17.

[f] *Accipiebas beneficium*] Ita conferebant in te beneficium, ut te magnam a se gratiam inire putarent.

[g] *Actiaco aliquando bello*] Virg. Æneid. VIII. 685. 'Hinc ope barbarica variisque Antonius armis Victor ab Auroræ populis, et littore rubro, Ægyptum viresque Orientis et ultima secum Bactra vehit.'

est habere novitatis, ut, nisi frequenter isset in literas, apud posteros videretur facti fides laboratura.[g] 2. Nam quis annalium scriptor, aut carminum, tuas illas, Cleopatra,[h] classes, et eborata[h] navigia, et purpurea cum auratis funibus vela tacuit? quin ita crebro historia decantata est, magis[i] ut ab eisdem sæpe dicta, quam ut ab aliquo intermissa videatur. 3. Non contendam duces; nec enim Principem nostrum non dicam victus Antonius, sed victor Augustus æquaverit; quid in ceteris saltem simile deprehendimus? maxime si rerum temporumque facies altrinsecus conferamus,[j] et hos illosque populos[i] animorum subjiciamus oculis. 4. Illos vela facientes data ventis[k] classis attulerat; hi longum iter sub armorum fasce[l j] carpebant: illos peregrino igne[k] suspirans regina pellexerat; hos amor laudis, et participandæ gloriæ cura rapiebat: illos tepens Pharus[l] et mollis Canopus,[m] leviumque populorum altor Nilus[n] emiserat; hos minax Caucasus,[o] et rigens Taurus,[p]

[g] *Ut nisi sæpe traditum fuisset literis factum istud, vix apud posteros inventurum esset fidem.*

[h] *Ebore ornata.*

[i] *Potius.*

[j] *Si conditionem rerum et temporum utraque ex parte conferamus.*

[k] *Ventis permissa.*

[l] *Onere.*

CAP. XXXIII. 1 Guelph. *ducibus militibusque.*—2 Edd. vett. *recantata est;* codd. Scheff. et Guelph. *decantata est.*—3 Guelph. *neque enim Principem, &c.*

NOTÆ

[h] *Cleopatra*] De Ægypti regina Cleopatra ejusque classe magnifica passim extat apud historiæ Romanæ scriptores.

[i] *Hos illosque populos*] Elegans Antonii et Theodosii oppositio.

[j] *Sub armorum fasce*] Tale illud Virg. Georg. III. 346. 'Non secus ac patriis acer Romanus in armis Injusto sub fasce viam cum carpit,' &c.

[k] *Peregrino igne*] Antonii amore incensa.

[l] *Pharus*] Olim insula fuit Nili ostio objecta, dieique unius navigatione a continente dissita, hodie vero Alexandriæ ponte conjuncta. Hic ingens turris fuit, in qua noctu accensæ faces navigantium cursum regebant, unde speculæ similem in usum constructæ 'phari' appellatæ sunt.

[m] *Mollis Canopus*] Urbs Ægypti ad ostium Nili, dictum ex ea Canopicum. *Mollis* dicitur, quia molles Ægyptii.

[n] *Altor Nilus*] De Nilo propter Ægyptum, quam suis eluvionibus fœcundat, ejus regionis altore, supra in Plinii Paneg. cap. XXX.

[o] *Minax Caucasus*] Pars Tauri montis, inter Pontum Euxinum et mare

et ingentium corporum durator Ister[q] effuderat: illos tenero perlucentes amictu, et vix leve carbasum vitando sole[m] tolerantes, alterno concussa tinnitu sistra ducebant;[r] hos loricis[n] onustos, inclusosque ferro, fractæ voces tubarum,[s] ingentiumque lituorum clangor acuebat. 5. Quæ tandem, vel collatio posset esse populorum, etiamsi tanta non esset dissimilitudo causarum, ut ab illis fuerit Romani imperii appetita captivitas, ab his repetita libertas?[o] Quo tibi, Imperator, indignius videbatur ejus piaculi quenquam inveniri potuisse consortem, cujus se barbarus agebat ultorem.[p]

CAP. XXXIV. 1. Sed illi quidem nefario sanguine belli primitias imbuentes, par pœnæ culpæque documentum fuerunt. Testis est Siscia,[a] testis pulcherrimus amne[b] conflictus, si conflictus ille dicendus est, quo ita in publicos

[m] *Ad arcendum solem.* [n] *Cataphractis.*

[o] *Vel si causæ non adeo diversæ eos ad bellum impulissent, ut illi Romani imperii libertatem impeterent, isti suam tuerentur?*

[p] *Ullum ejus sceleris reperiri potuisse conscium cujus vel ipsi barbari ultores esse non recusabant.*

—4 'Male editio Balduini, *perlucente amictu.*' Juret. Mox, Acidal. et Modius conj. *vitando soli.* edd. vett. *tinnitu sinistra;* Exc. Schonhov. et Vet. Putean. *tinnitu sistra.*—5 *Quæ tandem collatio* Exc. Schonhov. et cod. Livin. *Q. t. ut collatio* edd. vett. *Q. t. vel collatio* codd. Schwarz. et Guelph. *ulla collatio* Vet. Putean. *ut nulla collatio esse posset* conj. Acidal.

CAP. XXXIV. 1 *Testis est Fiscia* edd. vett. *Testis est Scythia* Vet. Putean. *Testis est Sithia* Vatican. *Testis est Siscia, testis pulcherrimi Saniæ conflictus* Exc. Schonhov. *pulcherrimus ave conflictus* Vet. Livin. *pulcherrimus ave* Bertin. *pulcherrimi Savæ* Cuspin. *p. acie conflictus* cod. Schwarzian. *p. amne,*

NOTÆ

Caspinum. *Minax* dicitur quia altus ac præceps ac ruenti similis.

[p] *Rigens Taurus*] Propter nives, quibus ut plurimum mons iste opertus est.

[q] *Durator Ister*] Indurator. Germani procero corpore.

[r] *Sistra ducebant*] Virg. Æn. VIII. 696. de Cleopatra regina 'in mediis patrio vocat agmina sistro.' De forma et figura sistri vide Ruæum nostrum in hunc Virgilii locum.

[s] *Fractæ voces tubarum*] Inconditæ. Virgil. Georg. IV. 72. 'Et vox Auditur fractos sonitus imitata tubarum.'

[a] *Siscia*] Seu *Syscia*, nobilis urbs Pannoniæ ad Savum seu Savam fluvium, et Segesticam ejus insulam, qua ex Pannonia itur in Italiam. De qua Strabo lib. V. et Plinius III. 25. Hic primum victus est Maximus.

[b] *Pulcherrimus amne* [*pulcherrimi Savæ*] A Puteano discedo, in quo est *pulcherrimus amne conflictus*, ut Cuspi-

proditores animi plenus miles invasit,[a] ut eum nec numerus resistentium, nec maximi fluminis altitudo remorata sit, quin, ut erat ex longissimo itinere anhelus atque pulvereus, equos calcaribus incitaret, amnem nando conjungeret, ripam insiliret, paratos denique expectantesque deprehenderet. 2. Sermo iste prolixior est, quam illa res fuerit. Vix fluvium manus invicta transierat; jam locum belli tenebat: vix hostem invenerat; jam urgebat: vix pectora viderat; jam terga cædebat. Datur debito rebelle agmen exitio; volvuntur impiæ in sanguine suo turbæ; tegit totos strages una campos, continuisque funeribus cuncta late operiuntur. 3. Jam qui ad muros differenda morte[b] properaverant, aut fossas cadaveribus æquabant, aut obviis sudibus induebantur,[c] aut portas, quas eruptione patefecerant, morte claudebant. At quorum se fugæ impervius ripis amnis objecit, trepidando collecti, et alterum quisque complexi, per abrupta glomerantur. 4. Spumat decolor cruore fluvius, et cunctantes meatus vix eluctatis cadaveribus evolvit:[d] utque se tibi posset speciali imputare militia,[e] ipsum illum vexillarium sacrilegæ factionis[c] avidis gurgitibus absorbuit; et, ne morti sepultura contingeret, cadaver abscondit: nonne utroque[f] credendus tuæ studuisse vindictæ, et adjuvando victoriam, et occupando clementiam?[d]

CAP. XXXV. 1. En tibi alteram pugnam, alteramque

[a] *Irruit.* [b] *Ad differendam necem.*
[c] *Impingebant in adversos sudium mucrones.*
[d] *Et fluctus ægre agit.*
[e] *Ut suo modo tibi militare posset ac favere.* [f] *Utraque re.*

&c. Vet. Putean. *quoniam ut erat* edd. vett. *quominus*, vel *quin jam, ut erat* conj. Acidal. *quin ut erat* Vet. Putean. et Exc. Schonhov.—2 '*Fuerit*] Melius, *illa res fuit.*' Acidal. Pro *cædebat*, edd. antiq. habent *cedebat*. Cod. Scheff. *totos stragis.*—4 *Fumat decolor* Guelph. *ne mortis* in eodem cod. *ne mortuo* cod. Schwarzian. *ne morti* Exc. Schonhov. Cuspin. et recentt.

NOTÆ

niani codicem sequar. Savus enim, seu Sava, Sisciæ fluvius est, ad quem pugna commissa est, victusque a Theodosio Maximus.

[c] *Vexillarium sacrilegæ factionis*] Andragathium intelligit.

[d] *Occupando clementiam*] Clementiæ locum non relinquendo.

victoriam: dilectas in prælium Marcellinus cohortes, et ipsum factionis nefariæ robur, illa belli civilis Megæra[e] rapiebat, tanto ceteris satellitibus audentior, quanto exertiorem[f] operam navabat tyranno frater tyranni. 2. Quo quidem maxime tuus gaudebat exercitus, cum se ultro videret lacessi: qui nihil magis timuerat, quam timeri;[g] adeo quidem, ut castris ad castra collatis, quod præcipiti[g] die manum conserere non poterat, spe victoriæ cum luce venturæ pervigil ageret,[h] tardum solem, desertorem diem, annuum noctis æstivæ tempus criminaretur.[i] 3. Ecce lux tandem, et jam omnis campus horrebat exercitu: divisi in cornua[h] equites, leves ante signa velites,[i] dispositæ manipulatim[j] cohortes, et gradu pleno ferentes agmina quadratæ legio-

[g] *Inclinante.* [h] *Noctem ageret.*
[i] *Æstivam noctem accusaret, quasi anno longiorem.*

Cap. xxxv. 1 Guelph. *deletas in prælium.* Mox, edd. vett. *satellitibus audientior;* et sic Exc. Schonhov. *sat. audentior* Vet. Putean. *quanto excellentiorem* edd. vett. *q. execratiorem* codd. Schwarzian. et Guelph. *quanto exsertiorem* Livin. et Grut.—2 Edd. vett. *luce ventura;* Vet. Putean. *luce venturæ.* Pro *pervigil,* Puteol. legendum putabat *pervigilium.*—3 Voc. *et jam* desunt in edd. vett. *etiam* exhibet cod. Scheff. *omnis* deest in eodem cod. *etiam tempus*

NOTÆ

[e] *Belli civilis Megæra*] Marcellinus tyranni Maximi frater. Altera autem Maximi clades ad Petavionem contigit, cum cæsus est Marcellinus, ut innuere videtur Ambrosius Ep. xxix.

[f] *Exertiorem*] Statius 'exertum bellum' dicit pro 'aperto.' Hic sumitur pro 'acriore,' vehementiore. Exerit enim se, qui omnes exercet nervos, qui nihil relinquit inexpertum.

[g] *Quam timeri*] Similis locus apud Claud. Laud. Stilicon. i. 235. et 240. 'Res mira relatu, Ne timeare times.'

[h] *Divisi in cornua*] In exercitu cornua dicuntur partes aciei ab utroque latere prominentes. Alterum dextrum est, alterum sinistrum; quod inter utrumque interjectum est, media acies dicitur.

[i] *Velites*] Milites levis armaturæ, et expeditiores ad cursum propterea quod gravioribus armis non uterentur. Alii velites dictos putant quasi velatos, quod vestiti essent potius quam armati: alii velites a celeritate dictos putant, quasi volites, *o* in *e* mutato. Alii rursus ἀπὸ τοῦ βάλλειν, *a jaculando,* quod jaculis potissimum et fundis pugnarent. Vid. Liv. Belli Punici lib. vi.

[j] *Manipulatim*] Id est, per manipulos. 'Manipulus' autem, auctore Livio, leves vicenos milites, aliam turbam scutatorum habebat. Vegetius vero de Re Milit. lib. ii. scribit manipulum vocari contubernium decem tantum militum sub uno eodemque tecto degentium. Vide Lipsium de Milit. Rom. lib. ii.

nes,[k] universa late, qua visus agi poterat, occuparant.[j] 4. Nondum se virtus experiebatur;[k] jam disciplina vincebat: at postquam intra conjectum teli acies utraque promovit, et effusis hinc inde jaculorum sagittarumque nimbis res venit ad capulos;[l] [l] milites pristinæ virtutis, Romani nominis, Imperatorum denique memores, causam publicam manu agere. 5. Hostes venditam operam, laceratam Italiam, spem in ferro reliquam cogitantes, gladiatoria desperatione pugnare, nec gradu cedere, sed in vestigio stare, vel cadere.

CAP. XXXVI. 1. At ubi impulsa acies, fronsque laxata, et fiducia in pedes versa est,[m] ire præcipites, aut globo[m] fugere, etse invicem festinando tardare: armati, inermes, integri, saucii, primi, postremique misceri. Miles urgere eminus, cominus gladiis, hastis, punctim, cæsim ferire:[n] alii poplitibus imminere,[o] alii terga configere, aut quos cur-

[j] *Et confertis ordinibus agentes agmina, procul loca, quæ oculi pertingere poterant, repleverant.*
[k] *Expromebat.* [l] *Ad gladios.* [m] *Turmatim.*

horrebat diri Guelph. *depositæ m. cohortes* edd. vett. *dispositæ m. c.* Vet. Putean. ut conj. Acidal.—4 Edd. vett. *telique acies;* Vet. Putean. et Exc. Schonhov. *teli acies.* Mox, Guelph. Puteol. Rhenan. et Balduin. omittunt *jaculorum;* extat vero in Exc. Schonhov. *Imperatoris* Vatican. *Imperatorisque* cod. Schwarzian. *Imp.* Vet. Puteani, quod ille exponit *Imperatoris.*—5 Puteol. Rhenan. al. vett. delent *in vestigio;* servant tamen Exc. Schonhov. Bertin. Guelph. et Livin.

CAP. XXXVI. 1 Acidal. conj. *et fiducia manuum in pedes versa est;* Guelph. *versata est ne.* Pro *globo*, edd. vett. habent *gloriando;* unde Lipsius *glomerando;* ita quoque Muret. *aut globo fugere* Exc. Schonhov. et Vet. Putean. *alii frontibus imminere* codd. Guelph. et Schwarzian. *alii populi tibi imminere*

NOTÆ

[k] *Quadratæ legiones*] Legio quadrata dicebatur a forma et ordine quem in acie teneret, non quod ex quatuor militum millibus constaret, ut male putant nonnulli. Sed de his supra.

[l] *Res venit ad capulos*] Id est, cum cominus agi cœptum est, educto ense.

[m] *Fiducia in pedes versa est*] Ac spes in fuga poni cœpta est. Sumtum illud ex Paneg. x. 28. 'ubi relaxaverit acies, aut frons impulsa titubaverit, fiducia manuum in pedes versa est.'

[n] *Punctim, cæsim ferire*] Modo cuspidem intentantes, modo totam gladii molem vibrantes: qua loquendi formula utuntur Livius et Vegetius. Ipsaque cessit in proverbium, pro eo quod est 'totis viribus, omnique conatu rem agere.'

[o] *Poplitibus imminere*] Tale illud Horat. Od. III. 2. 'Mors et fugacem persequitur virum, Nec parcit imbellis juventæ Poplitibus, timidove tergo.'

su non poterant continere,[p] jaculis occupare.[n] 2. Arma, tela, equi, homines, viva, peremta, prona, supinaque corpora passim vel in acervo jacere. Illi mutilis excisisque membris, reliqua sui parte fugiebant; hi dolorem vulnerum sequebantur: isti mortes receptas[o] in sylvas et flumina differebant; illi postremum spiritum in admiratione nominis tui, et sui ducis detestatione fundebant. Nullus finis cædendi insequendique, nisi subtraxisset aliquando victoribus mors hostem, et nox diem. 3. At quanto melius manus illa[p] consuluit, quæ summissis precabunda vexillis petiit veniam necessitatis,[q] et terram in osculis premens, calcanda vestigiis tuis[q] corpora et arma projecit! quam tu non superbe, ut victam; non irate, ut ream; non negligenter, ut parum necessariam, præteristi, sed blande liberaliterque tractatam jussisti esse Romanam. 4. Junguntur socia agmina, et sub uno capite diversa reipublicæ membra coalescunt. Ambo pari gaudio feruntur exercitus: hic opera sua gaudet, hic venia; uterque victoria.

Cap. xxxvii. 1. Nec pia Hæmona[r] cunctantius, ubi te

[n] *Assequi.* [o] *Acceptas letales plagas.* [p] *Turba illa.* [q] *Gressibus tuis.*

edd. vett. *alii pontibus imminere* Vatican. a m. sec. *alii poplitibus imminere* Exc. Schonhovii, et sic emend. Muret. Pro *continere*, Grut. malit *contingere;* Acidal. *continuari.*—2 *Arma, tela, jaculari; hominum peremta, prona, &c.* codd. Schwarzian. Vatican. et Vet. Putean. quanquam in Vatican. *jaculari hominum* supposita sunt, erasa priori scriptura. *Arma telaque viva peremta; prona, &c.* conj. Acidal. *Illi inutilibus* edd. vett. Puteol. Rhenan. Balduin. al. *Illi inutiles* codd. Scheff. Vet. Putean. Vatican. *Illi mutilis* Vet. Livin. Bertin. Cuspin. Exc. Schonhov. et sic conj. Putean. et Ritters. *flumina deferebant* edd. vett. *f. differebant* codd. Scheff. et Guelph. *f. differebant, illic, &c.* cod. Schwarzian. Mox, voces *nominis tui et sui ducis* non agnoscit Guelph.—3 Præpositionem *in* ante *osculis* delendam putavit Acidal. *in oculis* Guelph.—4 Cod. Scheff. *divisa reip. membra.*

Cap. xxxvii. 1 *Nec pia Hacinona* Bertin. *Nec pia hac mora* edd. ante Livin. *Nec pia Hemona* Exc. Schonhov. et Vet. Putean. *Nec pia Hæmona* Vatican. cum codd. Scheff. et Guelph. *Hemonia* etiam Exc. Schonhov. *cunctatius*

NOTÆ

[p] *Continere* [*contingere*] Ita restituo cum Grutero, pro *continere.*

[q] *Veniam necessitatis*] Postulavit ignosci sibi, quod necessitate impulsa contra te pugnasset.

[r] *Hæmona*] Urbs Aquileiam ex urbe Siscia tendenti in itinere, hodie *Lanbach.* Rhenanus vero errat, ut Livineius recte advertit, cum pro *Hæmona* reponit *Narona:* nam quomodo Theodosius exercitum properantem, 'ut spatio lucis unius Illy-

affore nuntiatum, impulsis effusa portis obviam provolavit, et, ut est omne desiderium post spem impatientius, parum credens patere venienti, festinavit occursare venturo. 2. Fingit quidem, ut scimus, timor gaudium :[r] sed ita intimos mentis affectus proditor vultus enuntiat,[s] ut in speculo frontium imago extat animorum. Velut illa civitas a longa obsidione respirans, quod eam tyrannus Alpibus objacentem tanquam belli limen attriverat, tanta se et tam simplici[t] exultatione jactabat, ut ni esset vera lætitia, nimia videretur. 3. Ferebant se obviæ tripudiantium catervæ : cuncta cantu et crotalis[s] personabant: hic tibi triumphum chorus; ille contra tyranno funebres nænias[t] et carmen exequiale dicebat: hic perpetuum victis abitum; ille victoribus crebrum optabat adventum. Jam quocumque tulisses gradum, sequi, circumcursare, præcedere; vias denique, quibus ferebaris, obstruere: nullus cuiquam sui tuive respectus blandam tibi faciebat injuriam contumacia gaudiorum.[u] 4. Quid ego referam pro mœnibus[v] suis festum liberæ nobilitatis occursum, conspicuos veste nivea senatores, reverendos municipali purpura flamines,[u] insignes apicibus[v]

[r] *Lætitiam simulare potest.* [s] *Indicat.* [t] *Tam non fucata.*
[u] *Significatio lætitiæ nimis obstinata.* [v] *Ad mœnia.*

edd. vett. *cunctantius* Vet. Putean. et Vatican. *obviam prævolavit* Guelph.—2 Exc. Schonhov. *ut scimus et timor*. Bertin. *in speculo fontium;* Vet. Livin. *in sp. fortium.* Pro *extat*, Acidal. conj. *extet;* et pro *objacentem*, *subjacentem*. Idem mox, *ut esse vera lætitia, vel quia nimia videretur;* edd. vett. *ut inesse vera.* Pro *videretur*, Vet. Putean. *judicetur.*—3 Guelph. *et carmen exitiale.* Pro *cuiquam* Guelph. habet *cuique;* et *tuique* pro *tuive;* Vet. Putean. *tui suive.* Voces *contumacia gaudiorum* desunt in Guelph. et cod. Schwarzian. extant vero in cod. Scheff.—4 Edd. vett. *aulæis tardantes plateas;* al. *a. radi-*

NOTÆ

rico continuaret Aquileiam,' (sic loquitur Pacatus,) longissimo tractu retro agat in imum pæne Illyricum, ubi est Narona? Balduino videtur id de Aquileia ipsa intelligendum, ubi postremum victus est Maximus. Sed male, mea quidem sententia.

[s] *Crotalis*] Crotalum erat crepitaculum ex ligno, ære, aliave materia ita concinnatum, ut efficere sonum posset manu pulsum. Crotala dicta sunt ἀπὸ τοῦ κρούειν, *a percutiendo.*

[t] *Nænias*] Quintil. VIII. 2. 'Carmen funebre, proprie *nænia* dicitur, a *νέατον, ultimum.*' Erat enim ultimum quod defunctis caneretur, ad tibiam ante cadaver sepultum. Horat. Od. II. 20. 'Absint inani funere næniæ, Luctusque turpes et querimoniæ,' &c.

[u] *Municipali purpura flamines*] Videtur ex hoc loco nonnullarum civi-

sacerdotes? quid portas virentibus sertis coronatas? quid aulæis undantes plateas,[w] accensisque funalibus auctum diem? quid effusam in publicum turbam domorum?[w] gratulantes annis senes,[x] pueros tibi longam senectutem voventes, matres lætas, virginesque securas? nondum omne confeceras bellum, jam agebas triumphum.

CAP. XXXVIII. 1. Ibat interim Maximus, ac te post terga respectans, in modum amentis attonitus avolabat: nec ullum ille consilium, ullamve rationem, aut denique spem, quæ postrema homines deserit,[a] sequebatur:[a] quin ipsos viæ implicabat errores, et nunc dexter, aut lævus, nunc vestigiis suis obvius,[b] incertum iter ancipiti ambage texebat. 2. Quoties sibi ipsum putamus dixisse, 'Quo fugio?[b] bellumne tentabo? ut, quem viribus totis ferre non potui,[c] parte sustineam? Alpes Cottias obserabo,[d] quia

[w] *Ornatas undantibus tapetis.* [a] *Reliquam habebat.*
[b] *Modo in hanc, modo in illam partem ferebatur: modo vestigia sua relegebat.*
[c] *Ut cui resistere cum integro exercitu non potui.*
[d] *Præcludam.*

antes plateas; Vet. Putean. Vatican. Exc. Schonhov. *avellis* Guelph. pro *aulæis.* Cod. Schwarzian. *gratulantes anus, senes pueros;* Vet. Putean. et Vatican. etiam *anus.* Pro *domorum,* Livin. conj. *bonorum.* Mox, *tibi longam servitutem* edd. vett. *tibi l. senectutem* cod. Schwarzian.

CAP. XXXVIII. 1 Edd. vett. *attonitus evolabat.* Pro *sequebatur,* Guelph. habet *sequebat.* Mox, *ipso se viæ i. errore* emend. Acidal. Pro *texebat,* Priceus ad Apul. Met. IX. p. 498. legit *tenebat.*—2 Exc. Schonhov. *tentabo, aut quem;* ita quoque Cuspin. Pro *quem,* cod. Schwarzian. habet *quod.* Vet.

NOTÆ

tatum flamines habuisse jus purpuræ.

[v] *Insignes apicibus*] Id est, insigniti pileis in acumen desinentibus, quos quia æstivo tempore citra molestiam ferre non poterant, et nudis penitus capitibus incedere nefas erat, filo religarunt: unde flamines dicti sunt, quasi filamines.

[w] *Domorum*] Id est, effusam e domibus multitudinem. Aliqui legunt *bonorum.* In aliis editionibus vox illa plane expungitur.

[x] *Gratulantes annis senes*] Simile quiddam est in Plinii Paneg. cap. XXII. 'Te parvuli noscere, ostentare juvenes, mirari senes,' &c.

[a] *Postrema homines deserit*] Notus ille Tibulli versiculus II. 6. 'Spes fovet, et melius cras fore semper ait.' Plura ex selectissimis auctoribus in unum collegit Aldus Manutius in suis ad Catilinam notis.

[b] *Quo fugio*] Pro *quo fugiam?* Ut passim apud Tullium 'quid ago?' pro 'quid agam?' Nota autem elegantem et factum expresse Maximi dialogismum.

Juliæ patuerunt?[c] peto Africam? quam exhausi: repeto Britanniam? quam reliqui: credo me Galliæ? sed invisus sum.[d] 3. Hispaniæ committo? sed devotus sum: quid ergo faciam, inter arma et odia medius? a tergo premor hostibus, a fronte criminibus: si morerer, evaseram?'[e] Sed ecce, nec animum sequitur manus,[e] nec manum gladius: labitur ferrum, tremit dextera, mens fatiscit.[f] 4. O quam difficile est miseris etiam perire! Ergo ut clausæ cassibus feræ quæsito diu exitu desperatoque consistunt, et præ timore non fugiunt: ita ille ipso, quo agitabatur, metu alligatus, in oppidum semet Aquileiense præcipitat; non ut vitam defenderet resistendo, sed ne pœnam frustrando differret. 5. Quanquam quæ poterat ulterior esse dilatio? cum ita vestigiis ejus ac tergo ardens miles insisteret, ut pæne omnem, quæ est secuta, pompam ultio festinata præceperit.[f]

CAP. XXXIX. 1. Recte profecto germana illa pictorum poëtarumque[g] commenta[g] Victoriam finxere pennatam, quod hominum cum fortuna euntium non cursus est, sed volatus.[h] 2. Ille ab ultimo Orientis sinu festinatis itineribus raptus exercitus, tot nationibus relinquendis,[i] tot fluminibus enatandis, tot scandendis montibus fatigatus, in

[e] *Nec voluntati manus paret.* [f] *Animus deficit.*
[g] *Pictoribus et poëtis communia figmenta.*
[h] *Quod quibus favet fortuna non tam eunt, quam volant.*
[i] *Tot regionibus peragrandis.*

Putean. et cod. Schwarzian. *Juliæ patuerunt;* Guelph. *Juliæ paruerunt.*—3 Edd. vett. *sed notus sum;* Guelph. *sed devota sum;* cod. Schwarzian. *sed devotus sum.* Mox, edd. vett. *a fronte crinibus;* Vet. Putean. Exc. Schonhov. al. ap. Acidal. *a fronte criminibus.*—4 Guelph. *quo augebatur.*—5 Veteres edd. *ultio f. percepit;* al. *u. f. perceperit;* Vet. Putean. *u. f. præcepit;* Guelph. *u. f. præceperit.*

CAP. XXXIX. 1 *R. p. ingeniosa illa pictoribus* edidit Balduin. *Victoriam f. pinnatam* cod. Scheff.—2 Edd. vett. *fluminibus natandis;* Acidal. conj. *fl. tra-*

NOTÆ

[c] *Quia Juliæ patuerunt* [*profuerunt*] Εἰρωνικῶς: Juliæ enim nihil profuerant, easque perruperat Theodosius.

[d] *Invisus sum*] Propter Gratianum interfectum.

[e] *Evaseram*] Hæc mala effugeram.

[f] *Præceperit* [*percepit*] Lege cum Acidalio et Livineio *præceperit.*

[g] *Pictorum poëtarumque*] Magna pictores inter et poëtas affinitas. Horat. de Arte Poët. 361. 'Ut pictura, poësis erit,' &c.

alio orbe, et sub alio pæne dixerim sole positus, spatio lucis unius Illyrico continuavit Aquileiam.[j] 3. Nihil tamen sibimet hoc nomine milites tui vindicant:[h] et si quando mirantium circulos contrahunt,[i] aut convivia nostra sermone producunt, operam[k] omnem suam fine Alpium terminantes, deberi sibi abnuunt illam celeritatem, quod expertes laborum pervenisse se viderint, quo ire non senserant: negant immo se suis vectos esse corporibus, sed tanquam per aliquas imagines somniorum ferrentur absentes,[j] præbuisse gestantibus ventis otiosorum ministeria membrorum. 4. Nec fides anceps:[l] nam si olim severi credidere majores, Castoras geminos,[k] albentibus equis et stellatis apicibus insignes, pulverem cruoremque Thessalium aquis Tiberis abluentes, et nuntiasse victoriam, et imputasse militiam;[m] cur non tuæ publicæque vindictæ confessam aliquam immortalis Dei curam putemus annixam?[n] nisi forte majorem divini favoris operam res Romana poscebat, Macedonico augenda regno, quam tyrannico eximenda servitio. 5. Ego vero, si cœleste studium[o] pro dignitate causarum æstimandum sit, jure contenderim, equites tuos Pegasis,[l]

[j] *Ex Illyrico venit Aquileiam.* [k] *Susceptos a se labores.*
[l] *Nec fides incerta.* [m] *Operam dedisse Romanis in eo prælio.*
[n] *Manifestam tuæ publicæque vindictæ allaborasse.* [o] *Deorum favor.*

nandis; cod. Scheff. *fl. evacuandis; fl. enatandis* edd. recentt. *et in alio* edd. vett. *et sub alio* Vet. Putean. *in alio solo et in alio pæne dixerim orbe, positus* conj. Acidal.—3 Edd. vett. *nomine vindicant;* codd. Scheff. Schwarzian. Vet. Putean. et Guelph. *nomine milites tui vendicant.* Pro *circulos*, Guelph. habet *oculos.* Paulo post, pro *absentes*, Acidal. legit *obsequentes.*—4 Edd. vett. *putemus et adnixam;* Vet. Putean. et Exc. Schonhov. delent τὸ *et.* Pro *adnixam*, cod. Scheff. habet *adnisam.* Idem codex mox, *divini fervoris operam.*—5 Edd.

NOTÆ

[h] *Vindicant*] Nullam sibi laudem ob id tribui volunt milites tui.

[i] *Mirantium circulos contrahunt*] Et si quando res gestas narrant in circulis, ac cœtibus hominum ad eos se audiendi causa confestim certatimque applicantium: quomodo apud Horat. canente Alcæo, Od. II. 13. 'Pugnas et exactos tyrannos Densum humeris bibit aure vulgus.'

[j] *Absentes*] Forte *obsequentes*, ut suspicantur Livineius et Acidalius.

[k] *Castoras geminos*] Id est, Castorem et Pollucem fratres gemellos ex Leda et Jove: de his supra Paneg. x. 15.

[l] *Pegasis*] De Pegaso poëtarum fabulis notissimo supervacaneum est dicere.

talaribus[m] pedites vectos ac suspensos fuisse: neque enim[n] quia se divina mortalibus dedignantur fateri, idcirco, quæ visa non fuerint, dubitavimus facta, cum facta videamus, quæ dubitaverimus esse facienda.

CAP. XL. 1. Anguste fortunam tuam, Imperator, expendit,[p] quisquis id de te tantum, quod fieri potest, credit. An ego, cum ab Alpibus Juliis otioso feriatoque[q] ferro non prælium fuisse videam, sed triumphum, dubitaverim illam specialem quandam felicitatis tuæ dixisse militiam?[r] 2. Scimus quidem, Imperator, ita te cuncta administrasse, ut non possint se tibi imputare successus;[s] sed fatearis necesse est, quantum te in bello, tantum fortunam tuam egisse post bellum: cui si vocem demus et judicem,[t] nonne prolixe suam enumerabit operam, et, ut virtutibus tuis multa concedat, aliqua sibi vindicabit?[o] et cur, quæso, non demus, ut accipiamus utriusque partis asserta,[p] cum sit, quæ vicerit, tua? 3. Audio Constantiam[q] dicere, 'bellum atrox periculosumque suscepi;' memorare Patientiam, 'immensum iter, tempus anni grave semper armata, sæpe jejuna toleravi;' tenere

[p] *Nimis parce de tua felicitate sentit.* [q] *Cessante.*
[r] *Fortunæ quasi tibi militantis obsequium.*
[s] *Ut casibus nihil debeas.* [t] *Et si pro se coram judice diceret.*

vett. *existimandum sit.* Pro *dubitaverimus,* Vet. Putean. habet *dubitamus;* cod. Schwarzian. *dubitabimus;* et sic conj. Livin. et Acidal. *dubitavimus* Exc. Schonhov.

CAP. XL. 1 *Augustum* Guelph. Mox, in eodem codice, *ferro non prælio.*—2 Guelph. *enumerabit suam operam.* Mox, edd. vett. *sibi aliquam;* codd. Guelph. et Schwarzian. *aliqua sibi.* Exc. Schonhov. *partis assertæ, cum sit quæ vicerit tua;* edd. vett. *cum sint, quæ vinceret, tua;* cod. Scheff. *cum sit, quæ vicerit, tua.*—3 Guelph. *memorare patriam.* Acidal. et Meurs. *semper arma, sæpe jejunia;* edd. vett. etiam *jejunia;* Vet. Putean. *jejuna;* Guelph. *semper jejuna.* Pro *tenere,* Livin. corrigit *referre;* Acidal. *recensere,* vel *tendere.* Mox,

NOTÆ

[m] *Talaribus*] Per talaria intelligit alas, quas in pedibus Pegasus habuisse dicitur.

[n] *Neque enim*] Etenim cum divina mortalibus oculis se subducant, dubitare non debemus illud contigisse, quod visum non fuerit, cum factum videamus, id est, victum Maximum, quæ vix fieri posse putabamus.

[o] *Aliqua sibi vindicabit*] Respicit ad locum Tullii pro Marcello cap. 6.

[p] *Utriusque partis asserta*] Quæ sibi una quæque pars vindicaverit: sive enim quæ fortunæ, sive quæ virtuti tribuetur, tua est.

[q] *Audio Constantiam*] Plena artis

Prudentiam, 'partita sum militem,[r] et multiplicavi arte terrorem;' asserere Fortitudinem, 'bis conflixi cum hoste,[s] bis vici;' omnes postremo clamare; 'quid tibi debemus Fortuna, quam fecimus?'[t] 4. Sed si illa dicat, 'properationem militum ego juvi, ego fugam hostium præpedivi, ego Maximum in muros coëgi, et quem vos cogebatis mori, vivum domino reservavi;' non video, quod possit esse judicium, quin cum ista pars imputet tyranni fugam, illa custodiam; respublica, quæ utrique pariter obnoxia est, ita utramque conjungat, ut fateatur,[u] uni semet victoriam, alteri debere vindictam.

Cap. xli. 1. Sed nec tu debitam gratiam beneficii inficiator abjuras: nam etsi per te confeceris quæ volebas, per fortunam tamen plus adeptus es, quam volebas. 2. Agedum, si videtur, præteritas cogitationes tuas consule, et vota conveni.[a] Num amplius speravisti, quam ut Maximus tibi nuntiaretur occisus, quam ut semivivum ejus caput, nondum clausis tota morte oculis, ex acie referretur, quam ad summum, ut fugiens, resistensve caperetur? 3. Ceterum quando, quod factum est, vel optasti, ut se tibi ipse servaret, ut consciscere sibimet interitum nollet, et posset? Magno quidem, fateor, pectoribus humanis, atque adeo maximo lux[b] amori, interitus horrori est, sed

[u] *Quæ super ea contentione sententia ferri possit: nisi cum altera pars sibi ascribat fugatum tyrannum, altera vivum reservatum; respublica, quæ utrique multum debet, ita conciliet utramque, ut fateatur, &c.*

[a] *Ac vide quid optaveris maxime.* [b] *Vita.*

Guelph. *cum hostibus.*—4 *Sed si dicat, ego p. militum juvi* Vet. Putean. et Exc. Schonhov. Mox, Acidal. legit, *ista pars imputat.*

Cap. xli. 1 Acidal. malit *abjures.*—2 *Agendum* Guelph. Mox, in eodem codice, *et acie referretur.*—3 Guelph. *ut se tibi servaret*, omisso *ipse.* Mox, Acidal. emend. *interritum vellet nec posset.* Guelph. *interritus honori est.* Pro

NOTÆ

prosopopœia, ad Theodosii virtutes percurrendas aptissima.

[r] *Partita sum militem*] 'Trifariam' ut supra dixit, cap. 32. 'Ut et hostis audaciam multiplicato terrore perculeret, et fugam circumfusus ambiret.'

[s] *Bis conflixi cum hoste*] Ad Sisciam et Aquileiam.

[t] *Quam fecimus*] Quæ nobis debes quodcumque es, sive quod.

quatenus aut ista optari potest, aut ille vitari: at si ultima supra caput steterit hora, et venerit dies nunquam reversurus, ac se confessa mors fuerit,[c] non timentur extrema, cum certa sunt. 4. Hinc reorum usque ad damnationem metus, postea attonitus stupor et ex desperatione securitas, et ad locum supplicii voluntaria, carnifice non trahente, properatio: ut de his taceam, qui, cum fatis fortius paciscentes,[a] incertum exitum certo occupaverunt:[d] ut nihil de servis loquar, qui verbera vitavere suspendio, et motus heriles usque ad præcipitia fugerunt;[e] quis unquam ultra spem[f] timuit?[b] 5. Quis idcirco semet occidere noluit, ut occideretur? nisi vero vel levior[g] manus aliena quam propria, vel fœdior mors privata quam publica, vel longior pœna ferro incumbere, et corpore vulnus onerare, et recipere interitum statim totum, quam supplicium dividere,[h] poplitem flectere, cervicem extendere ad plagam fortasse non unam.

[c] *Ac mortis manifestum fuerit periculum.* [d] *Prævenerunt.*
[e] *Et ut herorum manus fugerent, ruerunt in præcipitia.*
[f] *Amissa spe.* [g] *Minus timenda.*
[h] *Quam mortem per partes ferre.*

extrema, Balduin. legit *externa*. Acidal. *certa sint.*—4 Cod. Schwarzian. *metus pœna attonitus;* unde Schwarzius legit, *pœna attonitis stupor.* Vet. Putean. *postea attonitis stupor.* Mox, Exc. Schonhov. *cum fatis fortius p. interitus nam cui, &c.* Edd. vett. pro *fortius*, habent *fortunis;* unde Acidal. *fortuitis;* et sic Vet. Putean. Pro *paciscentes*, Guelph. exhibet *parcentes*. Paulo post, Acidal. conj. *et metus heriles . . . . quis unquam ultro semet timuit?*—5 *Quis i. s. o. voluit* cod. Schwarzian. *quam publicata* edd. vett. *et corpore ulcius* cod. Scheff. Pro *onerare* Scheff. conj. *urgere*. Cod. Schwarzian. *extendere, plagam accipere, fortasse, &c.* Vet. Putean. *extendere, plaga accipere, fortasse, &c.* cod. Scheff. *plagam expectare, fortassis, &c.*

NOTÆ

[a] *Fortius paciscentes*] Fortiore animo pactionem cum morte facientes, hoc est eam minus refugientes.

[b] *Ultra spem timuit*] Cum spei nihil æque adversetur ac timor: notatum tamen est a sapientissimis viris, ubi omnis omnino sublata spes est, ne timorem quidem posse subsistere. Pendeat enim oportet metuentis animus; qui si spei, quo sustentetur, nihil prorsus reliquum sit, plane jacet. Atque hoc eleganter admodum expressisse videtur adolescens Terentianus, Andr. II. 1. 'Væ misero mihi! Ut animus in spe atque in timore usque antehac attentus fuit, Ita postquam ademta spes est, lassus, cura confectus stupet.' Muretus Var. Lect. XII. 8.

CAP. XLII. 1. Et tamen quando secum ille ferro transigendum putabat, non potius ignem, laminas, crucem, culeum,[c] et quicquid merebatur, timebat?[i] nunquam profecto tam bene de sceleribus suis sensit,[j] ut mortem potuerit sperare, qua periit. 2. Si igitur nec præsumere veniam reus, nec sperare fugam clausus, nec mortem potuit timere moriturus, et certo extremorum[k] levior videri debuit voluntarius quam coactus; honestior privatus, quam publicus; postremo brevior occupatus quam expectatus interitus; num cui dubium est[d] in eo, quod non habuit rationem, fuisse fortunam? Illa, illa tyranni consilia cæcavit, illa et animum ejus obtudit et gladium, illa expeditam in vulnus manum percussit[e] et tenuit. 3. Nisi vero tu tuum, venerabilis Gratiane, carnificem diris[l] comitatus ultricibus obsidebas, et irata minax umbra[f] ob os ejus oculosque fumantes infernis ignibus tædas, et crepitantia torto angue flagra quatiebas, ne morti honestæ vacaret,[m] ne regalem illum sacrosanctumque vestitum impio cruore pollueret, ne cultus[n] olim tuus, ac deinceps fratrum[g] futurus, funestum

[i] *Quæ cum ita sint, an Maximus, quando sibi ipse manus afferre decernebat, non minus hoc mortis genus reformidasse censendus est, quam, &c.*

[j] *Notiora ei semper sua scelera fuerunt, &c.*

[k] *Et qui extrema vitare non potest.*

[l] *Furiis.*

[m] *Ne honestam mortem cogitaret.*

[n] *Insignia regia.*

CAP. XLII. 1 *Et . . . ferro transgrediendum* Guelph. Pro *culeum*, codd. Schwarzian. et Guelph. habent *eculeum*.—2 Vet. Putean. *et certe extremorum.* Pro *percussit*, in fine hujus periodi, Acidal. malit *repressit*; Scheff. *perculit.*—3 Pro *diris*, codd. Schwarzian. et Guelph. habent *furiis*; et pro *minax*, exhibent *minis*. Guelph. *certo angue*. Pro *flagra*, Barthius scribit *flagella*. Mox,

NOTÆ

[c] *Culeum*] Culeus uter fuit, seu saccus ex lino, vel cannabe, vel corio factus, ab occulendo, sive claudendo; quod nocentes eo inclusi in profluentem mitterentur: quod parricidæ supplicium fuit.

[d] *Num cui dubium est*] Quis dubitare potest, id ubi rationi locus non fuit, totum fortunæ fuisse tribuendum?

[e] *Percussit*] Utrum *perculsit*, ut volunt aliqui, an *repressit?*

[f] *Minax umbra*] Nota veterum opinionem, interfectorum manes iis, a quibus interfecti sunt, infensos esse. Quod et a Platone traditur de Legib. lib. IX. sic Oresten in tragœdiis persequitur mater: sic Virgiliana Dido Æn. IV. 386. Æneæ minatur, 'Omnibus umbra locis adero: dabis improbe pœnas.'

[g] *Ac deinceps fratrum*] Valentiniani,

sanguinem,[o] vel dum vindicatur, acciperet: ne postremo te manus ulcisceretur tyranni, et deberes Maximo vel suam mortem.[h]

CAP. XLIII. 1. Et plane ita cuncta ceciderunt, ut non servata modo ultio, sed ordinata videatur:[p] nam unde, quæso, tam repentina conversio, ut, qui oppetere timuerat interitum, non timeret[q] expetere, et quem incluserat metus, proferret audacia? 2. Hic nulla jam reliqua festinandis rebus mora: actutum fortissimi duces instruendo accinguntur triumpho, capiti diadema decutitur,[r] humeris vestis aufertur, pedibus ornatus evellitur, totus denique homo aptatur ad meritum.[s] 3. Publice publicus spoliator exuitur, nectuntur manus rapaces, nudantur crura fugitivo: talis denique tuis offertur oculis, qualem offerri decebat victori captum, domino servum, Imperatori tyrannum. 4. Nec tu illum, qua es clementia, in conspectum tuum venire voluisses, ne oculos istos, omnibus salutares, homo funebris impiaret,[t] nisi famam confutare mendacii, teque purgare eodem teste, quo insimulatore[u] voluisses. 5. Habet vero, habet nescio quos internos mens scelerata carnifices, aut ipsa sibi carnifex conscientia est; aut, quod magis credo,

[o] *Cruore macularetur.*
[p] *Non modo sumta vindicta, sed etiam cum ordine sumta videatur.*
[q] *Non dubitaret.*
[r] *Dejicitur.*
[s] *Ad mortis supplicium.*
[t] *Morti destinatus pollueret.*
[u] *Qui accusator tuus fuerat.*

edd. vett. *ne vultus olim;* Vet. Putean. *ne cultus olim.* Pro *acciperet,* Exc. Lang. *aspiceret.*

CAP. XLIII. 2 Codd. Schwarzian. et Guelph. *capiti diadema deducitur.* Mox, edd. ante Arntz. *aptatur ad interitum;* codd. Scheff. Schwarzian. et Guelph. *a. ad meritum.*—3 *Reipublicæ publicus* cod. Schwarzian. Pro *rapaces,* Acidal. legeret *rapaci,* aut *fugitiva* pro *fugitivo.* Pro *captum,* Barthius malit *captivum,* et pro *nudantur,* scribendum judicavit *nodantur.*—4 Guelph. *homo funeris.* Mox, *nisi famam . . . noluisses* edd. vett. pro quo Acidal. legit, *nisi f. . . . voluisses;* aut, *si famam . . . . noluisses.* Codd. Schwarzian. *quo insimulabare.*—5 *Habet vires* edd. vett. *Habet utres,* vel *veres,* cod. Schefferi; unde ille conj. *acres,* vel *veros; Habet vero* codd. Scheff. Schwarzian. Vet. Putean.

NOTÆ

qui Gratiani frater.

[h] *Suam mortem*] Non erat majestati tuæ conveniens, ut Maximo deberes vel suam mortem.

omni severius quæstione[v] est, a te interrogari. 6. Ad primam tuam vocem nefario pectori excussa confessio est, nec cunctari saltem aut mussitare potuit, quin consilium omne nudaret,[w] se videlicet favoris tui obtendisse prætextum, quod aliter non potuisset allicere militum societatem, nisi se auctoramenti tui[i] finxisset auctorem.[x]

CAP. XLIV. 1. Et post hanc tu vocem non illum in crucem tolli, non culeo insui, non discerpi in frusta jussisti? non postremo illam tanti ream mendacii linguam radicitus erui præcepisti, cum eorum parte vitalium, quorum fuerat locuta commentum?[a] 2. Quin jam cœperas de ejus morte dubitare, et dejeceras oculos, et vultum rubore suffuderas, et cum misericordia loquebaris. Sed bene est, quod non omnia potes: tui te vindicant[j] et invitum. Rapitur ergo ex oculis,[k] et ne quid licere posset clementiæ, inter innumeras manus fertur ad mortem. 3. Ecce iterum, Imperator, averteris, et illam tyrannici exitus relationem gravaris.[b] Jam, jam esto securus, geram clementiæ tuæ morem; quod noluisti videre, non audies. 4. Huc, huc totas pii vates doctarum noctium conferte curas, hoc om-

[v] *Dirius omni tormento.* [w] *Palam faceret.*
[x] *Nisi se auctoritatem abs te accepisse simulasset.*
[a] *Præcordiorum, quorum mendacium protulerat.*
[b] *Et illam de exitu tyranni narrationem refugis.*

Vatican. Guelph. *Habet mens* conj. Acidal. *a te interrogati ad primam* Exc. Schonhov.—6 Edd. vett. *militum societates;* Vet. Putean. Exc. Schonhov. Guelph. al. *m. societatem.* Mox, cod. Scheff. *nisi auctoramenti tui te finxisset auctorem;* Bertin. *nisi tui se auctoram. finxissent;* unde Livin. *nisi sui te auctoram. finxisset;* Ritters. *nisi te auctoramenti sui finxisset auctorem;* Grut. *nisi auctoramenti sui te finxisset auctorem;* Rittershusii conjecturam exhibent Exc. Schonhov.

CAP. XLIV. 1 Guelph. *non postremo illi.*—2 Pro *tui te vindicant*, Ritters. legendum putavit, *Dii te vindicant.*—3 *Ecce i. I. adverteris* Guelph. Idem

NOTÆ

[i] *Auctoramenti tui* [*sui*] Hunc locum restitui ex Viennensi editione omnium que interpretum emendatione. In aliis est, *nisi se auctoramenti tui finxisset auctorem.* De hac voce supra in Paneg. v. 12.

[j] *Tui te vindicant*] Sumtum illud ex Paneg. VII. 20. ubi Eumenius ad Constantinum de Maximiano simili plane ratione a militibus occiso: 'Dii te vindicant,' inquit, 'vel invitum.'

[k] *Rapitur ergo ex oculis*] Ita refert Socrates.

nibus linguis literisque celebrate, nec sitis de operum vestrorum perennitate soliciti: illa, quam præstare historiis solebatis, ab historia[l] veniet æternitas. 5. Vos quoque, quibus secunda sors[m] cessit dare famam rebus, artifices, vulgata illa veterum fabularum argumenta despicite, Herculeos labores[n] et Indicos Liberi triumphos, et anguipedum bella monstrorum. 6. Hæc potius, hæc gesta solertes manus ducant;[c] his fora, his templa decorentur; hæc ebore reddantur,[d] hæc marmore, hæc in coloribus vivant, hæc in æra moveantur, hæc gemmis augeant pretium.[o]

CAP. XLV. 1. Pertinet ad securitatem omnium sæculorum, quod est factum, videri,[e] ut, si quis unquam nefaria vota conceperit, monumentis nostrorum temporum recensitis[f] per oculos hauriat[g] innocentiam. 2. Quisquis purpura quandoque regali vestire humeros cogitabit, Maximus ei exutus occurrat: quisquis aurum gemmasque privatis pedibus optabit, Maximus ei plantis nudus appareat: quisquis imponere capiti diadema meditabitur, avulsum humeris Maximi caput, et sine nomine corpus[p] aspiciat. 3. Scimus quidem nihil unquam novandum,[h] cùm Romanum

[c] *Exprimant.* [d] *Exhibeantur.*
[e] *Quod gestum est, conspici a posteris.* [f] *Perlectis.* [g] *Discat.*
[h] *Neminem unquam res novas moliturum.*

codex mox, *esto severus*.—6 Pro *in æra moveantur*, Cellar. malit, *in æra incidantur*.

CAP. XLV. 1 Nonnulli ap. Acidal. *securitatem omnium, sæculorumque, id factum, &c.* Acidalius vero mutat *quod* in *perpetuo*, vel legit *ubique id factum*. Edd. vett. *quod ad factum*; Vet. Putean. et Exc. Schonhov. *quod est factum*. Mox, edd. vett. *recensitus*; Vet. Putean. et Exc. Schonhov. *recensitis*.—2 Pro *optabit*, Guelph. habet *aptabit*, ut conj. Modius, Ritters. et Barth. sic quoque

NOTÆ

[l] *Ab historia*] Ab historiæ ipsius dignitate.

[m] *Secunda sors*] Vos quoque artifices, in quibus altera post vates ac scriptores immortalis gloriæ spes posita est.

[n] *Herculeos labores*] De Herculis laboribus plus satis diximus in Paneg. II. 4.

[o] *Gemmis augeant pretium*] Majus enim gemmæ pretium, quæ arte laborata nobile aliquod facinus, aut principis alicujus vultum repræsentat.

[p] *Sine nomine corpus*] Tale illud Virgilii Æn. II. 557. 'Jacet ingens littore truncus, Avulsumque humeris caput et sine nomine truncus.'

semper imperium aut tuum futurum sit, aut tuorum: pertinet tamen ad geminam reipublicæ securitatem, quod fieri non potest, etiam non timeri. 4. Sed utcumque virtutis tuæ opera curiosæ posteritatis oculis artificum manus reddet, cum te vel Alpium dorsa superantem, vel flumina objecta tranantem, vel agmen hostile triumphalibus vestigiis atterentem, pictorum atque fictorum assequetur imitatio: clementia, Imperator, tua quo cælo, quo pigmento,[i] quo ære aurove ducetur, qua tu ipsius victoriæ victor[q] ita omnem cum armis iram deposuisti, ut ceciderit nemo post bellum, certe nemo post Maximum? 5. Paucis Maurorum hostium, quos secum velut agmen infernum moriturus incluserat,[r] et duobus aut tribus furiosi gladiatoris lanistis[s] in belli piaculum cæsis,[j] reliquos omnes, venia complexa, velut quodam materno sinu clausit. 6. Nullius bona publicata, nullius multata libertas, nullius præterita dignitas imminuta: nemo affectus nota,[k] nemo convicio, aut denique castigátione perstrictus, culpam capitis aurium saltem molestia[t] luit. Cuncti domibus suis, cuncti conjugibus ac liberis, cuncti denique, quod est dulcius, innocentiæ restituti sunt.[l] 7. Vide, Imperator, quid hac clementia consecutus sis: fecisti, ut nemo sibi victus te victore videatur.

[i] *Colore.* [j] *Ad expianda belli scelera.*
[k] *Probro.* [l] *Innocentiæ famam ac decus recuperaverunt.*

Exc. Schonhov.—3 Edd. vett. *pertinet tum;* Vet. Putean. et Exc. Schonhov. *pertinet tamen.*—4 *Sed utrumque* Guelph. *fictorum assequeretur* edd. vett. *factorum assequetur* Guelph. *fictorum assequetur* Exc. Schonhov. ut conj. Acidal. *quo cælo tua* Vet. Putean. *tua quo cælo* Exc. Schonhov. *quo ære auroque* Guelph. —6 Exc. Lang. *nemo nota, &c.* Faber, *nemo a nota convicio;* Acidal. *nemo affectus nota;* Modius, *nullius præterita dignitas, nullius imminuta, nemo affectus nota, nemo, &c.* vel, *nullius præterea dignitas imminuta, nemo affectus nota, nemo,*

NOTÆ

[q] *Victoriæ victor*] Sumtum illud ex Tullio pro Marcello cap. XII. 'Ipsam victoriam vicisse videris, cum ea ipsa, quæ illa erat adepta, victis remisisti,' &c.

[r] *Incluserat*] In urbe Aquileiensi, ubi obsessus a Theodosio captusque est.

[s] *Lanistis*] Lanistæ dicebantur præfecti ludis gladiatoriis magistri, qui gladiatores instituerent, exercerentque ad mutuam lanienam.

[t] *Aurium saltem molestia*] Nemo quam culpam capite luere debuit, audienda saltem objurgatione dependit.

Spectabas hæc a tuis collibus, Roma, et septena arce[u] sublimis, celsior gaudio ferebaris.

CAP. XLVI. 1. Tu, quæ experta Cinnanos furores,[a] et Marium post exilia crudelem, et Syllam tua clade felicem, et Cæsarem in mortuos misericordem, ad omne civilis motus classicum tremiscebas; 2. quæ præter stragem militum, utraque tibi parte pereuntium, extincta domi senatus tui lumina, suffixa pilo consulum capita, Catones[b] in mortem coactos, truncosque Cicerones,[c] et Pompeios fleveras insepultos;[d] 3. cui damna graviora scissus in partes civium furor, quam portis imminens Pœnus,[e] aut receptus muris Gallus[f] intulerat; cui Alliensi die[g] Emathia[h] funestior, Cannis[i] Collina feralior,[j] tam altas olim reliquerunt

&c.—7 *Spectabas hæc e tuis* codd. Guelph. Schwarzian. Vet. Puteau. *Romam* edd. vett. *Roma* legit Acidal. *a tuis collibus Roma* Meursius.

CAP. XLVI. 1 *Sulla t. c. Felicem* scribit Scheff.—4 Guelph. *militum pace,*

NOTÆ

[u] *Septena arce*] Virgilius Æn. VI. 783. de urbe Romana: 'Septemque una sibi muro circumdabit arces.'

[a] *Cinnanos furores*] De Cinna Paneg. IX. 20. De Mario Paneg. VI. 13. De Sylla Paneg. IX. 20.

[b] *Catones*] Catonem innuit dictum Uticensem, quod Pompeio victo Uticæ sibi manus violentas attulerit, ne victoris Cæsaris vultum intueri necesse haberet. Plura vide supra Paneg. II. 14.

[c] *Truncos Cicerones*] Augustus et Antonius gravissimis odiis inter se pugnantes pacta Ciceronis morte conciliati sunt.

[d] *Pompeios insepultos*] Pompeius enim satellitibus a Ptolemæo missis peremtus in Nilum fluvium projectus est.

[e] *Portis imminens Pœnus*] Cui non notum illud 'Hannibal ad portas.' Quantum urbi Romanæ terrorem injecerit, supra dictum est, Paneg. III. 10.

[f] *Receptus muris Gallus*] Tangit Senonensium Gallorum in urbem irruptionem, cum direpta Italia in Capitolium ascendissent, ni M. Manlius Capitolinus clangore anseris excitus eos repulisset.

[g] *Alliensi die*] Cum Romani a Gallis fusi, fugatique ad Alliam. Allia autem fluvius est a Crustuminis montibus quadragesimo ab urbe lapide in Orientalem Tiberis partem defluens.

[h] *Emathia*] Celebrem pugnam intelligit Pompeium inter et Cæsarem in campis Emathiis commissam. Emathia autem proprie regio est Thraciæ finitima, quod nomen primum alicui Macedoniæ regioni, tum toti Macedoniæ, atque etiam ipsi Thessaliæ a poëtis attributum est.

[i] *Cannis*] Cannensem pugnam tangit, ubi ab Hannibale cæsa Romanorum quadraginta millia. Cannæ autem vicus est in Apulia, ad Aufidum fluvium.

[j] *Collina feralior*] Collina porta, quæ fuit in colle Quirinali sita, unde

cicatrices, ut gravius semper tuam, quam alienam, experta virtutem, nihil tibi magis, quam te, timeres; 4. vidisti civile bellum hostium cæde, militum pace, Italiæ recuperatione, tua libertate finitum: vidisti, inquam, finitum civile bellum, cui decernere posses triumphum.

CAP. XLVII. 1. Hactenus memet, Imperator auguste, præteritas res tuas attrectasse fas fuerit. At cum tempus admoneat meminisse præsentium, finem sermoni facere maluerim, quam amplissimi ordinis [k] munus invadere. 2. Dabitur utcumque venia piæ temeritati, si usurpasse communia, non occupasse videamur aliena. Licuerit mihi, quæ in barbaris gentibus, longinquisque provinciis pro summa re [l] fortiter feliciterque fecisti, et annuente numine tuo, et senatu favente, dixisse. 3. Ea vero, quæ Romæ gesta sunt, et geruntur, ingeniis permittenda Romanis sunt, qualem te urbi [m] dies primus invexerit; quis in curia [n] fueris, quis in rostris; ut pompam præeuntium ferculorum [o] curru modo, modo pedibus subsecutus, alterno clarus incessu, nunc de bellis, nunc de superbia triumpharis; ut te omnibus principem,[p] singulis exhibueris senatorem; ut crebro, civilique progressu non publica tantum opera lustraveris, sed privatas quoque ædes divinis vestigiis consecraris, remota custodia militari, tutior publici amoris ex-

civium reconciliatione; unde Arntz. conj. *m. pace, civium reconciliatione, Italiæ recuperatione, &c.*

CAP. XLVII. 1 *At, cum t. sit admodum* cod. Schwarzian. *At, cum t. admodum sit* Guelph.—2 *Dabitur utrimque* Guelph. Mox, *longisquisque provinciis* in eodem codice.—3 Verba, *et geruntur, i. p. R. s. qualem te,* desunt in Guelph. et edd. vett. extant vero in Cuspin. et Exc. Schonhov. Guelph. *in*

NOTÆ

et nomen accepit. Hic celebris fuit Syllam inter et Marium pugna, de qua Velleius Hist. lib. II.

[k] *Amplissimi ordinis*] Senatus. Collige ex hoc loco orationem hanc Romæ dictam in senatu.

[l] *Pro summa re*] Pro recuperanda Italia, Gallia, et Britannia.

[m] *Qualem te urbi*] Triumphalis Theodosii in urbem ingressus post cæsum Maximum.

[n] *In curia*] Quid sit curia vide Plinii Paneg. cap. LXVI. not. [o]. ibid. cap. LXV. not. [l].

[o] *Ferculorum*] De ferculis supra in Plinii Paneg. cap. XVII. not. [e].

[p] *Omnibus principem*] Tua majestate omnes protegens, singulis senatorem. Eximia tua comitate singulos compellans.

cubiis. 4. Horum hæc linguis, horum, inquam, voce laudentur, qui de communibus gaudiis et dignius utique quæ maxima, et justius poterunt prædicare quæ propria sunt. 5. O mea felix peregrinatio! o bene suscepti, et exhausti labores! quibus ego intersum bonis? quibus paror gaudiis?[m] quæ reversus urbibus Galliarum dispensabo[n] miracula? quantis stupentium populis, quam multo circumdabor auditore, cum dixero, Romam vidi, Theodosium vidi, et utrumque simul vidi; vidi illum principis patrem;[q] vidi illum principis vindicem;[r] vidi illum principis restitutorem?[s] 6. Ad me longinquæ convenient civitates; a me gestarum ordinem rerum stylus omnis accipiet; a me argumentum poëtica; a me fidem sumet historia. Compensabo tibi istam, Imperator, injuriam: si, quando de te ipse nihil dixerim quod legendum sit,[t] instruam qui legantur.

[m] *Quæ mihi gaudia parantur?* [n] *Enarrabo.*

singulis exh. senatum.—5 Guelph. omittit hæc verba, *Theodosium vidi, et u. s. vidi;* et mox habet, *principis institutorem.*—6 Idem codex, *de te ipso.* Edd. vett. *instruam quæ legantur;* Acidal. emend. *instruam dicturos, quæ legantur;* Vet. Putean. et Guelph. *instruam qui legantur.*

NOTÆ

[q] *Principis patrem*] Id est, Honorii, quem Pacatus præsentem intuebatur.

[r] *Principis vindicem*] Gratiani a Maximo cæsi.

[s] *Principis restitutorem*] Valentiniani junioris.

[t] *Quod legendum sit*] Cum nihil dixerim quod venturum sit ad posteros, ab iis legendum; alios ego, quorum scripta ætatem latura sunt, docebo quæ scripturi sint.